BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII
E
2
NAPOLI

by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOHANNIS ROBECK
CALMARIA-SVEDI

DE

MORTE VOLVNTARIA

EXERCITATIO

ſIVE

EXAMEN CALVMNIARVM NVGARVM
ET FALLACIARVM

QVIBVS

TANQVAM ARGVMENTIS VTVNTVR

ΕΥΛΟΓΟΥ ΕΞΑΓΩΓΗΣ

CONSENSVS GENERIS HVMANI SALVTIS
ET GLORIAE BONORVM VIRORVM
[illegible]ESTARVMQVE FEMINARVM
[illegible] ET OPPVGNATORES.

PERPET[illegible]MADVERSIONIBVS NOTAVIT
[illegible]PRAEFATVS EST

ET

INDICEM RERVM ADDIDIT

IOHANNES NICOLAVS FVNCCIVS

MARBVRGENSIS.

M A R B V R G I

APVD PHILIPP. CASIMIR. MÜLLER.

CIƆ IƆ CCLIII.

B. R. NEAPOLIS

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO
SVMME REVERENDO
ET EXCELLENTISSIMO
DOMINO
CONRADO FRIDERICO ERNESTO BIERLINGIO
S. THEOLOGIAE DOCTORI
ET PROFESSORI ORDINARIO
CELEBERRIMO
SOCIETATIS TEVTONICAE GOETTINGENSIS
MEMBRO HONORARIO
RINTELIENSIS ACADEMIAE ORNAMENTO
INCOMPARABILI
COLLEGAE AC FAVTORI SVO

D.

IOHANNES NICOLAVS FVNCCIVS
MARBVRGENSIS.

Digitized by Google

DEDICATIO.

Saepius ego Tecum, Vir Summe Reuerende, num libellus de triſti Stoicorum decreto ſuſpectus, ipſaque auctoris calamitate famoſus, noſtris vero etiam animaduerſionibus notatus, vero ac pietate non minus, quam doctrina incluto Theologo, qui de inſtituto recte velit ac poſſit iudicare, conſecrandus, an ſine cuiusquam praeſidio maleuolorum calumniis aut liuori permittendus, deliberatum iui. Nec defuiſti vnquam conſilium expetenti, pro inſigni ſapientia et amore erga me Tuo: atque monuiſti, vt memet in conſilium adhibeam: nec fore, Te quidem indice, quem illius, vtut minus probatae commentationis pudeat. Haeccine vero Tua liberalitas ingenii, et incredibilis in me beneuolentia, quam, per quinque nunc prope luſtra, quauis occaſione, et quouis modo, priuatim ac publice teſtatus fuiſti? Optime de Academia meritis Proceribus me prorſus nihil merentem, nullius auctoritatis hominem, annumerare dignatus es, quibus beati Fratris elegantem libellum de cauſſis a Luthero impugnatarum indulgentiarum dicare inſtituiſti.

Et

Et publice nuper mihi natalem LXI. ſplendida et eruditiſſima diſſertatione epiſtolica, de Reinhardi Koenigii, primi hiſtorici et politici Rintelienſis, vita et meritis, gratulari ex animo, et laudibus, ex amoris abundantia, vt beneficiis ſemper me cumulare voluiſti: quorum ſi per vitam immemor, profecto ingratiſſimus eſſem. Tua vero noſtri memoria et incomparabilis fauor quam me delectet, dicere nequeo. Pro viribus equidem mereri de literis cupio, parum de laudis gloriola ſolicitus: a tui ſimilibus tamen et amari, et laudari, iam ita placet: vt ſtudium et flagrans deſiderium ab ipſa natura videar accepiſſe. Hoc mihi bonum, i. e. amicitiam tuam, cum tua vltro detulerit humanitas: quam a me putas illi felicitatem praeferri? Eſt igitur, cur et ipſe mihi gratuler, et maximas Tibi agam gratias. O ſi quid referre fuerit olim mihi conceſſum! Libelli, illius quidem alieni, dedicationem non aegre feres: quam nemini prorſus fore moleſtam grauemque, dixti. Amor certe animusque gratus errare non poteſt. Aut ſi quis errat, vel bene merendi ſtudio ductus, vel gratificandi voluntatem ſecutus, veniam ſibi paratiſſimam promittit: nec

fuerit facile quiſquam iudex tam iniquus, qui hominem obſequentiſſimum non laude potius, quam reprehenſione dignum, habeat. Tibi certe non illud peſtiferum arridebit Stoicorum de morte voluntaria decretum: noſtra ſi Tibi placebit doctrinae pridem exploſae refutatio: ineptas aliorum rideo ſuſurrationes atque calumnias. Forſan et bonis omnibus antidotum eius videbitur eſſe modi: vt non me quid dicendum iudicent, quod noceat, ſparſiſſe veneni. Satis ego quidem diſſertatione illa priori moleſtum ac triſte puto confutatum eſſe ἀλόγȣ ἐξαγωγῆς, velut ex orco reuocatum, dogma: ne quid tamen ex auctoris mente in ea deſideretur; alteram eiusdem argumenti exercitationem, quam ipſe calumniarum examen inſcripſit, aduerſus εὐλόγȣ ἐξαγωγῆς oppugnatores, ex autographis protrahere conſultum exiſtimaui; iiſdem vero etiam inſiſtens veſtigiis, cum alioqui ante victoriam ſibi triumphum adſcripſerit, veritatem luculenter vindicare, et omnem calumniae ſuſpicionem animaduerſionibus noſtris abſtergere ſtudui. Nec adeo quemquam credo peruicacem aut ſtupidum fore, qui non liquido cognoſcat, ex hac parte fidem pugnare,

illinc

illinc perfidiam; hinc amorem, pietatem, atque conſtantiam, illinc odium, ferociam, atque deſperationem; hinc patientiam et obſequium, illinc indignationem et peruicaciam; hinc veritatem, illinc ſcelus cum omnibus vitiis ſemet prodere: vt pulcherrimam atque certiſſimam, apud bonos dubio procul, virtuti poſſimus promittere laurum, atque decentem quorumque ſapientiae ſtudioſorum applauſum. Noſtra qui legere volunt, eliguntque deteriora, ſibi habeant, ac tribuant ſtultae pertinaciae aut impiae curioſitati, quod longe maximum eſt, animae detrimentum: vt ſua ſponte, non mea culpa, in exitium ruant. Noſti, Vir Summe Reuerende, quibuscum vitiis et erroribus quotidie dimicandum virtuti: quot haereſes non docendae, ſed refutandae, quam callide ſerpentibus aliquando et clandeſtinis malorum perſuaſionibus occurrendum: veritas fidesque ne penitus vel per cuniculos atque inſidias opprimantur. Noui, Amicorum Suauiſſime, Tecum, vetus et obliteratum eſſe illud Stoicorum de morte voluntaria decretum: illud vero etiam haud difficulter, credo, concedes mihi: vbi vetera, non dicam in perſuaſionem, ſed in

vſum,

vſum, reuocantur: antiquatis pridem ſaniorum ſententiis, iterum iterumque nouis, ſi qua veritas, quae antiquiſſima, dici poteſt noua, demonſtrationibus ſubueniendum illis, et omni cura, ſolicitudine, opera, contentione id agendum, ne quid eccleſiaſtica, literaria, et publica res detrimenti capiat. Et hoc ipſe agis. Seruet Te Deus, ad eccleſiae et academiae decus, ad Matris Optumae ſolatium, illuſtris Familiae florem, ac notabile ſcientiarum augmentum, quam diutiſſime ſaluum, felicem, atque laetum. Equidem non vltimus, quoad viuam, inter eos ero, qui operam Tibi praebent aſſiduam, Tuisque potiſſimum commodis et honori maximo Tuo ſeruiunt. Studio certe, ſi minus re potero, quam maxime in id enitar, vt amici et collegae officium accuſari nequeat. Vale, Vir Summe Reuerende, et mihi fauere, vt facis, perge. Rintelii a. d. XVI. kalend. Maii CIↃIↃCCLIII.

DISSER-

DISSERTATIO PRAELIMINARIS
DE
CAVSSA MORTIS VOLVNTARIAE
MINIME NATVRALI,
SED
AFFECTVVM ADSCRIBENDA TYRANNIDI.

Decimus ſextus iam agitur annus, qno primum doctiſſimi, ſed infelicis Suedi, Iohannis Robeccii exercitationem philoſophicam de morte voluntaria, cum animaduerſionibus quidem perpetuis, in lucem edidi: meamque vtut ſatis probarim bonis et illuſtribus viris opellam; hominum aliquot χειλικωτάτων, *vel inuidorum expertus ſum vocnlas, qui id inprimis non aequo ſe dicebant ferre animo, librum de*

ſummo ſcelere vulgari ſuſpicioſiſſimum, atque confutatione mea nihil aliud agi, quam peſtiferum aliquali cum antidoto venditari venenum. Id vero genus hominum, vt ſuam nimis pudendam cum malitia prodiderunt ignorantiam, ſi legiſſent primas diſſertationis meae paginas: clare ſatis legere et diſcere potuiſſent, me, vt ſtandum erat promiſſis, non agere pro lubitu, cauſſamque plures eandem ſine fraude iam pridem ante me agitaſſe: vt nullum fere nunc videatur proferri dictum, quod non fuerit dictum prius. Longo Scriptorum de autocheiria catalogo, diſſertatione praeliminari de morte voluntaria pag. 11. *ſeq. addi poſſent plures alii, ſi operae viſum fuerit eſſe pretium, beneuolo demonſtrare lectori, me nihil mihi tribuere, quod non ante me et doctiſſimi, et prudentiſſimi viri memoriae prodiderint.* ANDREAS CELICHIVS, *Marchiae veteris Superintendens, lingua vernacula, Magdeburgi* 1578. 8. *edidit* **einen nützlichen und nothwendigen Beweiß von denen Leuthen, ſo ſich ſelbſt aus Angſt, Verzweiffelung, oder andern Vrſachen, entleiben und hinrichten.** *Patauinus philoſophus,* FRANCISCVS PICCOLOMINEVS, *Senenſis,* 1583. *Pataui edidit vniuerſam philoſophiam de moribus, et gradus ſexti cap.* 16-21. *p. m.* 475-483. *negantium et affirmantium, homini pro vitanda miſeria, vitio, aut feritate, aliquando praeeligendam eſſe mortem, argumenta examinat. Liber cum comite politico prodiit apud heredes Euſtadii Vignon.* 1596. 8. FRIDERICVS WINEKER, *conſiliarius Eccleſiaſticus et concionator aulicus Brunſu. Luneburgenſis, vernacula quoque dedit* **einen gründlichen und warhaftigen Bericht von Ioh. Balthaſar Kelterborns, Cantzley Fiſcalis, Leben und iämmerlichen Ende. Braunſchweig** 1660. 12. *Equidem*

dem maleuolorum calumniis non reſpondere ſoleo, neque laudari, niſi a laudatis cupio: quibus ſi mea quocunque modo probare poſſum, ridicula me nihil mouent omnia barbarorum molimina. Tantumque abeſt, vt huius Examinis, velut de morte voluntaria partis, editionem prohibere valuerint. Quam fideliſſime philoſophi ſuo malo pertinaciſſimi praeſtat reſpondere argumentis, examen examinare, atque adeo veritatis confutationem refutare. Quod antequam auſpicato aggrediar opus, paucis operae fuerit pretium demonſtrare, cauſſam voluntariae mortis non eſſe naturalem, ſed affectuum tyrannidi adſcribendam. Quod inter omnes conſtat, ac ſole meridiano clarius eluceſcit, mors finis eſt vitae, vel tranſitus potius e perbreui aerumnoſa ad aeternam beatiſſimam vitam, qui non a noſtro, ſed numinis aeterni, creatoris et conſeruatoris noſtri, arbitrio dependet. Vel eſt imperantis ſummi iuſſu, natura mediante, hominis a ſtatione ſua dimiſſio: vt non tam erepta nobis vita, quam mors eſſe donata videatur, quae piis vita potior, nec viro forti poteſt accidere triſtis, nec miſera ſapienti. Nunquam enim inuitus eam excipit, tanquam ad felicitatem aeternam tranſitionem, naturae neceſſitatem, atque laborum vel miſeriarum finem; diuinitus mortalium cuique conſtitutam: vt ipſa virtus mortis, quam natura propoſuit omnibus, crudelitatem atque dedecus propulſare videatur. Fuerunt tamen aliquando homines adeo immemores ſui, vt rationem non audientes, imo penitus obruentes affectuum procellis, inſtinctu extincto naturali, atque humanitate omni exuta, ſemetipſos enecare non dubitarint. Scelus nefandum, quod longe triſtiſſimo decreto ſuis tantum Stoici commendant, cum alii,

tum Ariſtoteles inprimis, damnarunt: vt ſatis mirari nequeam, illum peripateticorum principem in ipſa hominis natura, quae plane contra naturam eſſe dixi, et ſaepius quam clariſſime demonſtratum iui, actionis ſtultiſſimae cauſſam et fundamentum quaerere, nuſquam profecto quam in deſperatione, furore extremo, et affectuum tyrannide inueniendum. Ita philoſophus problematum ſectione 30. *oper. tom.* 2. *p. m.* 1014. *ſeq. Melancholicus* ſi vltra modum frigidus ſit, moleſtiae anxietatesque ſponte ſine vlla ratione naſcentur, ex quo mortem laqueo ſibi conſciſcunt, maxime quidem iuniores, interdum tamen et ſeniores. Multi etiam vinolenti ſeſe interimunt. Nonnulli vero ex melancholicis, vbi abunde potarunt, dolent, et animo vehementer ſuccumbunt. Calor etenim naturalis a calore vini extinguitur. - Quibus, calore natiuo emarceſcente, oritur aegritudo, ii ſibi laqueum potius petunt: quare iuuenes potius, quam ſenes, laqueo ſe interimunt. Alteris enim calor per aetatem marceſcit, quod naturae agitur ordine. Alteris per vim ipſius affectis: quod contra naturam eſt. Quibus autem calor extinctus ſubito eſt, ii repente ſe interficiunt, vt omnes mirentur, eo quod nullum indicium praeceſſerit. - Accidit vero, vt calor ſubito cauſſis quoque externis extinguatur, quemadmodum quae praeter ſuam naturam candent, ceu carbones, aqua ſuper infuſa extinguuntur. Vnde fit etiam, vt ſedata ebrietate nonnulli ſe ipſos enecent. Calor enim ex vino adiectus eſt, quo extincto, vſu euenit illa pernicioſa affectio. *Videamus ergo, quid natura velit. Corpus humanum homogeneum non eſt, ac diuerſis conſtat partibus: vt temperamentum*

mentum totius ex pluribus coaleſcat humoribus, videlicet ſanguine, pituita, bile flaua ſeu cholera, et bile atra ſeu melancholica: qui humores vi quadam ingenita vulgo ſeu qualitate diſtinguuntur. Ita ſanguis, *quod per venas et arterias fluit, dicitur eſſe calidae ac humidae indolis*; pituita *frigidae ac humidae*; bilis flaua *calidae et ſiccae*; bilis atra *ſiccae et frigidae. Quibus ergo quisque humoribus abundat, dicitur eſſe huius temperamenti, atque varium induit corporis habitum: vt homines ſint, pro humorum abundantia, ad alios atque alios animi motus propenſi. Ne quid de aliis dicamus, melancholici, in quibus dominatur atra bilis, ſegnius vulgo quidem efferueſcunt, quam cholerici; quam primum vero ad furorem adacti, tenaciores ſunt irae et odii: vt furor irritatus ſemet vix moderari poſſit, iniuriaque maneat alta mente repoſta. Hinc difficillime placantur, nunquam non offenſae memores. Sunt fere pulſu tardo et exiguo, venis arctioribus, vultu pullo, truci triſtique aſpectu; peculiaribus etiam morbis, videlicet ſchirris, varicibus, quartanis febribus, hemorrhoidi, ſplenicis affectionibus ſubiecti. Variam humorum commixtionem et admirandam hominis ſtructuram, quoad viuit, arctiſſimo et vix cuiquam perſcrutabili nexu, rationalis et immortalis comitatur anima, quae in corpore eſt, quod ſol in orbe, rex in imperio, dux in exercitu, gubernator in ciuitate, nauclerus in nauigio: atque adeo corporis quascunque actiones inſtituit ac dirigit conſortio indiſſolubili, vt communis vtrinque ſit dolor atque voluptas. Mirabiles inde oriuntur affectus, qui et animae paſſiones appellantur: a quibus vt plurimum hominis maxima calamitas felicitasue dependet. Noſtrum nunc non eſt, membro-*

rum functiones et motus, totamque corporis machinam examinare illius rationalis animae ſociam: cuius, vt quisque haud difficulter intelligit vſu perpetuoque ſenſu, cogitationes ſunt propriae: vt diuinitatis quandam prae ſe ferat imaginem, eamque dignitatem, quae vna rerum creatarum omnium diuinitus indita nobiliſſimae, ad numinis aeterni et creatoris benefici gloriam ſummis laudibus euehendam. Sunt vero animae ſiue mentis aliae actiones, aliae paſſiones ſiue affectus. Actiones intellectus atque voluntas producit cum ipſa ratione conuenientes. Paſſiones ſunt qualescunque perceptiones ex rebus illi repraeſentatis ope ſenſuum, et ipſa humorum diſpoſitione. CARTESIVS inde paſſiones in genere voluit definiri, perceptiones aut ſenſus, aut commotiones animae, quae ad eam ſpeciatim referuntur, quaeque producuntur, conſeruantur, et corroborantur per aliquem motum ſpirituum. *Conſtat enim, vt ſupra dictum, corpus et animam agere in ſe inuicem. Hominis ergo ratione praediti eſt, ſemetipſum non minus, quam creatorem atque ſeruatorem ſuum cognoſcere, ſapientiae et virtutibus ſtudere, in rebus et actionibus quibusque ſuis optimam vitae magiſtram rationem audire, perquam ſolicite in animae paſſiones inquirere, et, quod vulgo nobiliſſimum dicitur eſſe vincendi genus, vincere ſemetipſum: vt lubentiſſime poſſit eſſe ſua ſorte contentus, atque ſummi boni poſſeſſione perenni gaudere. Quod qui faciunt, naturae profecto viuunt conuenienter, ſuisque affectibus adeo nunquam ſuccumbent, vt mortem ſibimetipſis conſciſcere velint. Natura enim ſui conſeruatrix eſt, ac vehementiſſime, niſi gratia interceſſerit diuina, ſemper a diſſolutione abhorret. Affectibus autem qui nimium*

indul-

Digitized by Google

indulgent ſuis, rationem ſuffocant, ſuique immemores plane ſummam iſtorum ipſi vel imprudentes ſentiunt tyrannidem: vt in ſcelera quaeuis nefanda exitiumque ruant. Ecquid magis peſtiferum mortalibus, quam aegritudo, illa mentis crux perpetua, et atrae bilis, ad corpus macerandum, triſtiſſima comes? Infauſtus ille dolor animi miſerrimos homuncionum enecauit non paucos, ſuamque in affectuum mancipia ſaeuam exercuit tyrannidem. Obruitur ſpiritus et ratio, non dicam triſtitia perenni, ſed inconſolabili deſperatione: vt homo, rerum humanarum pertaeſus, ſaevas in ſemetipſum non vereatur conuertere manus. Nec ab re ſeculi XIIII. doctor Chriſtianiſſimus IOH. GERSON, Academiae Pariſienſis Cancellarius, de paſſionibus animae ſcribit, operum tom. 3. Tenebroſas ſpirituum in imaginatiua virtute ſuſpiciones mirabiles excitat, ita vt quidam credant ſe quaeri ad mortem, vel ad incarcerationem, vel ſpoliationem, et inde fugiant, nemine perſequente, trepidantes timore, vbi non eſt timor. Cognoui talem tempore meo, qui ingenioſiſſimus erat, et peritus valde in medicina, qui tandem fugit in nemora occulta, nec vltra apparuit. *Confer. FRID. WINEKER, theologi, concionatoris aulici et conſiliarii eccleſiaſtici Brunſuicenſis et Luneburgenſis gründlicher und warhaftiger Bericht von Ioh. Balthaſar Kelterborns, Cantzley Fiſcalis, Leben und jämmerlichen Ende. Furioſi, et quorum affectibus ſuffocata eſt ratio, ſcriptam non audiunt legem, nec illam mortalium quorumque cordibus inditam de non occidendo. Quam exoſi fuerint omnes ſua ſemet interimentes manu apud moratiores gentes, dictum praeliminari diſſertatione de morte voluntaria* p. 19. *ſeqq. Iſtos Hebraei abiecerunt inſepultos. vid. IOSE-*

PHVS

PHVS de bello Iudaico l. 3. c. 14. Graeci manum abſciſſam a corpore ſeparatim ſepeliri voluerunt. Lex ita ſe habet: ἐάν τις αὐτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν ἀποκόπτειν, καὶ χωρὶς τοῦ σώματος θάπτειν. Qui ſibi violentes manus intulit, manus, quae id perpetrauit, praeciditor, neque eodem cum corpore tumulo ſepelitor. *vid. ANTON. THVSII collatio Atticarum et Romanarum legum, apud IAC. GRONOVIVM theſauro Graecar. antiq. vol. 5. p. 1390. edit. Venet. Et hoc paſſim vſu receptum, ARISTOTELES moral. ad Nicomachum l. 5. c. 15. memoriae prodidit. Romanorum, niſi qui Zenonis infecti veneno, ſcelus abborrentium, leges vulgo notiſſimae ſunt, neque huc referendae. Affectuum, quibus miſeri homunciones ſuccumbunt, longe maximus tyrannus eſt METVS, qui vicit plurimos, victosque, vt maior iſtos inceſſeret ſtultitia, enecauit. LVCRETIVS:*

. . Saepe vſque adeo, mortis formidine, vitae
Percipit humanos odium lucisque videndae,
Vt ſibi conſciſcant moerenti pectore letum.

SENECA epiſt. 24. tantam hominum imprudentiam eſſe, imo dementiam, vt quidam timore mortis cogantur ad mortem. *Et epiſt.* 70. Etiamſi certa mors inſtabit, et deſtinatum ſibi ſupplicium ſciet, non commodabit poenae ſuae manum. Stultitia eſt, timore mortis mori. *Arceſilaus apud PLVTARCHVM conſol. ad Appollonium:* πολλοὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὴν πρὸς τὸν θανατὸν διαβολὴν, ἀποθνήσκουσιν, ἵνα μὴ ἀποθάνωσι. Multi, ob vilitatem ingenii et criminationes mortis moriuntur, ne moriantur. *Nimirum, vt Diogenes aiebat, adeo difficilis et mala res metus eſt, vt multi anteceperint ipſum factum, quod timebatur. Vt qui in naui tempeſtate iactantur* et

et periclitantur, nauis non exſpectata ſubmerſione, ſemetipſos interficiunt. Vel, ut LVCANVS loquitur,

- Multos in ſumma pericula miſit
Venturi timor ipſe mali. -

CICERO de finibus bonorum et malorum lib. I. cap. 15. mortis metu omnis quietae vitae ſtatus perturbatur: - ſuccumbere doloribus, eosque humili animo imbecilloque ferre, miſerum eſt: Ob eamque debilitatem animi multi parentes, multi amicos, nonnulli patriam, plerique autem ſe ipſos penitus perdiderunt. *Eſt animi quaſi ligamentum et perturbatio, vt omnis proiiciatur ſapientia, extirpetur memoria et ipſa ratio, interea temporis, quo malum futurum exſpectatur, ne tunc exiſtens quidem, aut tantum certe non ad exitium imminens. Vnde Aeſchinus apud TERENTIVM adelph. A. 4. S. 4. init.*

Diſcrucior animi: hoccine de improuiſo mali mihi obiici
Tantum, vt neque quid de me faciam, neque quid
agam, certum ſiet?
Membra metu debilia ſunt: animus timore obſtupuit:
pectore
Conſiſtere nihil conſilii quicquam poteſt. - -

Quinquaginta Spartanae virgines, cum, ex foedere, ſacrorum cauſſa, ad Meſſeniorum vrbem eſſent profectae, ac in Venerem a iuuenibus Meſſeniis ſolicitarentur, neque vim aliter effugere poſſent, mortem oppetierunt.

PAVSANIA Boeoticis vel Graeciae lib. 9. cap. 13. p. m. 736. et DIODORO SICVLO biblioth. hiſtor. lib. 15. cap. 54. p. m 699. ſeq. teſtibus, Scedaſi Leuctris domicilium habentis duae fuerunt formae egregiae et nubiles; filiae Molpia et Hippo. Has, vt et Leuctri eius, a quo

campus nomen ſortitus eſt, filiam, eodem virginitatis flore conſtitutas, Spartanorum legati, Parathemidas, Phrudarchidas, et Parthenius, per vim ſtuprauerunt. Nobiles puellae, tam inſignem contumeliam et ſceleris foeditatem minime ferentes, diras patriae, quae tam nefarios miſiſſet legatos, imprecatae, laqueo vitam finierunt. Ipſe pater Scedaſus, cum Spartae iudicium fruſtra poſtulaſſet, Leuctra reuerſus, vitam ſibi ſuis manibus praecidit. Alia Hippo, Graeca mulier, a nautis capta, cum intelligeret, ſtuprum ſibi et inſidias parari. noctu ſemet in aquas praecipitem dedit. VALER. MAX. *l.* 6. *c.* 1. *extern. n.* 1. *Eodem referente loc. cit. n.* 3. *Teutonicae mulieres, coniugibus acie trucidatis, ne quid captae vlterius paterentur, Marium victorem per ſacra omnesque virtutes rogarunt, vt Veſtalibus dono mitterentur virginibus, affirmantes, aeque ſe omnes, atque illas, virilis concubitus expertes futuras. Cum voti non compotes fierent, omnia timentes, ſibi proxima nocte ſpiritum laqueis eripuerunt.*

Triſtitia, ex caſu funeſto ac recenti concepta, multis praeſertim ſequioris ſexus coniugibus, voluntariae mortis cauſſa fuit. Quid Porciae, Catonis Vticenſis filiae, poſt obitum Bruti, coniugis dilectiſſimi, acciderit, legimus apud PLVTARCHVM *in vita Bruti.* VAL. MAX. *l.* 3 *c.* 2. *l.* 4. *c.* 6. DIONEM CASSIVM. *l.* 47. APPIANVM *de bello ciuili l.* 4. *Vnde* MARTIALIS *l.* 1. *epigr.* 43.

Coniugis audiſſet fatum cum Porcia Bruti,
 Et ſubtracta ſibi quaereret arma dolor:
Nondum ſcitis, ait, mortem non poſſe negari?
 Credideram ſatis hoc vos docuiſſe patrem.
Dixit, et ardentes auido bibit ore fauillas:
 I nunc, et ferrum, turba moleſta, nega.

Quan-

Quantus fuerit Pantheae erga Abradatam coniugem amor, triſtis exitus probauit. Cum Cyro *is mille adduxiſſet equites, atque in proelio ipſe occiſus eſſet: Panthea vidua, pro muneribus a* Cyro *in ſolatium miſſis, petiit tantum, vt ſibi mortuum videre liceret. Quod cum facile impetraſſet, coniugem deploratum ſuae gentis more ornauit, et cum ſepeliendus eſſet, acinace iugulauit ſe ipſam, et impoſito capite ſuper coniugis pectore mortua eſt. vid. XENOPHON Cyri paediae lib 7. p. m. 127. Neque mens alia Paulinae fuit, quae et ipſa Stoica philoſophi Senecae vxor, cum marito mortis a Nerone oblatum eſſet genus, ac venae in balneo ſectionem elegiſſet, eodem modo decreuit cum illo mori, quamuis id illi Seneca valde diſſuaderet. Qua de re cum certior factus eſſet Nero, miſit, qui ſanguinem ſiſterent, atque matronam ſeruarent: quae, quod ſanguinis iam multum emiſiſſet, quoad viuere ipſi licuit, pallida ſemper manſit, atque fidei ſceleſtae, vel amoris inſani ſigna, vel deſperationis notam in vultu retinuit. Confer. comment. de imminente Latinae linguae ſenectute cap. 10. §. 20. pag. 655. Demotionis Areopagitae filia, Leoſthene ſponſo mortuo, ſe alteri nupturam negauit: quod adulterum, non maritum, acciperet. Illum enim iam defunctum, ſibi tamen viuum ſupereſſe maritum. Et breui poſt, ad ſecundas nuptias ne compelleretur, ſemetipſam enecauit. Recens dolor atque miſeria inuincibilis non paucas mulieres aut virgines commouerunt, vt ſemetipſas enecarent. Athenienſium triginta tyranni, cum interfeciſſent Phaedonem in conuiuio, filias eius, formoſas virgines, iuſſerunt ad ſe venire, ſcortorum more nudari, ſuperque pauimenta, patris commaculata ſanguine, geſtibus ludere im-*

pudicis. Virgines, diſſimulato paulíſper doloris habitu, cum temulentos cernerent conuiuas, egredientes quaſi ad requiſita naturae, ſemet inuicem complexae, vt virginitatem voluntaria morte ſeruarent, aut patris obitum repentinum potius ſequerentur, in puteum praecipitarunt. Simillimum feminae in regno Fingo Japoniae caſum BERNHARDVS VARENIVS Iaponiae deſcriptione cap. 14. p. 97. exponit. Nobilis quidam, ſuperiori Seculo, in Iaponia vxorem duxerat formoſiſſimam: cuius amore flagrans ipſe rex enecauit maritum, paucíſque poſt diebus ad ſe vocans mulierculam expertus eſt eius caſtitatem. Haec vero, cum ſciret, quae marito fuerit mortis cauſſa, dies a rege petiit triginta, quibus defunctum lugere, iuſtaque illi ſoluere poſſet: poſtea ſibi permittat in arcis regiae turri conſanguineis et amicis parare conuiuium, atque adeo luctus et lacrumarum facere finem. Annuit rex. Et coena, vt dixerat, parata, cui rex ipſe laetus ſuiſque inhians voluptatibus intererat, in turris pergula reſidens femina, quaſi aedium et agrorum aſpectu paſceret oculos, in regis et amicorum, nihil ſuſpicantium praeſentia tandem ſe dedit praecipitem, ac miſere illiſa terrae, vt pudicitiam ſeruaret, animam efflauit.

Cum in feminis ex amore ſit naturalis quidam et vehemens ad concubitum inſtinctus: ex odio contra et indignatione tanta oritur auerſatio: vt enecari malint, quam commiſceri cum illis, a quibus velut peſſimis naturae monſtris abhorrent. Braſilla Dyrrachina, *illuſtris virgo, cum ab improbo milite capta vim paſſura eſſet, promiſit militi et hoſti ſuo, ſi virginitatem ipſi relinqueret illibatam, incomparabilis praemii loco, herbam illi daturam, quam ſi manducaret, nullo telorum genere vulneratum iri. Placet militi*

militi conditio, vt virginem in hortos comitaretur: vbi virgo herbam, quae proxima erat, decerpſit, eaque manducata, odioſo dixit comiti, ne quid de vi et efficacia iſtius herbae dubites, in me periculum facito: et iugulum illi feriendum praebuit. Sic miles fidem habens verbis puellae, ſtricto gladio petiuit iugulum, et Chriſto deuotam caſtamque virginem inuitus ac ſubiratus vita priuauit. Ita rem ex HIERONYMO LVDOVICVS VIVES narrauit de inſtitutione feminae Chriſtianae lib. 1. Eandemque peruicaciam in regina Cocorae notamus, cuius triſte fatum ex Caronii relatione BERNHARDVS VARENIVS, de regno Iaponiae deſcribit cap. 14. p. 95. ſeq. Maluit illa cum ſuis ſe conclaui eodem concremare, quam in Caeſaris Fiderii, cuius obſes erat arcem tranſire: cum eius nullum a marito praeceptum habuiſſet.

In mulierculis Chriſto, coeleſti ſponſo, nuper deuotis, cum perſecutionibus horrendis attonitae ſibimetipſis conſulere non poſſent, ac plura, quam inſtabant, mala timerent, cum ſexus imbecillitate religio, vel ſuperſtitio, pudor atque formido, ad deſperationem vſque concurrebant: vt, vehementioribus iſtis affectuum procellis, effugia quaererent, vbi nulla reperiuntur, atque adeo ſemetipſas enecare non vererentur. Adeo ſuis affectibus ſuccumbentes, eorum non poſſunt non perſentire tyrannidem, atque vt OVIDII metamorph. l. 7. v. 340. alio quidem caſu, verba faciam mea,

His, vt quaeque pia eſt, hortantibus, impia prima eſt,
Et ne ſit ſcelerata, facit ſcelus. - - -

Ita Pelagia, *virgo Antiochena, vt AMBROSIVS de virginibus lib. 3. et epiſt . ad Simplicianum memoriae prodidit, cum matre et ſororibus, in flumen ſe dedit praecipitem:*

 pitem:

pitem: ne forſan a perſequenti milite violaretur. Et *EVSEBIO teſte lib.* 1. *de vita Conſtant. c.* 28. *et Nicephoro hiſt. eccleſ. lib.* 7. *cap.* 21. *Romana mulier nobiliſſima et caſtiſſima, quam RVFFINVS* Sophroniam *vocat, ſemet occidit, ne vim a Maxentio imperatore pateretur. Cum enim perducenda eſſet ad impium et laſciuum Caeſarem, iamque pro foribus adſtare videret ſatellites atque miniſtros libidinis: maritus etiam, metus cauſſa, iſtis coniugem permiſiſſet abripere: paululum temporis popoſcit, vt corpus decenter ornaret. Cubiculum ergo ingreditur, et, cum ſola eſſet, enſe transfigit ſemetipſam. Legitur apud EVSEBIVM quoque l.* 8. *hiſt. eccleſ. c.* 24. *hiſtoria de muliere quadam Antiochiae nobiliſſima, quae, cum filias duas virgines haberet, aetate integra et corporis forma praeſtantes, atque timeret, ne ſatellites impii, ad nefariam libidinem explendam, illis abuterentur, ad medium vix venit iter, atque neceſſitatis cauſſa paululum de via, decedendi veniam a ducibus inuiſis petiuit. Ea vero impetrata, cum filiabus derepente ad ripam fluuii prolapſa in gurgitem profluentem ſemet vno impetu praecipitarunt. Sunt illae fortaſſis eaedem, de quibus CEDRENVS fol.* 220. *teſtatur, Adaucti martyris coniugem atque filias fuiſſe, ac ſemet, ne pudicitia violaretur, in amnem dediſſe praecipites. Sic quoque, FVLGOSO referente, Dugna, virtutibus et nobilitate inſignis matrona, ab Attila, Hunnorum rege, expugnata iam Aquileia, quod barbaros audiuerat iſtos in diripiendis vrbibus auare et crudeliter agere, nec a mulierum pudicitia abſtinere, vt eam vim non experiretur, domum in amnis ripa poſitam habitans, in eum a feneſtra ſe praecipitem dedit.*

Vin-

Vindictae cupido in feminis ſemper ad inſaniam vſque longe maxima fuit. PLVTARCHO *teſte in Alexandri M. vita, captis ab Alexandro Thebis, in direptione illius vrbis, Thraciorum militum praefectus* Timocleam, *nobilem feminam, bonis a militibus iam ereptis, coegit, vt ſecum miſceretur. Ea re peracta, ſibi amicam credidit eſſe factam, et petiit a femina ſtuprata, ſibi oſtenderet, ſi domi conditum haberet theſaurum. Reſpondit confeſtim mulier, ſe magnum habere, ſed in puteo aquarum vacuo depoſitum. Eo deductus auarus hoſtis, ſine alio comite, ne quis in partem veniret lucri, cum diligenter et auidiſſime intueretur, Timoclea, pedibus ſublatum praecipitauit in putei fundum, atque lapidibus obruit. Alexander vt rem geſtam cognouit, capitis ream abſoluit, direpta illi reſtituit bona, quod commota iuſto ſemet dolore viraginem praeſtiterit, et vna cum liberis matrem immunitate donauit. Hiſtoriam ſimillimam* VAL. MAX. *l. 6. c. 1. extern. n. 2. narrat. Gallo graecorum copiis a Cn. Manlio conſule in Olympo monte partim deletis, partim captis, Orgiagontis reguli capta vxor, mirae pulchritudinis, a centurione, cui cuſtodienda erat tradita, ſtuprum pati cogitur. Poſtquam ventum eſt in eum locum, in quem centurio, nuntiis miſſis, ad redimendam mulierem, eius neceſſarios pretium afferre iuſſerat. Centurione aurum expendente, eiusque in pondus intento, ſuis lingua vernacula imperauit, vt hoſtem occiderent. Occiſi caput abſciſſum ipſa manibus ad coniugem ſuum detulit, eiusque ante pedes abiecit, iniuriae et vltionis iuſtae ordinem exponens. Hoc virtutis erat; multoque laudabilius, quam ſi vtraque virago ſemet ad iniuriam vitandam, enecare voluiſſet, pro ſcelerato innocentem. Sed maiori cum ſcelere coniuncta erat*

erat Cammae vindicta, quae, teſte POLYAENO *ſtrat. l.* 8. *c.* 39. *Sinati in Gallia tetrarchae coniux propter formam ab altero Galliae tetrarcha Eraſinorice perdite amabatur. Hic, vt mulierem in matrimonium ducere poſſet, dolo necauit Sinatum, nec longe poſt viduae ambiuit nuptias. Illa conſtanter renuit, tandem vero, coniugium ſuadentibus amicis, ſimulauit aſſenſum. Magno Gallorum comitatu venientem ſponſa perhumaniter excepit, in Dianae templum ad aram duxit, ipſaque ex aurea phiala partem bibens, illi partem reliquam ebibendam dedit. Potus autem erat mulſum veneno mixtum. Cum bibiſſent, Camma deam, in genua procumbens, adorauit, et gratiam, dixit, tibi habeo, veneranda Diana, quod mihi conceſſeris in templo tuo ſupplicium exigere pro marito, mea cauſſa interfecto. His dictis, confeſtim exſpirauit, ſimul atque ſponſus cum ea vitam reliquit.*

Pudor ipſe, qui virtutis cuſtos eſſe deberet, atque turpitudinis cuiusque acerrimus hoſtis, aliquando viſus eſt homines ita perturbare, vt, ne mentis quidem et rationis compotes, quam aliorum viuere ludibrio, in exitium ruere maluerint. Hunc nouimus immodici pudoris non raro in mulierculis effectum fuiſſe: vt ventri crepitus, quod valde miramur, etiam triſtis legatur cauſſa fuiſſe voluntariae mortis. Apud BERNHARDVM VARENIVM *Iaponiae deſcriptione c.* 14. *p.* 98. *puella quaedam in gynaeceo magnatis alicuius in Iaponia, ſeculo ſuperiori, ad menſam miniſtrabat, genibus pauimento inſidens, aduerſus dominum, vt mos erat gentis, ad vinum hero et matrifamilias infundendum. Cum autem patinae cum cibis quaedam ante dominum poſitae eſſent, ſupra quas brachium extendere debebat infundens puella: ventre compreſſo non ſine*

ſo-

ſonitu flatum emiſit. Quòd tanto pudore affecit miſellam, vt neque ſurgere, neque ſemet extra conclaue proripere poſſet; verum in eodem loco permanens manus et brachia intra ſtolam abſconderet, caput vero intra ſinum, oreque ad dextram mammam applicato, dentes ei tanto cum impetu immitteret, vt ipſa infelix puella mox animam efflaret. Superbia, faſtus, et neſcio quae gloriola, vel inſolens ambitio, multos ad voluntariam necem adegit: vt fortitudinis poſt fata famam relinquerent poſteris. Et eos MARTIALIS ridet libr. 1. epigr. 9.

Quod magni Thraſeae, conſummatique Catonis
  Dogmata ſic ſequeris, ſaluus vt eſſe velis;
Pectore nec nudo ſtrictos incurris in enſes:
  Quod feciſſe velim te, Deciane, facis.
Nolo virum, facili redimit qui ſanguine famam:
  Hunc volo, laudari qui ſine morte poteſt.

Taedium vitae quem cepit, ſui ipſius immemorem plane, peruicacem atque furentem reddit, vt inſtinctu plane diabolico excitatus in rabiem vertatur, et morbo quaſi peſtifero et inſanabili corruptus, ſine mora, quocunque modo in ſemet ipſum ſaeuire non erubeſcat. Cuius paulo ante facta eſt mentio, Vticenſis Cato, quantumuis ſibi ſapere videretur, quam ferro non emiſerat, animam manu extraxit. Indignam SENECA quoque de prouidentia cap. 2. iudicauit, quae ferro contaminaretur. Anima vero contaminata ad numen Sanctiſſimum accedere nequit; nedum ferro ſibi quisquam parare ſalutem. Quibus pro arbitrio, mortis inſtrumenta praeſto non erant, obuia quaeque rapuerunt, et, quae natura non erant noxia, vi ſua tela fecerunt. SENECA teſte epiſt. 70. ex illis, qui ad beſtias damnati vel auctorati, quidam,

cum ad matutina ſpectacula et publicos ludos ſeruaretur, ad corpus exonerandum ſeceſſit: nullum enim illi dabatur ſine cuſtode aliud ſecretum: vbi lignum, quod ad emundanda obſcoena adhaerente ſpongia poſitum eſt, in gulam infarſit totum, et, vi praecluſis faucibus, ſpiritum eliſit. Quod certe morti eſt facere contumeliam: vt melius poſtridie, ſic volente magiſtratu, ni vicerit ipſe, horrendis alicnius beſtiae vnguibus lacerari potuerit. Factum Seneca tamen laudat, quod ſemet quocunque modo enecare maluerit. Alius, eodem teſte loc. cit. cum inter cuſtodias ad matutinum ſpectaculum, a quodam prouinciae praeſide miſſus, veheretur, tanquam ſomno premente nutaret, caput eo vſque demiſit, donec radiis inſereret: ſeque tam diu tenuit in ſedili ſuo, donec ceruicem rotae circumactu frangeret. Sic poenam ſumere de ſemetipſo non dubitarit per idem vehiculum, quo, ad poenam aliis dandam, deducendus erat. Etiam hoc narrat loc. cit. idem Seneca furoris et deſperationis exemplum, quod, pro ſtulta hypotheſi ſua, cenſet admiratione dignum eſſe. Cum Nero ſecundum Naumachiae dederit ſpectaculum, e barbaris vnum lanceam, quam in aduerſarios acceperit, totam ingulo ſuo immerſiſſe. Quaeſtionem vero, ſemet enecanti adſcriptam, ſubiungit philoſophus ipſe: quare non omne tormentum, omne ludibrium iam dudum effugio? quare mortem ego armatus exſpecto? *Sibi ſuisque affectibus nimium indulgens non poteſt non rationis perdere vſum, et inſaniae, ad ludibrium vſque, poenas dare. Non dicam auaritia et plus habendi cupiditate, ſed egeſtatis forſan imminentis timore ſemet trucidarunt multi. De Apicio dictum in commentario de imminente Latinae linguae ſenectute p. 675. qui mortalium omnium guloſiſſimus cum aliquando, rationibus*

bus perquiſitis, intellexiſſet, maximam patrimonii partem abſumtam, et ſibi tantum CXXV. florenorum millia ſupereſſe: ne forſan interiret fame, ſemetipſum veneno enecauit. Epigrammatum Graecorum primo ANTIPATER auctor eſt, Ariſtidem, ruſticum pauperem, amiſſa oue et vacca, ſemetipſum de tugurio ſuſpendiſſe. LVCILIVS apud STOBAEVM ſermone 10. *de iniuſtitia et auaritia aut grauis in re plus habendi cupiditate pag. m.* 127. *ſcribit, Hermocratem auarum morientem in teſtamento ſemetipſum rerum ſuarum heredem ſcripſiſſe: Decubuiſſe autem calculantem, quantum a morbo liberato ſibi dandum eſſet medicis, et quid inſumeret aegrotans: et inueniſſe, vnicum ſibi reſtare denarium, ſi conualeſceret. Praeſtat, ergo dixiſſe, mori, et diriguiſſe. Iacuiſſe nihil habentem praeter obolum: heredes autem eius libenter pecunias diripuiſſe.*

Homines aliquando ſuam deplorantes miſeriam omnibus votis optant mori, aut ſuam ſibi adimere vitam promittunt. Niſi vero extrema deſperatio et ſummus furor accedat: ſuis in ſemet manibus ſaeuire nequeunt. Quod pluribus demonſtratum iuimus fabellis. Sic CICERO multis impoſuit ipſe, qui academicus fuit, ac totus a voluntaria morte abhorrebat, vt ſibi perſuaſerint, illum miſerabile Stoicorum approbare decretum. Familiar. l. 4. *epiſt.* 13. *n.* 4. *ad P. Nigidium Figulum ſcribit:* ſaepius mihi veniebat in mentem, queri, quod ita viuerem, quam gaudere, quod viuerem. - eis conficior curis, vt ipſum, quod maneam in vita, peccare me exiſtimem. *Lib.* 5. *epiſt.* 15. *n.* 7. *ad L. Lucceium: literae* excludere me a portu et perfugio videntur, et quaſi exprobrare, quod in ea vita maneam, in qua nihil inſit, niſi pro-

pagatio miſerrimi temporis. *Ita paſſim. Esquis vero non videt, eum iſta ſcripſiſſe, non ex rei veritate, et quod Stoicorum approbarit ſententiam: ſed vt deſperationis exponeret magnitudinem: cum et ipſe, omnium longe miſerrimus, non ſine tremore ac timore ſicariis tandem caput ſuum porrexerit?* Confer. ibid. *obſeruationes noſtrae et comment. de virili aetate L. L. part. 2. c. 2. p. 71. Atqui etiam ad Atticum l. 15. epiſt. 20. ſcribit:* Ex hac naſſa exire conſtitui, non ad fugam, ſed ad ſpem mortis melioris.

Quorumque affectuum nimia vehementia, niſi ratio iſtis ponat obicem, homines plurimum indulgentes ſibi, neque rationem audientes, in furorem agit eosque impetus, vt, ne ſalutis quidem habita ratione, in Deum ingrati, in homines iniurii, in ſemet ipſos quam maxime crudeles, animam e corpuſculo miſerrimo propellant. Notat egregie PROCOPIVS Gothicorum lib. 4. βίαιος καταστροφὴ ἄχρηστος καὶ ἄνοια προπετὴς, τὸ δὲ εἰς θάνατον θράσος, ἀνόητον τοῦ τε δραστηρίου πρόσχημα οὐκ εὐπρεπὲς τοῖσγε σώφροσιν εἶναι δοκεῖ. Καὶ τοί καὶ τοῦτο ἐκλογίζεσθαι χρὴ, μή τι δόξητε εἰς τὸ θεῖον ἀγνωμονεῖν. Violentus vitae exitus res inutilis et plena inſipientis impetus, et illa in mortem ferens audacia, conſilio cum careat, prudentibus iudicatur immerito ſibi fortitudinis nomen vſurpare. Tum vero et illud cogitandum, ne in Deum ſitis ingrati. *Aliquibus non ratio, non iuris auctoritas, ſed immanis feritas et ſuperſtitio imperat, vt in viſcera ſua ipſi non vereantur ſaeuire. Ad ROBECCI de morte voluntaria exercitationem pag. 75. annotaui, tam feros alicuius in fortunatis inſulae populos fuiſſe, vt inter tripudia cantusque, dum ſacra peragunt, quaſi ad coeleſtia tranſi-*

tranſirent gaudia, ſemetipſos de monte praecipites darent. Vbi fidem ſecutus ſum domini de BELLEGARDE in der allgemeinen hiſtoriſchen Einleitung zu allen bißher ans Licht getretenen Reiſen zu Waſſer und Land in die alte und neue Welt, part. 1. *pag.* 5. *Ihr, derer Völker die man zuerſt auf denen Canarien Inſuln angetroffen, wildes Weſen ſiehet man mit mehrerem aus der ſo tollen Auffuhrung, wann ein vornehmer Herr den Beſitz ſeines kleinen Staats antratte. Denn da opferten ſich viele, dem Feſtin zu Ehren, mit Freuden, und ſtürzten ſich aus einer unmenſchlichen courage von dem höchſten Berg herab. Eben dergleichen ſaubere Gewohnheiten hatten ſie auch bey gewiſſen Feſttagen, ſo ſie einer beſondern Gottheit in einem nahe bey dem Gipfel des Berges gelegenen Tempel zu Lieb angeſtellet. Sie ſprangen nemlich, aus raſender Andacht, mit ſingen und tantzen in den Abgrund, unter der falſchen ihnen von ihren Prieſtern beygebrachten Einbildung, daß ſie nach einem ſo heldenmüthigen Tod allerhand Wolluſt genieſen würden.*

Voluntaria mors nihil aliud, quam infelix liberi arbitrii foetus: quod peruicaces ſuisque affectibus nimis indulgentes, velut monſtrum ac idolum aliquod venerari et adorare non verentur: quaſi non Deo T. O. M. creatori ac Domino coeleſti, ſed ſibimetipſis ſeſe et omnia referant accepta. Sic ſane homunciones miſeri faciunt intelligendo, vt nihil intelligant, ſuamque longe maximam, dum philoſophantur, prodant ſtultitiam: nec modeſtiae aut alius virtutis fuco malitiam nefariamque inſolentiam tegere ſatis queant. Egregie diſſerentem audiamus Senecam epiſt. 70. *Cum hominis vitam cum mari et nauigio, mortem vero cum portu compoſuiſſet:* portus, *ſcribit*, eſt aliquando

 peten-

petendus, *quod Stoicum plane et falſiſſimum*, nunquam recuſandus. Non viuere bonum eſt, ſed bene viuere. Itaque ſapiens viuit, quantum debet, non quantum poteſt. Videbit vbi victurus ſit, cum quibus, quomodo, quid acturus. Cogita ſemper, qualis vita, non quanta ſit. Si multa occurrunt moleſta, et tranquillitatem turbantia, emittit ſe: nec hoc tantum in neceſſitate vltima facit, ſed cum primum illi coeperit ſuſpecta eſſe fortuna, diligenter circumſpicit, numquid illo die definiendum ſit. Nihil exiſtimat ſua referre, faciat finem, an accipiat; tardius fiat, an citius: non tanquam de magno detrimento timet. Nemo multum ex ſtillicidio poteſt perdere. Citius mori, vel tardius, ad rem non pertinet: bene mori, aut male, ad rem pertinet. Bene autem mori, eſt effugere male viuendi periculum. *Hoccine ſub dulci et ambigua morum commendatione latens venenum: et Stoicorum miſerabile decretum, qui, quod DEI eſt, illius ſummi rerum arbitri, ſibimet ipſis arrogant, diuinam gubernationem reſpuunt, naturam peruertunt, rationem impugnant, et quoties vel ſomniantibus, vel delirantibus vitae non videtur ſupereſſe cauſſa, deſperantes ac ſemet educentes aduerſus Dominum ſuum perfide rebellant, atque adeo pernicioſe in exitium ruunt.* Itaque *ego piam et generoſam, minime vero gentium cum Seneca*, effeminatiſſimam vocem illius Rhodii *Teleſphori* exiſtimo, qui cum in caueam coniectus eſſet a tyranno *Lyſimacho*, et tanquam ferum aliquod animal aleretur ſuadenti cuidam vt abſtineret cibo, omnia, inquit, homini, dum viuit, ſperanda ſunt. *Fidendum enim DEO eſt, ab cuius ſanctiſſima et ſapientiſſima voluntate omnia dependent: quique*

quique opem et auxilium ſuis praeter opinionem ferre ſolet, ipſis quoque varia calamitate extinctis ad ſalutem gaudiaque coeleſtia porrigit manum. In fide et charitate autem ad vitae finem vſque perſeuerandum: ſi quis victoriam coronamque ſibi promittere velit. Vt ſit hoc verum, *pergit*, non omni pretio vita emenda eſt. *Profecto omni, ſi quo emenda fuerit. Quicquid vir poſſidet, pro vita redimenda quam lubentiſſime dabit. Quotus etiam quisque regum maximorum non omnia relicturus eſt, ſi vita longiori tantum illi ſine ſplendore perfrui liceret?* Quaedam, licet magna, licet certa ſint, tamen ad illa turpi infirmitatis confeſſione non veniam. *Haeccine, humilitatis vel modeſtiae quadam ſpecie, abominanda eſt peruicacia? Agnoſcere certa et magna, nec tamen ea velle ſequi. Magna cum ſit hominum infirmitas: eos diuina, quae amplectenda et adoranda, firmare poteſt gratia. Sic ſane cum Deo, qui mihi praeſto ſemper et vbique, munitiſſima poſſum tranſcendere moenia, et quaſcunque calamitates vincere. Sed homo, ſibi ſuoque arbitrio relictus, non poteſt non miſerrima conditione vti, atque dum ſine Deo, et eius ſanctiſſima voluntate, conſulere vult ipſe ſibi, minorem cum longe maxima calamitatem commutare.* Ego cogitem, in eo, qui viuit, omnia poſſe fortunam, potius, quam cogitem, in eo, qui ſcit mori, nihil poſſe fortunam. *Iniquitatem vide et blaſphemiam, etiam eorum, qui verum noluerunt agnoſcere Deum. Sui fortuna dea eſt, vti quidem voluerunt idololatrae: ab hominum non potuit dependere judicio, vel arbitrio. Deus vero T. O. M. penes quem vnum ius vitae ac necis, in viuis omnia poteſt, atque illis, qui ſecundum eius voluntatem,* i. e. *recte, mori di-*

dice-

dicerunt. In DEO ſumus atque verſamur, cui accepta referimus omnia, illi nos quoque oportet viuere atque mori, quando nos viuere vult atque mori, non impotens ac nihili faciendum arbitrium noſtrum: cum et ipſe mundi Seruator IESUS non, quod ſuae, petierit, ſed quod diuinae patris ſui olim eſſet voluntatis. Aliquando, *imo ſemper*, etiamſi certa mors inſtabit, et deſtinatum ſibi ſupplicium ſciet, non commodabit poenae ſuae manum. Stultitia eſt, timore mortis mori. Venit qui occidat. Exſpecta. Quid occupas? Quare ſuſcipis alienae crudelitatis procurationem? Vtrum inuides carnifici tuo, an parcis? *Bene.* Socrates potuit abſtinentia finire vitam, et inedia potius, quam veneno mori. *Vim ille nunquam voluit inferre ſibi: ſed magiſtratus iuſſu debuit mori, et ſumere venenum, innocentiſſimo deſtinatum.* Triginta tamen dies in carcere, et in exſpectatione mortis exegit: non hoc animo, tanquam omnia fieri poſſent, tanquam multas ſpes tam longum tempus reciperet, ſed vt praeberet ſe legibus, vt fruendum amicis extremum Socratem daret. *Semet interimere, Socrati nunquam in mentem venit: innocentem vero etiam a magiſtratu capitis fuiſſe damnatum, nihili fecit, ac lubentiſſime ceſſit iudicato. Sed tamen, auctore XENOPHONTE, poſt ipſam damnationem, ille neceſſe fuit viuere triginta dies, quod Delia feſta interuenerunt eo menſe: neque lex ſinit quemquam occidi priusquam pompa a Delo rediiſſet. Apud ipſos quoque Romanos ſuppliciis funeſtare feſtos laetosque dies, nefas habebatur. Quae ſequuntur, plena ſunt Stoicae iniquitatis et ſtultitiae: vt ſua ſibi quisque conſulat tyrannide, nec aduerſus DEVM, qui vnus rerum humanarum arbiter, penes quem vnum ius*

vitae

vitae ac necis eſt, rebellare vereatur. Quidni ſtatione noſtra fideles atque conſtantes in vniuerſum pronunciemus, vbi mortem externa vis denunciat, eam non occupandam, ſed exſpectandam eſſe? Qui ſcire poſſumus, acerbane, an facilis olim ſit nobis mors futura? Non certe nobis integrum, eligere, quam volumus, lenitatem mortis: neque diſcedendi modus eſt in poteſtate noſtra: cum inter maximos cruciatus fuerint gratia innixi diuina plurimi, qui ne mortis quidem ſenſerunt aculeum, aut extremos: eorum contra plurimi, qui ſemet placide voluerunt educere, longiſſima et maxima perpeti debuerunt corpuſculo miſerrimo inflicti vulneris tormenta, priusquam infelix anima, forſan ad maiores cruciatus, vinculo ſuo liberari potuerit. Quae, obſecro, conſequentia, vel ſimilitudo: Quemadmodum nauim eligam nauigaturus, et domum habitaturus, ita mortem vtique, qua ſum exiturus e vita? *Nauigaturus profecto nauim ſumere debes, et, niſi quam ipſe habes, conducere domum, vt commodius habitare poſſis. Vti vero non pro lubitu et arbitrio in hanc vitam ingreſſus es, ſed a potentiſſimo et ſapientiſſimo creatore vita et ratione ornatus in hanc quaſi orbis ſcenam productus, vt ad finem vſque fabulae conſtanter atque decenter eam repraeſentares perſonam, quae diuinitus conſtituta es: ita neque tibi pro lubitu exeundum, vt interrumpatur nondum finita fabula, neque ſumenda tibi, ſed exſpectanda mors eſt. Diuinum vtique donum longior reputanda eſt vita: neque peior dilata mors eſt, vt praeparatio ad felicitatem aeternam veramque ſalutem captandam longior atque adeo firmior eſſe poſſit. Conſilium, quod ſequitur, eſt plane diabolicum. Animus ſemper et vbique ſuo Domino coeleſti, qui vnus*

ſeruare et perdere poteſt, in omnibus, maxime vero in morte alio alioque modo, ſapientiſſime et ſanctiſſime tamen immittenda mortalibus, non ſibi, non pertinaciae ſuae, non affectuum malis perſuaſionibus, morem gerere debet. Animus liberum ſibi arrogans arbitrium, atque adeo dominum relinquens ſuum, ſuriis affectuum ſuorum infernalibus miſerrime relictus, non poteſt non quaeuis admittere ſcelera, deſipere, furere, ſaeuire in ſua viſcera, atque adeo citato gradu in exitium ruere: ſiue ferrum appetat, ſiue laqueum, ſiue potionem venas occupantem: quibus, dum animam praecipitat, miſerumque corpuſculum projicit, ad cruciatus aeternos crudeliſſimo daemoni mancipium mittit: cuius inſtinctu ac praeſtigiis, ambiens libertatem atque in ſe ſummum dominium, vt diuinae aduerſaretur voluntati, vincula ſeruitutis abrumpere voluit. Vitam et aliis approbare quisque debet, mortem ſibi: optima eſt, quae placet. *Mortem aeque ac vitam debemus probare praeſertim Deo, iuxta Deum bonis omnibus, non malis, non ſtultis, non nimium indulgentibus ſibi. Qui voluntatem diuinae ſuam praeferre non dubitat, neque ſemet liberi arbitrii fingere idolum: actiones profecto ſuas Deo nunquam probare poterit, affectuum vbique ſuccumbit procellis, atque vitam ſine Deo miſerrimam viuit, cuius ipſum tandem poenitere oportet. Nec malam vitam excipit mors bona. etiamſi illam videatur ſumere ſibi. Mors optima, quae Deo, mortis ac vitae domino, non quae, dum captant, inſanis mortalibus placet. Qui adeo ſtulte, adeo pernicaciter immemores ſui, vt arctiſſimum et amiciſſimum, quod inter corpus et animam eſt, non dubitent ipſi frangere vinculum etiam nihili faciunt poſt fata famam, iniquiſſime, crudeliter, et impie feciſſe, parum*

parum ſortiter, nimis temere feciſſe. Non prouidentiae, non gubernationis diuinae, non decori et honeſtatis habita ratione, ſurentes ac rebellantes naturam ipſam expugnant, vt ſemet fortunae i. e. Numinis aeterni ſanctiſſimae voluntati quam celerrime eripiant, atque ſuo tandem ad exitium ſatisfaciant arbitrio. Ab ſanioribus nolunt ſibi ad libertatem viam praecludi. Nihil melius aeterna lex fecit, quam quod vnum introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos: *ita vero, vt nihil ab arbitrio hominis, ſed omnia, vel ad introitum, vel ad exitum vitae ſolum dependeant a voluntate diuina, cui reſiſtere profecto mortalium nemo poteſt. Alioqui ſunt exitus multi, vt Tragicus Thebaide actu* I. *verſ.* 150. *ſeqq.*

Vbique mors eſt. Optime hoc cauit Deus.
Eripere vitam nemo non homini poteſt;
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.

Ferrum, laqueus, aqua capitis in parietem illiſio, inedia, ſpiritus retentio, innumerabiles modi, quibus ſi placet, quis ſibi a neceſſitate viuendi libertatem illiberalem atque adeo mortem inauſpicatam vindicare poteſt. Et Vticenſis Cato, cum vim intuliſſet ipſe ſibi; an neſcis, *dixit,* pauliſper ſpiritu repreſſo, aut capite ad parietem illiſo, emori licere. *Eadem vero epiſtola pergit inſanire Seneca:* Ego exſpectem vel morbi crudelitatem, vel hominis, cum poſſim per media exire tormenta, et aduerſa diſcutere? Hoc eſt vnum, cur de vita non poſſimus queri: neminem tenet. Bono loco res humanae ſunt, quod nemo niſi vitio ſuo miſer eſt. *Tu ergo, tui iuris et arbitrii, coeleſtis domini, qui rex regum eſt omnium, non agnoſcis poteſtatem ſummam et immutabilem prouidentiam. Neque didiceris teniet cognoſcere ipſum, non Deum creatorem,*

Digitized by Google

torem, non mortalium conditionem, non huius vitae viciſſitudines et aerumnas; neque fortunam vtramque, vt decet, aequo ferre animo. Tu, niſi proſpera, non exſpectas. Tu pro arbitrio, quae ipſe vis, omnium bonorum datori, et ſummo rerum arbitro, tibi danda praecipis, ac vita, quam illis, carere praeoptas. Scelere manus obire tuo, quam communi mortalium omnium ſubeſſe legi. Haeccine aduerſus Deum rebellio, et longe maximum coeleſtis laeſae maieſtatis crimen? Haeccine impietas, vel iniuria ſtupenda, et extrema impudentia? Beneficia vt nemini ſunt obtrudenda, nec inuito impertiendum quidquam: quin abeas, te vita non tenet: quo abeas, ſero nimis tu tandem videbis, tuoque ſenties malo, neminem, niſi vitio ſuo, eſſe miſerum. Intelliges, vbi nolueris, quam grauia et leuia, quam abundantia et moderata, quam intolerabilia et vulgaria, quam aeterna et temporalia differant. Attende porro, vt mortem voluntariam philoſophus ſuadeat ineptis, fictum et exitioſum liberi arbitrii idolum Pacet? viue. *Quaſi vitam ſibi quis, vbi mortis a Deo deſtinata venit hora, perbreue temporis ſpatium differre et prolongare queat.* Non placet? licet eo reuerti, vnde veniſti. *Atqui pro lubitu non veniſti: ſed a beneficio et omnipotente rerum omnium ſeruatore et arbitro, cum prorſus nihil eſſes, nihil ſentires, nihil intelligeres, miſſus, enutritus, et longe maximis perpetuo cumulatus beneficiis, teinet grato conſtantique animo, nullius extra te habita ratione, ad beatam aeternamque vitam praeparare, atque adeo placide, ſi Deus vocarit, diſcede e debes. Quandocunque corpus et animam praecipitare et perdere potes: vnde veniſti, pro lubitu reuerti nequis.* Vt dolorem capitis leuares, ſanguinem ſaepe emi-

emiſiſti: ad extenuandum corpus, vena percutitur: non opus eſt vaſto vulnere diuidere praecordia: ſcalpello aperitur ad illam magnam libertatem via: et puncto ſecuritas conſtat. Quid ergo eſt, quod nos facit pigros inerteſque? *Hoc certe, quod circumferimus, corpuſculum eſt fragile, tantoque maiori cura et ſolicitudine ſuſtinendum: ne quid extrinſecus detrimenti capiat. Qui ratione vtitur, atque, vt homo eſt, naturae viuit conuenienter: vitam quouis modo conſeruare ſtudet. Venae ſectio, ad priſtinam valetudinem recuperandam, aliquando videtur eſſe vtilis et neceſſaria. Ad corpus vero deſtruendum et expellendam infelicem animam, vt puncto cum ſecuritate et libertate ſalutem, irreparabile bonum, perdat: nemini ſanguinem mittere vel ſuffocare licet. Quod qui facit, piger et iners, imo furioſus, et in ſemetipſum quam maxime impius atque crudelis erit.* Nemo noſtrum cogitat. *qui vero ſapiunt, atque ſibi recte conſulere cupiunt, aſſidue cogitant*, quandoque ſibi ex hoc domicilio exeundum. Veteres inquilinos indulgentia loci et conſuetudo, *non niſi tamen accedente Numinis aeterni diuina voluntate*, etiam inter iniurias detinet: *quas forti conſtantique animo, recti conſcientia et coeleſti auxilio freti, quoad Deus voluerit, ferre debent.* Vis, aduerſus hoc corpus, liber eſſe? *Dicendum potius, vis corporis non nimium indulgere voluptatibus, neque alia ſuper aliis amplecti vel audire malorum irritamenta? Vis domino ſubiectus eſſe fidelis? Vis creatoris et ſeruatoris benefici et ſapientiſſimi ſaluberrimum exoſculari conſilium, neque liberum ſtulte tibi arrogare arbitrium: vt quam lubentiſſime, quo te fata trahunt, retrahuntque, ſequaris?* Tanquam migraturus habita: propone tibi,

quandoque hoc contubernio carendum : fortior eris, *ſi quando mors tibi fuerit ſecundum voluntatem diuinam et naturae ordinem ſubeunda*, ad neceſſitatem exeundi. *Meditatio mortis eſt optima philoſophia: imo nullius rei meditatio tam neceſſaria eſt. Nihil vero turpius, nihil pernicioſius, nihil homine magis indignum, quam mors voluntaria. Haec enim perditam, infeſtam, perfidam, deſperantem, et furioſam mentem prodit. Et* VLPIANVS *§. 6 l. 3. D. de bonis eorum et c. merito cenſet puniri eum, qui manus ſibi violentas intulit: qui enim ſibi non pepercit, nec eum parcere aliis. Confer. l. 6. D. de re milit. Apud* PETRONIVM *ſatyr. edit. Francoſ.* p. 124. *homines cum dixerint nequam, praeligemus veſtibus capita, et nos in profundum mergamus: nec iſtud dii hominesque patiantur, Eumolpus exclamat, vt vos tam turpi exitu vitam finiatis. At, inquies, Epicureus ille eſt. E communi tamen Romanorum opinione loquitur, et mortis voluntariae turpitudinem haud difficulter omnibus probare poteſt. Accelerant mortem ſibi omnes, qui ſuis affectibus nimium indulgent. Sic ſane ira, aegritudo, terror, odium, inuidia, Venus, temeritas, gula, et effrenata libido non paucis immaturi obitus ſatis quidem triſtis cauſſa fuit. Illi vero per indirectum ſuae necis poſſunt eſſe rei: nec ſua ſponte obeunt: vt mortem ſibi voluntariam ipſi elegiſſe aut manus intuliſſe dici nequeant. Alii, dum aliud moliuntur, inuiti ſemet enecant ipſos. Vt vitam ſeruarent, vrgente neceſſitate, ad mortem multi proſilierunt, et autocheiriae accuſandi non ſunt. Alio alioque modo homines vitae ac ſaluti conſulere cupiunt: et minime conſulto, ſed caſu, intereunt. Alcibiades, apud* NEPOTEM *cap.* 10. *ne ſua*

caſa

caſa combureretur, incolumis vim flammae tranſiit, et hoſtium telis interfectus eſt. Quam quis non recta ingreditur via, calamitas facilius excuſari poteſt. Ecquis dixerit, puellam iſtius ſceleris accuſandam eſſe, cuius triſte fatum VARENIVS *deſcribit Iaponiae* cap. 14. pag. 99. *ſeqq. Eam viduae pauperae filiam formoſam dynaſta in pellicum aſſumſerat numerum. Illi mater aliquando literis extremam egeſtatem ſuam exponit: quas cum legeret, dominus aduenit, et quales eſſent, ſcire cupit. Puella nimia ſuffuſa pudore erubeſcit domino matris paupertatem fateri: et illo ſeuerius, vt epiſtolam ſibi traderet, inſtante, chartam tenuem in os intrudit, eamque deglutire conatur. Ea vero in gutture haerente, ſubito ſuffocatur. Dominus zelotypia ex ira furens iubet diſſecatis faucibus eximi chartam: eaque perlecta contriſtatur valde, nec a lacrumis abſtinere poteſt. Matrem itaque poſt obitum filiae in aedes ſuas deduxit, ac honorifice habitam ad vitae finem vſque perquam liberaliter alere inſtituit. Conſulto et ſtudio ſibi parare necem: inhumanum et plane diabolicum eſſe, quoad mens ſana in corpore ſano eſt, prorſus nemo negare poterit. Cum Hannibal apud Pruſiam degeret in caſtello, ſibi a rege muneri dato, ac vndique ab Romanorum multitudine circumdaretur: ratus, vitam non eſſe diutius retinendam, venenum, quod ſemper ſecum habere conſueuerat, ſumſit: et in caput regnumque Pruſiae exſecratus, et hoſpitales deos, violatae ab eo fidei teſtes, inuocans, ad exitium ipſe parandum ſibi, poculum exhauſit. vid.* CORNELIVS NEPOS *eius vita* c. 12. *extr. et* LIVIVS l. 39. c. 51.

Maius, quam contra ipſius rationis perſuaſionem pro-

propriamque aſſeuerationem, non poteſt committi ſcelus. Tantum vero ſibi relictis affectuum procellae ac tyrannis imponunt: vt miſeri homunciones aliquando extrema deſperatione, quod ipſi ante ſemper damnarunt, perpetrare non vereantur, ſuique immemores plane in exitium ruant. Illuſtrius nihil fuit Catonis Vticenſis violenta caede: qui profecto nunquam ante voluntariam mortem approbaſſet: deſperans vero cum priſtina Romanorum libertate omnia: ne et ipſe in manus veniret Caeſaris, dubia tremulaque manu tandem pectori leuius impreſſit vulnus; vt ſtatim non poſſet mori, ſed e lecto prolapſus abacum non ſine magno ſtrepitu deiiceret. Quod cum ſerui audirent, concurrentes in cubiculo Catonem inuenerunt ſanguine foedatum, ſed viuentem. Medicus quoque accedens ligauit vulnus: ipſe vero moribundus, ne quid tanto ſcelere videretur erraſſe, delirans plane, repulſo medico, vulnus patefecit, ſua ipſe viſcera lacerauit manu, et miſere periit. Noluit ergo, quae crudelitas atque tyrannis! parcere ipſe ſibi: cui profecto Caeſar acerrimus hoſtis peperciſſet. Cum enim victor ille factum intellexiſſet: inuideo, dixit, morti tuae, Cato: nam et tu gloriae meae pro ſalute tua inuidiſti. Sed ſuam ipſe dedecorauit turpiſſima caede, et illuſtrauit Caeſaris victoris mitiſſimi gloriam. vid. PLVTARCHVS Catonis Vticenſis vita extr. p. m. 297. Marcus Brutus Catonis factum damnauit: quod nec pium eſſe cenſeret, nec virile, cedere fortunae, et imminentia adverſa, quae fortiter erant ferenda, ſubterfugere. Eius tamen ipſe poſtea ſecutus exemplum, et enſis incumbens cuſpidi, vitam finiuit. PLVTARCHVS eius vita p. m. 314. Decimus Brutus, cum a ſuis deſertus in manus perueniſſet inimici, atque iam eſſet iugulandus, caſum

aeger-

Digitized by Google

aegerrime tulit ac deplorauit vehementer. Sed Heluius quidam Blaſio, qui propter communem militiam amore eum perſecutus eſt, ſemetipſum interfecit, eo inſpiciente, ac imperatori ad necem tolerandam animum addidit. DIOCASSIVS *hiſt. l.* 46. *p. m.* 370.

Stoicorum triſti e vita eductionis decreto quam vehementiſſime quotquot fuerunt academici et peripatetici philoſophi contradixerunt. Atque etiam, ipſo teſte SENECA *epiſt.* 24. *Epicurus obiurgauit non minus eos, qui mortem concupiſcunt, quam eos, qui timent, et* ridiculum eſt, *dixit,* currere ad mortem taedio vitae, cum genere vitae, vt currendum eſſet ad mortem, effeceris. *Item:* quid tam ridiculum, quam appetere mortem, cum vitam tibi inquietam feceris metu mortis? *Antiquiſſimae Hebraeorum genti mors voluntaria ne quidem in mentem venit, vtpote res ipſi hominum naturae aduerſa, et inaudita: donec tandem extremis temporibus ſceleratorum aliquot ſcelerati et rebellantes peſſima ſequerentur exempla. Vid. animaduerſ. ad Robecci diſſert. de morte voluntaria p.* 245. *et* 255. *Ipſa Hebraeorum lingua* mori *idem eſt quod* dimitti, ire, *vel* euaneſcere cogi, *in Niph. et Pih. a radice* הָלַךְ *ambulauit. Ita quod Domino conqueſtus eſt Abrahamus Genes. XV.* 2. אָנֹכִי הוֹלֵךְ עֲרִירִי *Septuaginta interpretes expreſſerunt* ἐγὼ δὲ ἀπολύομαι ἄτεκνος. Ego autem morior ſine liberis: ἀπολύεσθαι *eſt dimitti. Numer. XX.* 29. כִּי גָוַע אַהֲרֹן ὅτι ἀπελύθη Ἀαρὼν. quod dimiſſus ſit Aaron. *Simeon venerandus ſenex Luc. II.* 28. νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ. Nunc dimittis ſeruum tuum, domine, ſecundum verbum tuum,

E in

in pace. *Et hoc commune Graecis loquendi genus. THEMISTIVS de anima:* ἀπολύεσθαι τὸν ἀποθνήσκοντα, καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσιν. Dimitti eum, qui moritur, aiunt, et mortem dimiſſionem vocant. *PLVTARCHVS in conſolatione:* ἕως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. Donec Deus ipſe dimittat nos. *Et ſaniores Perſae a voluntaria morte abhorrebant, quod ex ipſius regis Darii verbis apud CVRTIVM patet, qui alieno ſcelere, quam ſuo, mori maluit. Idem quoque Arabibus viſum et Indis. Jobus III. 21. vxoris caſtigat et valde reprehendit ineptam deſperationem, quam cum inſanientibus mulierculis haberet communem: a Deo qui bona pridem acceperint, etiam non recuſare mala: vt aequo animo fortunam vtramque ferre didicerit. Megaſthenes quoque apud STRABONEM geograph. l. 15. p. m. 493. notat ab Indorum ſapientibus reprehenſum Calani factum: nec placitis eorum talem exitum probari hominum vitae impatientium. Strabonis dabimus verba Latine:* Calanum cum Alexandro fuiſſe, et igne mortem ſibi conſciuiſſe, vno dicunt omnes ore: modum vero non eundem omnes dicunt, nec easdem cauſſas. Quidam tradunt eum, tanquam regis praedicatorem, illum fuiſſe ſecutum vltra Indiae fines, praeter communem aliorum philoſophorum conſuetudinem, qui Indiae regibus aſſiſtunt, ea praecipientes, quae ad deorum cultum pertinent, quomodo magi Perſarum regibus ſolent. Cumque apud Paſargadas aegrotaret (nam tunc primum inuaſit eum morbus) ſe ipſum vita ſoluiſſe, annos natum LXXIII. regis precibus non curatis. Facto enim rogo, et aurea lectica ſuper impoſita, illum in ea cubuiſſe, velatoque corpore combuſtum eſſe. Alii eum in lignea domo frondibus plena, et pyra ſuper tabulato conſtructa

Digitized by Google

ſtructa incluſum, vti iuſſerat, pompa peracta, ſe vt trabem in ignem inieciſſe, et cum domo deflagraſſe. Megaſthenes nullum philoſophis decretum eſſe de morte ſibi conſciſcenda affirmat. Sed temerarios haberi, qui hoc in ſe admittant: ac natura quidem duros in vulnus vel praecipitium ferri: doloris patientes in profundum maris, doloris impatientiſſimos ſtrangulari, igneos in ignem detrudi: ac talem Calanum fuiſſe, incontinentem ſane hominem, et menſae Alexandri mancipium. *Gentium quarumque conſenſum ſatis quidem luculentis ſcriptorum teſtimoniis, praeliminari diſſertatione de morte voluntaria, notauimus. De Chriſtianis notatu dignum, quod in Jobum lib.* 2. *ORIGENES commentatus eſt:* Hi, qui ſemetipſos interfecerint, qui ſibimetipſis mortem intulerunt, nunquam requiem habebunt: iſti in infinita ſecula nunquam inuenient refrigerium, ſed animae eorum mox, vt de corpore exierint, in tenebras deducentur. *Ad rem quoque ſatis accommodate D. AVGVSTINVS cum paſſim alibi, tum in aureis de ciuitate Dei Libris, et in ſermone de patientia, ex diuino praecepto, vel prohibitione potius,* non occides, *oſtendit, multo grauius ab eo peccari, qui ſibimet ipſe, quam ab eo, qui ex hominibus ali necem intulerit. Nam et paricida, qui cognatione et amicitia ſibi iunctos interficit, grauius peccat, quam alius quisque homicida, qui peregrinum hoſtemue ignotum trucidat. Quidni dicamus, eum omnium ſicariorum grauiſſime peccare, qui violentas ſibi non dubitat inferre manus: cum proximus ſit quisque ſibi? Et ſapienter ille doctor eccleſiae, non minus pietate, quam eruditione conſpicuus, Jobi et martyrum ſanctorum patientiam animique fortitudinem inſignem Donatiſtarum furori et impotentiae oppoſuit: qui ſemetipſos occidere non verebantur, vt ſanctorum martyrum laudem gloriamque reportarent.*

Digitized by Google

Attamen non omnes αὐτόχειρες, *abſolute et indiſtincte videntur eſſe damnandi. Sententiam pridem dixi meam, diſſertatione praeliminari de morte voluntaria p. 16. non ſine miſeratione condonandum eſſe grauioribus morbis, ac ſummae illorum aegritudini, qui ſaniori ſenſu viuunt deſtituti. Nam ſi quis non ex perfida et mala mente, laborum ac miſeriarum taedio, praemeditato ſcelere, vel deſperatione, ſed atra laborans bile, ex phreneſi et melancholia, mortem ſibi conſciuerit: ſi pie vixit, non potuit, qui adeo imprudens furiensque in exitium ruit, male mori: vt eius hominis miſera conditio ſit magis deploranda, quam poenis digna damnatorum iudicanda. Sunt viae Domini admirabiles et nunquam ſatis perſcrutandae, gratia vero infinita vt temerarium mortales iudicium haudquaquam deceat. Si quis mente captus aut furioſus peccat, nec parcere nouit ſibimet ipſi: triſtis eſt morbi effectus, et rationis defectus, vt culpa non videatur in ipſum redundare. Senſus caeco impetu rapit ignorantia, vt, quo pertrahatur, miſerrimus homo neſciat ipſe. Ignorantia vero delicta quaeuis excuſare ſolet: quae hominis, in paroxyſmo phrenetico et melancholico inualeſcente, ſumma eſt: vt alienum non ſuum opus facere videatur, praeter voluntatem, ex rationis vel animi defectu et imbecillitate corporis: quemadmodum aliquando etiam pii, prohdolor! experiuntur, vt, affectuum praeualente imperio, faciant, quae nolint. Rom. VII. 14. ſeqq. Ignorantium ipſe Deus teſtatur rationem habere, Jonae IIII. 11.* non ego, *inquiens*, Niniuae parcerem, ciuitati maximae, in qua ſunt plures duodecim myriadibus hominum, qui ne diſcrimen quidem inter dextram et ſiniſtram ſuam norunt? *Neque licet eos honeſta priuare ſepultura, qui commiſeratione potius digni habentur, quandoquidem vitae anteactae ſufficiens meruere teſtimonium. Confer.* CARPZOVIUS *eccleſiaſt. iurisprud. lib. 2. tit. 24. definit. 377. Eorum plane alia eſt ratio, qui deliberata voluntate, ſtudio, et mala mente, ſemetipſos enecare non dubitarunt: quod ſapientiae et neceſſitatis eſſe arbitrati ſint.*

F I N I S.

Digitized by Google

IOHANNIS ROBECK

CALMARIA - SVEDI

EXAMEN CALVMNIARVM, NVGARVM ET FALLACIARVM,

QVIBVS

TANQVAM ARGVMENTIS VTVNTVR

'ΕΥΛΟΓΟΥ 'ΕΞΑΓΩΓΗ͂Σ

CONSENSVS GENERIS HVMANI, SALVTIS ET GLORIAE BONORVM VIRORVM HONESTARVMQVE FEMINARVM HOSTES ET OPPVGNATORES.

Exercitatione peculiari philoſophica a) ſententiam noſtram validiſſimis, niſi valde fallor, b) arguments muniuimus et firmauimus,

a) De εὐλόγῳ ἐξαγωγῇ, ſiue morte voluntaria philoſophorum ac bonorum virorum, etiam Iudaeorum et Chriſtianorum, quam, cum animaduerſionibus noſtris, poſt auctoris fata, edidimus Rintelii 1736. 4.

b) Fallitur autem quam maxime, vt pluribus demonſtra-

tum

mus, variis inſidiatoribus et hoſtibus identidem repulſis: nunc autem velut ex condicto cum illis congrediemur, et quae in contrarium afferunt, curatius examinata profligabimus.

Ac primum quidem, quod eſt facillimum, rhetoris Lactantii, ſed vel ignorantis, c) quod eſt praecipui fere rhetorum muneris, diuidere quaeſtiones, conſtituere cauſam, et diſpicere, qua de re agatur; vel quod longe peius eſt, ſtudio perturbantis quaeſtiones, et ea quae ad cognitionem cauſſae ac diiudicationem rei, de qua agitur, pertinent, ſupprimentis, effraenatam, extraque omnes, quod dicitur, oleas effuſam maledicentiam paucis caſtigemus. Is v. I. D. 3, 18. d) facta mentione principum

tum iuimus. Nec facile fore quemquam credimus, quoad mens ſana in corpore ſano eſt, qui negaret, ſummum nefas eſſe, creatoris ſui et rerum vnius arbitri ſapientiſſimo refragari iudicio, ciuibus et commilitonibus ſuis, ad offenſionem pudendam, in regem vniuerſi et Dominum potentiſſimum rebellionis exemplum dare, ſuisque manibus, contra ius et inſtinctum naturae, abdicato fere ipſius rationis vſu, quod nequidem ab animalibus brutis exſpectandum, in ſua viſcera ſaeuire.

c) Doctiſſimi et incomparabilis viri, qui et arte rhetorica exercitatiſſimus, et verae ſapientiae ſtudioſiſſimus, neque minus diuinis, quam humanis literis imbutus, non vulgarem longae poſteritatis commendationem meruit: vt calumniarum prorſus nihil in eum valere queat.

d) Vti facilius de cauſſae veritate conſtet, locum dabimus integrum. *Multi ergo*, inquit, *ex iis, qui aeternas eſſe animas ſuſpicabantur, tanquam in coelum migraturi eſſent, ſibi ipſis manus intulerunt, vt Cleanthes, vt Chryſippus, vt Zenon,* vt

cipum philoſophiae Stoicae Zenonis, Cleanthis, Chryſippi, Catonis: *Democritus*, ait, *in alia fuit perſuaſione, ſed tamen*

Sponte ſua leto caput obuius obtulit ipſe:

quo nihil ſceleratius fieri poteſt. „ Bona verba, quaeſo. Fecerunt certe, letoque capita ſua obtulerunt ingenti numero martyres, aut Chriſtiani ſaltem. e) De Democrito partim mentitur, f) partim ex hiſto-

vt Empedocles, qui ſe in ardentis Aetnae ſpecum intempeſta nocte deiecit; vt, cum repente non apparuiſſet, abiiſſe ad Deos crederetur. Et ex Romanis Cato, qui fuit in omni ſua vita Stoicae vanitatis imitator. Nam Democritus in alia fuit perſuaſione. Sed tamen ſponte ſua letho caput obuius obtulit ipſe, quo nihil ſceleratius fieri poteſt. Nam ſi homicida nefarius eſt, quia hominis extinctor eſt: eidem ſceleri obſtrictus eſt, qui ſe necat, quia hominem necat. Imo vero maius eſſe id facinus exiſtimandum eſt, cuius vltio Deo ſoli ſubiacet. Nam ſicut in hanc vitam non noſtra ſponte venimus: ita rurſus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis aſſignatum eſt, eiusdem iuſſu nobis recedendum eſt, qui nos in hoc corpus induxit, tam diu habitaturos, donec iubeat emitti. Et ſi vis aliqua inferatur, aequa mente id ferendum eſt: cum extincta innocentis anima inulta eſſe non poſſit, habeamusque vindicem magnum, cui ſoli vindicta in integro ſemper eſt. Homicidae igitur illi omnes philoſophi, & ipſe Romanae ſapientiae princeps Cato, qui antequam ſe occideret perlegiſſe Platonis librum dicitur, qui eſt ſcriptus de aeternitate animarum, et ad ſummum nefas philoſophi auctoritate compulſus eſt.

e) Et peſſime quidem omnes. Sunt omnium vitiorum exempla innumerabilia, quae malam cauſſam tueri ac defendere nunquam poterunt.

(f) Nos vero ſapientis atque beati doctoris, non criminationem et conuicia, ſed refutationem exſpectamus. De alle-

hiſtoria, licet breuiſſima, mortis eius, et verbis Lucretii amputat ea quae maxime ad rem faciunt. Et mentitur quidem, quod Democritus fuerit in alia perſuaſione de rebus huc ſpectantibus: nempe de fine, ſummo bono, virtutibus et officiis, ſingulatim periſtaticis illis, ex quibus eſt mors voluntaria. Malitioſe vero tollit et omittit verba Lucretii, quae praecedunt, et cauſſam continent:

Denique Democritum, poſtquam matura vetuſtas
Admonuit memorem motus langueſcere mentis:
Sponte ſua leto . . .

Sed audiamus ſolide probantem ſcilicet, et euidenter demonſtrantem Lactantium. Nam ſi homicida, inquit, nefarius eſt, qui hominis extinctor eſt: eidem ſceleri obſtrictus eſt qui ſe necat, quia hominem necat. Imo vel maius id facinus eſſe exiſtimandum eſt, cuius vltio ſoli Deo ſubiacet. Quae ſequuntur de domicilio corporis, dudum allata et exploſa.

Hic I. Lactantio Lactantium, vel autorem epitomae Inſtitutionum eius opponimus, ita differentem: Quae ſtul-

allegato veteri Democrito, quoquo ſe res habeat modo, minime laboramus: a quo iuſtitia cauſſae non petenda. Sufficit, eum cum pluribus aliis ſponte ſua obiiſſe. Neque aliud Lactantius noſter innuere voluit. Quam diuerſa eius fuerit ſententia, diſcimus e Diogene Laertio l. 9. p. m. 657. ſeqq. Atqui etiam philoſophus ille, eodem teſte, cum eſſet CVIIII. annorum, atque iam ex ſenio deficeret, morti proximus ſororem vidit moerentem, quod in Cereris celebritate moriturus vota nequiret exſoluere deae. Illam bono animo eſſe iuſſit, paneſque calidos ſibi quotidie afferre: quos cum naribus admouiſſet, viuum ſe, donec ea tranſiret celebritas, ſeruauit per tres dies: illis vero tranſactis, placide ac nullo doloris ſenſu vitam finiuit.

Digitized by Google

titia eſt conſulere velle nolenti? An ſi aliquis prementibus malis ad mortem confugere conatur, num potes, ſi aut gladium extorſeris, aut laqueum ruperis, aut praecipitio retraxeris, aut venenum effuderis, conſeruatorem te hominis gloriari, cum ille, quem ſeruaſſe te putas, nec gratias agat, et te male ſecum egiſſe arbitretur, quod mortem ſibi prohibueris optatam, quod ad finem, quod ad requiem malorum peruenire non ſiueris? Beneficium enim non ex qualitate rei debet, ſed ex animo eius qui accipit, ponderari. Cur pro beneficio imputes quod mihi maleficium eſt? Haec quoque mendaciis ſunt miſta: ſed abeant. g)

2. Lactantius inepte et ſtolide loquitur de nece promiſcua, et in vniuerſum, de qua non quaeritur. Itaque paucis, qui alium occidit ex iuſta et neceſſaria cauſa, vt forte Milo Clodium, non eſt homicida nefarius: ergo, et multo minus is, qui ſe ex pari cauſa educit, et ſponte moritur: ſingulatim is, qui cum Democrito ſentit motus langueſcere mentis, in quibus vita ſapientis potiſſimum ſita eſt. Puta accuſatores Milonis hac qua Lactantius ratione egiſſe, dicendo non licere vniuerſe quemuis velut pro libidine occidere: vtique ſibilis ſaltem et ſannis excepti fuiſſent; forte etiam

F ob

g) Recte ſe habent omnia. Neque Lactantius ſibimet ipſe vſquam aduerſus. Quam maxime damnat, ſua manu ſemet enecantium furorem. Iſtis vero etiam oſtendit nullo ſubueniendum aut conſulendum eſſe modo: ratione ipſa vel gratia diuina iam deſtitutis, ac retinentibus beneficia, quae non agnoſcant aut recipere nolint obſtinati, non eſſe obtrudenda. Sic trahit ſua quemque voluptas.

Digitized by Google

ob ſtultitiam prohibiti ne vllam cauſam in poſterum agant. Igitur neſcio quo iure liceat ſolis quibusdam certae profeſſionis hominibus, quando libuerit, inepti-re, et ſolidis, vt ille ait, eſſe ſycophantis. h)

3. Manifeſte falſum eſt ſuppoſitum quod vocant, ſiue id quo nititur Lactantius, et ex quo tota velut vis verborum eius pendet: nempe minus, certe nihil magis cuiquam licere in ſe, quam in alios quoslibet. Vtique

h) Ipſe doctorem bonum intelligere non vult, et calumniatur inepte. De qua non loquitur, vim vi repellere licet, ac melius ſemper fuit praeuenire, quam praeueniri. De iure belli quaeſtio non eſt, neque de magiſtratuum puniendi poteſtate. Diuinum innuens praeceptum, quod nouimus omnes, occidere quemquam noli; poenam, ſanguinis qui reus, ſanguine profundendo luat; recte concludit, homini ſi hominem occidere non licet, etiam nemini licet occidere ſemetipſum. Atqui certiſſimum prius eſt, ergo et alterum. Necis noſter juſtam excipit cauſſam, quae priuatos inter ſola vis eſſe poteſt; prorſus nemini ab ſemetipſo timenda: vt inſaniam prodat ſummam, aut ſcelus nefandum, qui ſaeuas in ſemetipſum non veretur conuertere manus. Atqui putat, eſſe in hominibus mala, quibus ſemet ſubtrahere, vel animam educere liceat. Id vero quaeſtionis eſt, et recte, vt ab ſanioribus philoſophis omnibus, a Lactantio negatur, ac ſtringentibus aliquot argumentis refellitur. Nihil adeo nobis imponitur graue, quod patientia et virtute non ſuſtinendum. Sine numine nihil: ab cuius diuino et ſapientiſſimo arbitrio cum dependeant omnia, in cuius manu et poteſtate ſolum vita noſtra eſt: vt illi nos noſtraque omnia permittere, et auxilium ab eo ſperare debeamus; non rebellare aduerſus dominum et ſeruatorem noſtrum, atque adeo furentes, ad calamitatem longe maximam, inuincibili rupto vinculo, animam propellere miſerrimam.

Digitized by Google

Vtique licet ſuum corpus macerare ieiuniis, vigiliis, ſtudiis, laboribus honeſtis; perpetuoque ab omnibus voluptatibus arcere: licet flagris aliisque poenis, vel poenitentiis et mortificationibus, vt vocant, in ſe animaduertere: licet male affecto corpore partes quasdam, dum neceſſe eſt, vrere et reſecare, aut vrendas ac reſecandas praebere. An v. haec eadem tibi licent in alios? Sceleratiſſimus habeberis, et forte capitis damnaberis, ſi in alios feceris inuitos; dum optimus, continentiſſimus et fortiſſimus eſſe poteris ſi ſponte in te. i)

Hic obiter obſerua exempla quaedam voluntariorum corporis cruciatuum, praeſertim ex Vitis Sanctorum qui vocantur. k) Dudum v. ante eos, et apud Indos quidem patientiae meditatio, vt ait Valerius Max., tam obſtinate vſurpari credita, vt fuerint qui omne vitae tempus nudi exigerent, modo Caucaſi montis glaciali rigore corpora ſua durantes, modo flammis

 ſine

i) Sua nititur hypotheſi, quam ego non probo. Damnata ſemper fuit a bonis ſuperſtitio. Pontificiis ipſis pridem inuiſa et intolerabilis fuit flagellantium ſecta: neque ferenda oraculorum diuinorum calumnia. Corpus ad conſeruationem, non ad laſciuiam, alendum, et quouis modo cauendum eſt, ne quid immortalis anima detrimenti capiat. Carnalem debemus enecare vel ſuffocare libidinem, neque admittere quidquam aduerſus rationem, quo patiatur, vinculo admirando, pars melior noſtra. Neque alios, neque, ſi fieri poteſt, noſmetipſos iniuria et ignominia afficere debemus, nedum ad ſummi Numinis et creatoris noſtri offenſionem, manu violenta enecare.

k) Exempla, quae plurima ſunt, vt paulo ante dictum, prorſus nihil probant.

ſine vllo gemitu obiicientes. l) De Therapeutis et Eſſaeis ex Ioſepho et Philone refertur, quod opibus et voluptatibus omnibus contemtis, ſolo pane, aqua, ſale et hyſſopo vſi fuerint; idque ſemel tantum ſub finem diei: imo quidam vix tertio, alii vix ſexto quoque die cibum ſumſerint. m) Ceterum Benedictus monachorum patriarcha in Occidente, ad retundendas faces libidinis ſe in vepribus tamdiu volutaſſe traditur, donec lacerato corpore voluptatis ſenſus dolore opprimeretur. n) Euſebius quidam eo quod oculos aliquando in pia lectione

l) Patientia profecto eſt incomparabilis virtus, & indiuulſa conſtantiae comes: quam illi omnium minime prae ſe ferunt, qui fortunae aduerſae taedio, et malorum indignatione, ſemet interficere, quam ſuſtinere et abſtinere malunt. Moleſtiam vero qui ſibimetipſis, ad patientiam exercendam, creare non verentur, laudandi non ſunt: et qui, ad internecionem vſque, corpus flammis aut frigore cruciant, inſaniunt, omnem exuunt humanitatis ſenſum, neque hominis alicuius miſericordiam merentur.

m) Natura paucis contenta eſt. Et corpori, quantum ad ſuſtentationem ſatis eſt, alimenta cibo potuque non ſunt neganda. Apicio quidem nullae ſufficiunt deliciae. Maior aliis frugalitas placet. Ipſius Epicuri vulgo notiſſima eſt viuendi ratio. Sunt menſae Platonicae lautioribus Siculis omnibus longe praeferendae: ſuum vero corpori nunquam detrahi debet vel tenue et ſimplex nutrimentum, etiamſi omnis fraenanda quam maxime videtur eſſe cupiditas: vt vita et alacritas ad operandum corporis tenerrimi conſeruetur. Homines vero tertio vel ſexto die demum aliquid ſumſiſſe cibi, credat Iudaeus Apella, non ego.

n) Haec vero, ſi fabula vera eſt, iuſta fuit libidinis poena, vt nimium laſciuiens corpus a peccatorum illecebris retraheretur.

ctione detinendos conieciſſet in agricolas, itaque ſe, vt rebatur, periculo expoſuiſſet; curioſitatem iſtam tam ſeuere in ſe caſtigaſſe dicitur, vt totos 40 annos ferro vndique grauatus inceſſerit, vt neque agrum illum, neque coelum adſpicere poſſet. o) Iacobus poenitens toto decennio in ſpelunca inter mortuorum oſſa ſe condidiſſe fertur; nec niſi radicibus, idque bis tantum in ſeptimana corpus aluiſſe. p) Hoſpitius miris modis ſe afflixiſſe, grauiſſimo ferro et vinculis oneraſſe, turri velut carceri incluſiſſe, demum ſcaturientibus e corpore ſqualido vermibus dixiſſe perhibetur, Comedite quod DEVS vobis dedit. q) De Simeone et Daniele Stylitis ſtupenda et pene incredibilia narrantur. r) Licuerint forte (nam comperio omnibus ſaltem illis qui Eccleſiam Rom. venerantur, probari, imo impenſe laudari et commendari: adhaec Scriptura ipſa iubet, vel hortatur,

 monet,

o) Superſtitio illa mihi minime placet. Aliam inire potuiſſet affectuum moderandorum ac ſui ipſius vincendi rationem, ſine ambitu et neſcio cuius ſanctitatis ſimulatione ſtulta.

p) Hem! quantum eſt ſapere. Sed multa dicuntur. Ingens eremitarum olim fuit numerus, atque viuendi ratio diuerſa. Mihi vero affectatio omnis ſemper fuit inuiſa valde, & hominum religioſorum, non ſine cauſſa ſufficiente, nimis ſuſpecta grauitas.

q) Hoc vero non eſt, ſuam cum Chriſto mundi ſeruatore neceſſariam ſuſtinere crucem. Miſeranda ſuperſtitio hominem hominibus et humana ſocietate indignum reddidit: vt delirando ſibi non ſufficeret ipſi.

r) Et ego, quae incredibilia ſunt, vt credam, non facile induci potero.

monet, ſuadet crucifigere carnem, s) mortificare membra etc.) haec aliaque dictu, auditu, cogitatu horrenda, et quauis morte deteriora, cuique in ſe: an v. in alios quoque? t)

Itaque faceſſat et Morboniam abeat cum ſuo nefario homicida et hominis extinctore generali Lactantius. Faceſſant etiam ii qui negant vllum eſſe homini in vitam, adeoque nec in corpus ſuum viuum dominium. v) Id ſi verum; fuiſſent vtique ſceleratiſſimi illi, de quibus dictum, aliique fere omnes qui Sanctorum cognominibus celebrantur: quippe qui corpora quaſi aliena, quorum non erant domini, crudelius afflixe-

s) Diuinitus ita certe iubemur opprimere et cohibere effrenatam corporis libidinem, atque carnales illicitas voluptates; non corporis membra, quae ſummi creatoris admiranda ſunt opificia, frangere, perdere, nedum enecare noſmetipſos. Faciunt nae homines intelligendo vt nihil intelligant, qui ne peccatorum quidem habita ratione, aut cordis prauorum affectuum, ſibi perſuadent carnem, hanc miſerandam carnem, eſſe cruci affigendam, et membra, quorum certe laudabilis et iucundiſſimus eſt vſus, debilitanda vel enecanda tandem. Iubemur contra corpus bene curare et alere, ita vero, vt laſciuire et luxuriare omittat.

t) Neque in alios, neque in noſmetipſos ſtatuere quidquam debemus, quod minus videtur eſſe decorum, honeſtum, ſalutare: cum probe obſeruandum ſemper et vbique veniat, quid Deo, quid hominibus omnium ordinum, quid nobismetipſis debeamus, vt officiis quouis modo ſtudeamus ſatisfacere noſtris.

v) Dominium ſi homo in corpus ſuum haberet: illud omnibus quoque ſuis moleſtiis liberare, morbidum ſanare, ſenium auertere, formam redintegrare, maius minusue redde-

flixerunt, quam vlli plerumque domini ſua, etiam ſcelerata, mancipia. x)

Sed non ſe occiderunt, inquis. Nempe non ideo quia defuit dominium, poſt tot euidentiſſima dominii argumenta: ſed quia praeter illam toties dictam dicendamque ſuperſtitionem, defuit cauſa ſatis grauis. Praeterea Sancti illi diu, et crudelius quidem ſeſe torſerunt, quam

dere, ab interitu morteque certiſſima olim ſartum tectum ſeruare, omnibus pro voto beneficiis cumulare poſſet. Non noſtrum dominium eſt in corpus noſtrum, ſed eius, qui nos ſine nobis olim produxit paruulos, atque in diem hodiernum mirifice cuſtodiuit, aluit, conſeruauit: vt ſine eius noſtri Domini omnipotentis maximi DEI voluntate, conſilio, et arbitrio ſapientiſſimo, prorſus nihil nobis accidere poſſit. Miſeri nos homunciones non ſumus noſtri, ſed creatoris et conſeruatoris potentiſſimi, cuius beneficio et gratia ſingulari viuimus et ſumus, quicquid ſumus. Prae Stoicis omnibus audiamus Apoſtolum, qui 1 ad Corinthios VI. 20. ſcribit: *DEUM glorificate in corpore veſtro, et in ſpiritu veſtro, quae ſunt DEI.* Ad Romanos XIIII. 7. *Nemo noſtratium eſt, qui ſibi viuat ipſi, nec eſt, qui ſibi ipſi morietur; Et viuentes Domino noſtro viuimus: et morientes Domino noſtro morimur. Siue viuamus, ſiue moriamur, Domini noſtri ſumus.* Vna nobis eſt obſequii gloria, vt, ſi quid poſſumus, Dominum, in cuius manu eſt ſalus noſtra, quibuslibet actionibus noſtris glorificare ſtudeamus.

x) Si qui ſibimetipſis fuerunt graues et moleſti, vel ſuperſtitione et affectatione, vel ſancta ſimplicitate commoti, his quaſi bonis operibus diuinam gratiam ſuamque ſalutem voluerunt mereri. Sed nihil, vel peſſime egerunt, dum in ſemetipſos fuerunt iniurii, ſuisque operibus et fictae ſanctitati magis tribuerunt, quam gratiae diuinae ac ſufficientibus Chriſti meritis: quam vera fide amplectentes multo ſecurius atque prudentius agere potuiſſent.

Digitized by Google

quam ſi quis ſubita facilique morte ſe afficiat. Quid? quod S. Paulus quoque 1 Cor. 9. ait ſe corpus ſuum ſugillare, aut plagis contundere, atque in ſeruitutem redigere. An ita tractare licet corpora aliena? An ſuum, ſi id liberum, vel dominio hominis exemptum, ſolique DEO, tanquam Domino, ſubiectum? y)

Iam totum, ſi quod ſit, argumentum Lactantii in ipſum et eos qui Sanctorum facta et exempla probant, retorſeris, dixerisque: Si tortor nefarius eſt qui hominem torquet, eidem ſceleri obſtrictus eſt, qui ſe torquet, quia hominem torquet. Imo v. maius id eſſe ſcelus exiſtimandum eſt, cuius vltio ſoli DEO ſubiacet. Nam homines laudant quoque, praedicant et extollunt. Item ſi ſceleratus et impius eſt, qui in quacunque re gratis et in vanum DEI nomine auctoritateque abutitur; temereque et male iudicans vltionem DEI minatur, vtique iisdem ſceleribus, et magis quidem obſtrictus eſt qui talia audet in ea re et cauſa, quam non niſi fictis criminibus, exaggeratis calumniis, leuiſſimis ac

y) De dominio ſatis dictum, et puto, neminem adeo fore pertinacem, qui, quod ſolius DEI eſt, ſibi voluerit tribuere ipſi. Miniſterium homini, praetereaque nihil, eſt reliquum: vt, gratia cooperante diuina, homo, et animae et corporis viribus coniunctis, aeternam ſtudeat ſuam promouere ſalutem. Quod Apoſtolus 1 ad Corinthios VIIII. 27. ſcribit ὑπωπιάζω μυ τὸ σῶμα. καὶ δυλαγωγῶ, ſubigo corpus meum, et in ſeruitutem redigo: de vetere homine illo ſpiritui reluctante intelligendum eſt: ne quid ipſe committat gentium Apoſtolus, quod ipſius doctrinae aduerſum, aut diſcipulos ſuos aliquo modo offendere poſſit.

Digitized by Google

ac vitioſiſſimis, imo aperte falſis ratiunculis tueri poteſt. Itaque rurſus, qui neminem occidit, vel ſi quem, ex iuſta et neceſſaria cauſa, is non eſt homicida; nec proinde ei vltio, aut poena diuina imminet: at qui ſponte moritur, neminem occidit ita moriendo; vel ſi quem, ex iuſta et neceſſaria cauſa: ergo non eſt homicida: ergo non ille, ſed Lactantius mendax et calumniator ſubiacet vltioni diuinae. z)

Iam veniamus ad Auguſtinum, qui et ipſe rhetorum pompa, aa) coloribus et artificiis quibus aſſueuerat,

z) Triumphare noli: res ſalua eſt, neque Lactantium veritatis vnquam pudebit. De iudicio diuino res altioris videtur eſſe indaginis. Equidem nihil definire audeo. Dominus, vt iuſtiſſimus, ita valde miſericors etiam iudex eſt, nec quemquam gaudet ſua malitia perire. Tortor vtique nefarius eſt, qui ſua, non publica, auctoritate, praeter merita, hominem torquet. Et multo magis peccat, qui ſemetipſum, inepta ſuperſtitione non veretur torquere. Vtut laudanda frugalitas atque prudens diſciplina: ne quid anima detrimenti fortaſſis in corpore luxuriante, velut carcere incluſa et oppreſſa, capiat: ſaeuiens in ſemetipſam, pro pietate, ſuperſtitio, niſi ab hominibus leuiſſimis, laudata vel commendata nunquam fuit. Qui neminem occidit, non eſt homicida. Qui ſemetipſum occidit, vt homo eſt, non poteſt non eſſe homicida. Vt criminis fieret inſons, iuſtam et neceſſariam ſupponit cauſſam occidendi, quae vbi nulla eſt, occidentem criminis eum oportet facere valde reum. Cauſſam vero, niſi vim tyranni alienam, mortis voluntariae eſſe nullam, alibi ſatis clare demonſtratum iuimus.

aa) Quid, obſecro, cum rhetoribus eſt noſtro? Nihil, opinor, niſi vt, ficto et ſibi odioſo artis nomine, aduerſarium

Digitized by Google

rat, delectatus, omiſſa accurata et philoſophica diſſerendi ratione, non tam vera et ſolida conquirere, paucisque et neceſſariis complecti, quam varia quae ſpeciem quandam veritatis ſubito conſpecta haberent, et vulgi ac imperitorum aures animosque caperent et implerent, longa oratione commendare et velut circumducere allaborauit. Hoc v. videtur id quod M. Antoninus vocat φαντασιοπλήκτως agere, et ad aemulationem ambitionemque ſophiſticam et declamatoriam declinare. Vtcunque fuerit, diſcutiemus ea quae multis Capp. l. 1. de C. D. in vanum contra mortem voluntariam diſputauit. Preſſe illum eo qui ipſi placuit ordine ſequemur. Quod ſi liberius cum ipſo tanta eruditionis ſanctitatisque fama florente, quandoque agere videamur: ab) cogita

ſarium omnibus redderet ſuſpectum, qui ſuis meritis et ſcriptis vbique commendatiſſimis immortalem ſibi nominis famam comparauit. Sapienter et recte, vt hominum ſaluti conſuleret, inuehitur in autocheiriam, ſiue mortem voluntariam, ab inſanientibus Stoicis, ſapientiae nomine, reuera ſceleratiſſimo paricidio, et verbis vix exprimendo dedecore, ad extremam animarum deſperantium fraudem, ſenſim ſine ſenſu, atque adeo ſine ratione inductam. A noſtro infringenda patris doctiſſimi argumenta videbimus.

ab) Nouum excuſationis genus, ad fucum faciendum lectoribus, nimiamque carpendi et ſanioribus inſultandi libertatem commendandam. Vnum equidem credendorum et agendorum fundamentum habeo in Sacra Scriptura: et, quae his non aduerſantur, veritates atque demonſtrationes claras diſtinctasque amplector, vndecunque mihi ſuppeditantur, ſine cuiusquam vel ſpectatiſſimi doctoris auctoritate: adeo nihil apud me vel ſectae alicuius, vel ordinis, vel

cogita agi nunc de re omnium rerum humanarum et totius philoſophiae grauiſſima, omniumque ante Auguſtinum conſenſu, atque tot illuſtribus exemplis probata: ac) de re quae ſit fulcrum et munimentum felicitatis, libertatis et tranquillitatis animi: ad) de re quae ſola omnes fortunae et neceſſitatis vires impetusque frangit et elidit. ae). Ad haec nullus mortalium ſemper

vel celebritatis, contra veritatem et ratione, et oraculis diuinis comprobatam, praeiudicia valent. Auguſtini vero ſententia de morte voluntaria et cum ratione, et cum diuinis oraculis omnino conuenit: ergo vera eſt, et omnibus commendanda, neutiquam ſcommatibus oneranda et perſibilanda.

ac) Tranquillitas profecto animi et vera voluptas, quae ſummi boni poſſeſſione tenetur, vna debet eſſe humanarum actionum, ſtudiorum ac philoſophiae vniuerſae finis. Sed illi quam maxime contraria eſt rerum omnium deſperatio, peruicacia, temeritas, rebellio: ex quibus peſtiferis fontibus illud ſatis triſte venit Stoicorum de morte voluntaria decretum. Quod illuſtribus quidem exemplis, vt alia quaeuis hominum ſcelera, paſſim viſum ac deploratum: bonis vero et ſapientibus nunquam, nedum omnium ante Auguſtinum conſenſu, probatum. Quod ſatis ſuo loco iam demonſtratum vidimus.

ad) Communi bonorum et ſapientum omnium conſenſu, fulcrum et munimentum humanae felicitatis, libertatis, et tranquillitatis, eſt pietas, fides, conſtantia, obſequium, ſpes, patientia, et qui reliquas virtutes in ſe continet omnes, timor Domini: cui nos noſtraque omnia referimus accepta. Sed infame atque triſtiſſimum Stoicorum decretum eſt praeſentiſſima felicitatis humanae profuſio, funeſtiſſimus libertatis abuſus, tranquillitatis naufragium.

ae) Frangit vtique et elidit, quae forti magnoque animo

per et in omnibus ſapit: praeſertim dum opiniones quasque ſuas tuetur: immo ſtultiſſimus eſt qui id de ſe ſentit ipſe, et ab aliis omnibus vult ſentiri. Stultus qui ipſi quoque ſentienti ac volenti aſſentitur. af) Praeterea quis hic vel mediocriter ſaltem peritus rerum et verborum ceſſerit Auguſtino, etiam millies doctiori ſanctiorique? Dempto corpore, vt ſic loquar, vocum, phraſium, nugarum, et in ſenſus quoque oculosque ipſos incurrentium fallaciarum, tota velut anima eius ſententiae, alias mox exſpiraturae, pendet ex duobus verbulis his, Non occides. ag) Cui autem hic opus eſt interprete, praeceptore et doctore Auguſtino? An nemo

mo ferenda eſſent, turpiſſima rebellione, ita quidem, ut infelix anima, rupto corporis amiciſſimo vinculo, fortunae poſthac nullas ſentiat viciſſitudines, ſed grauiſſimas aeternum pertinaciae ac tyrannidis nefariae poenas luat.

af) Vt homines ſumus ratione diuinitus praediti, et ſapientiae ſtudioſi, omnia probare, et meliora retinere debemus; non altum ſapere, non oracula contemnere diuina, non gulae, non affectibus indulgere, DEO deuoti ne latum quidem a virtutibus vnguem recedere, aequo fortunam vtramque ferre animo, certaque fiducia nos Numinis aeterni gratiae incomparabili committere: ſic certe, quicquid ſuadeant alia malorum irritamenta, quicquid maleſani doctores ſuppeditent, ſtationem ante non relinquemus noſtram, aut de corpore rumpendo cogitare poterimus, quam ab ipſo Domino et imperatore ſummo vocati gaudiorum coeleſtium participes fiamus. Quorſum ergo, quae nihili faciendae, ſequentes in beatum Auguſtinum cumulatae calumniae?

ag) Et hoc ſufficit: *non occides.* Vel quis huic ſummi imperantis et omnipotentis DEI praecepto refragabitur impune? Quod cum negare poſſit: de figuris et ambitu que.

mo ſine ipſo quid non, quid occides ſignificet, intelligere poteſt? Dic ergo neminem quoque ſine Auguſtino intelligere quid ſignificet nox, quid dies, et quid inter vtrumque ſit diſcriminis. An ſi iubeat cogatque ipſe verba dicere id quod non dicunt, ei protinus credendum? Vel an quia verba illa olim pronunciata fuerunt in monte Sinai, alium aut longe ampliorem quam ante et poſt, ad tempora vſqve Auguſtini, ſenſum nacta ſunt? An quia inſerta libris Canonicis, ſubiecta fuerunt arbitrio Auguſtini, vt ipſe ea quo vellet, traheret et extenderet? idque contra omnium, etiam Iudaeorum et Chriſtianorum, qui praeceſſerant, ſenſum et conſenſum? Itaque doctrina (quae hic certe

 nulla

querens, omnia verborum lenociniis inuoluit. Cum ordine inſtituerit progredi, et Auguſtini de ciuitate DEI circa hanc rem monita refellere ſaluberrima. Primum ſilentio tranſit lib. I. c. 17. *Si non licet priuata poteſtate alicui hominem occidere, vel nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla concedit, profecto etiam, qui ſeipſum occidit, homicida eſt. Et tanto ſit nocentior, cum ſe occiderit, quanto innocentior in ea cauſſa fuit, qua ſe occidendum putauit.* Sunt vero diſerta ipſius T. O. M. DEI praecepta Geneſ. IX. 6. Qui effundit ſanguinem hominis, per hominem ſanguis illius effunditor: quoniam ad imaginem ſuam hominem fecit DEVS. Exod. XX. 13. Deut. V. 23. 1 Ioh. III. 15. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: et noſtis, nullum homicidam habere vitam aeternam in ſe manentem. Rurſum Auguſtinus de ciuitate DEI lib. I. c. 18. *Cur autem homo, qui mali nihil fecit, ſibi malefaciat, et ſeipſum interficiendo, hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem: atque in ſe perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum?* etc. Sed mauult noſter confugere ad exempla, quaſi quid illa, ſi vel maxime cumularentur, probare ac iuſtitiam cauſſae demonſtrare valerent.

nulla apparet: niſi alibi maior, tota eſſet ſpernenda) et ſanctitas Auguſtini hic ceſſant, tanquam ſpecioſa duntaxat et inania nomina, quae nihil huc faciunt. Quid dicatur, non a quo aeſtimandum eſt. Si deliret vel nugetur quandoque vir alias ſapiens, verum eſt ipſum delirare, vel nugari; neque omnis eius ſapientia effecerit vt ſit falſum. Sed haec hactenus.

Cap. 19. l. 1. alleg. de C. D. agit Auguſtinus cumprimis de Lucretia. Hic, niſi valde fallor, nihil rei et grauitatis, vel philoſophicae, vel theologicae. Verba duntaxat ſunt, colores, lenocinia, argutiae rhetoricae et poeticae. Confeſtim implorat fere Quiritium et poetarum fidem. Certe appellat tanquam aequos et legitimos cauſae iudices poëtas, et nominatim Virgilium: ac ſi is poſt 500. circiter annos Lucretiam ad tribunal ſuum ab inferis reuocatam damnaſſet; aut dudum damnatam ipſe apud inferos lugentem vidiſſet. Appellat curiam, ius, leges, iudices Romanos: abſurde et praepoſtere. ah) Lucretia enim Romanis autor fuit, vt

ah) De Lucretia Romana dictum ſaepius, etiam progymnaſmatum c. 10 §. 12. Sed Auguſtinum audiamus ipſum de ciuitate DEI l. 1 c. 19. *Adultera haec, an caſta iudicanda eſt? quis in hac controuerſia laborandum putauerit? Egregie quidam ex hoc veraciterque declamans ait: mirabile dictu, duo fuerunt, et adulterium vnus admiſit. Sed quid eſt hoc, quod in eam grauius vindicatur, quae adulterium non admiſit? Ille patria etiam cum patre pulſus eſt: haec ſummo eſt mactata ſupplicio. Si non eſt illa impudicitia, qua inuita comprimitur, non eſt haec iuſtitia, quae caſta punitur. Vos appello leges iudicesque Romani. Nempe poſt patrata facinora, nec quemquam ſceleſtum et indamnatum impune voluiſtis occidi* etc.

Digitized by Google

vt libertatis, ita iuris, legum plerarumque, iudicum et magiſtratuum creandorum. Brutus, vel ſi quis alius apud Dionyſ. Halicarn. l. 4. c. 86. ſcelere Sexti Tarquinii relato, Quam, inquit, iniuriam indigne ferens (Lucretia) vt intolerabilem, poſtquam patri ceterisque cognatis ſuum denarrauit infortunium, multum precata et obteſtata, vt illata ſibi mala vlciſcerentur, ſtricto cultro quem ſub veſte celauerat, patre inſpectante, Quirites, ferrum demerſit in viſcera. O admirandam et ſumme praedicandam ob tam generoſum animum feminam! Abiiſti, periiſti, non ferens tyrannicam inſolentiam, contemptis omnibus vitae voluptatibus, *ne quid* tale *tibi poſthac accideret.* „ Quid hic damnandum Romanis legibus et moribus? ai) Infra dicemus Tertullia-

etc. Quaedam vero quaſi peſtis mulieres inprimis, ſub Tarquinii Superbi tyrannide, infecit ea ſemet enecandi cupido. Tantoque facilius illa ſanguinis Regii Romana, virtutibus, vt ipſi videbatur, et forma illuſtris matrona, cum a Tarquinio Sexto, Superbi filio, et cognato ſuo, ſtuprata eſſet, iracundia, pudore, ſuperbia, vindictae flagranti cupiditate, peſſimis affectibus victa et perturbata, vt ſuos tanto facilius ad facinoris vltionem commoueret, Romanorum enthuſiaſmum voluit imitari, ſuasque in ſemet ſaeuas conuertere manus. Ecquid femina haec impotens furensque inſania tandem exemplo ſuo mortis voluntariae poterit probare iuſtitiam? Scorta ſemper et vbique fuerunt plurima, quae laſciuiam ne quidem probis vnquam commendare potuerunt, nec furta fures, vtut pulcherrime ſuas artes exercere nouerint.

ai) Egregia ſcilicet argumentatio: miſeranda morte Lucretia ſuos commouit, vt Reges expellerent, remp. ordinarent,

Digitized by Google

tuliianum hoc quoque exemplum proponere martyribus Chriſtianis, eoque illos ad fortitudinem ſtimulare. ak) Sed finge Lucretiam carminibus Virgilii, ſententiisque iudicum Romanorum damnatam, vel damnandam: quid inde? an id, nemini vlla ex cauſa licere ſponte mori? al) Sed omiſſis cauillationibus, Lucretiae

narent, leges ferrent nouas: ergo legibus moribusque Romanis αὐτοχειρία probatur. vid. diſſert. praelim. de morte voluntaria p. 19. ſeq.

ak) Hic vero noſter, ipſius plane immemor ſui, amplectitur iam Tertulliani, Montaniſtarum patroni, valde ſuſpectam autoritatem, vt Auguſtini refelleret ſaniorem ſententiam. Vid. ſup. animadu. a b.

al) Lucretia laudetur et vituperetur, cum ipſa natura legibus diuinis et humanis prohibentibus, ſemet occidere prorſus nemini licebit. Exemplis qui gaudent virum atque mulierum impotentium ſuisque ad ſummum dedecus ſuccumbentium affectibus: vt omnia deſperantes ſemet enecauerint ipſos: haud difficulter aliquot millia proferre poſſent: vnum vero id tantum oſtenderent, miſerrimam ac deplorandam, ſine diuina gratia et maſcula virtute, hominum affectibus ſuis nimis indulgentium, ad exitium vſque conditionem eſſe. Fortes multi cupiunt videri, ſed nihil pati, vel generoſo ferre animo, ſuisque calamitatibus, ſine ſpe vel ſolatio, turpiſſime ſuccumbunt. Mulierculas, ſi quae ſunt caſtae et violatae, ſummus ſuffundit pudor, ac mente captis aut furioſis aliquando ſimiles, voluntaria morte, in exitium ruunt. Haeccine vero etiam ſexus fragilitas et impotentia animi ſanioribus atque philoſophis, contra naturam et rationem, ne quid de legibus dicam atque decoro, actionum adeo ſuſpectarum et horribilium poterit eſſe norma? Non ſine commiſeratione ac dolore quodam ſingulari caſus hominum funeſtiſſimos legibus, et meliorem nobis

tiae licuit alieno ſceleri ſupereſſe: quis dubitet? Occidit ſe: id inter magna exempla magni animi, et indolis rarae ac ſingularis. Mori maluit, quam polluta quodammodo viuere. Pudicitiam ſuam, honorem, vitam, non Auguſtini, ſed ſuo ſenſu et Romano aeſtimauit. De ea Quintilianus: Dicam nunc ego praecipuam ſemper curam Romanis moribus pudicitiae fuiſſe? Referam Lucretiam, quae condito in viſcera ſua ferro poenam a ſe neceſſitatis exegit, et vt quam primum pudicus animus a corpore polluto ſepararetur, ſeipſa percuſſit, quia corruptorem non potuit occidere?,. Errauerit v. Lucretia: quid ad ſummam rei de qua quaeritur? Simile, aut maius etiam exemplum eſt Blancae Scardeoniae, de qua ex aliis Lipſius Exempl. Polit. 2, 17. Paucis, capta et ab Actiolino iam violanda, ex feneſtra ſe praecipitauit. Semianimis ſublata et refecta, ſed vitae adhuc potius quam pudicitiae perdendae certa, violatur ligata. Tum v. ad mariti ſepulcrum properans, alleuato et ſuffulto lapide, ſuper foetidum cadauer ſe proiiciens atque id amplexa, Teneo te, inquit, mi anime . . . fulcrumque reuellens caput obtriuit. De aliis dictum eſt ſupra, et ex S. Chryſoſtomo de ipſa B. Virgine, atque ex Tertulliano de Didone vel Eliſſa, de qua etiam Iuſt. 18, 6. Denunciatione belli et dolo ſuorum

nobis gratulamur fortunam: conſiderantes vero ſine numine nihil nobis accidere, in morbis, calamitatibus, inſidiis et aperta vi fidere debemus diuinae gratiae, huic vni nos noſtraque omnia commendare, ac nihil prorſus contra naturam aut voluntatem creatoris et ſeruatoris noſtri, qui ſapientiſſimus et omnipotens eſt Dominus, admittere, quo ſalus et ipſa felicitas aeterna peſſundari queat.

Digitized by Google

compulſa Hiarbae nubere, pyra in vltima parte vrbis extructa, velut placatura viri manes, inferiasque ante nuptias miſſura, multas hoſtias caedit, et ſumpto gladio pyram conſcendit; atque ita ad populum reſpiciens, ituram ſe ad virum, ſicut praeceperant, dixit, vitamque gladio finiuit. Ex his aliisque elucet, magnos feminarum quoque et puellarum animos, am) quippe meliorem forte multis externis paedagogis in ſe habentes magiſtrum, vti fere de Socrate dictum, non pati ſe alligari ordinariis, et mortem peiorem turpioremque quam

am) Obſecro, quae magnitudo animi, perniciosis ſuccumbere affectibus, ipſi Stoicorum diſciplinae exoſis, atque illorum perturbatione eo redigi, vt quae pretioſiſſima atque adeo commendatiſſima homini, vita profundatur, et homo, nobiliſſimum DEI opificium, adeo triſti caſu manuque violenta pereat? Qui magiſtrum in ſe habet externis pluribus paedagogis meliorem, ſanam videlicet rationem, bonam mentem, et Spiritus Sancti felix imperium, eius, inuito Domino, certe non franget templum, & miſeriarum, quae pluribus mortalium communes, pertaeſus, rebellansque ſummi iudicis et vnius rerum humanarum arbitri ſanctiſſimam voluntatem non reformidabit. Nulla ſine conſtantia virtus, quae pluribus aerumnis et patientia probatur: vt ne indignationi quidem, nedum extremae deſperationi relinquatur locus. Miſeriarum, ſi DEO T. O. M. fuerit viſum, certiſſimus tandem et glorioſus erit finis: quem pro lubitu nos non praeripere decet: cum et ipſe DEI filius I. C. Seruator noſter extremo conflictu, et Spiritus anxietate ineffabili, precibus in hunc modum fuerit patrem coeleſtem allocutus: ſi poſſibile eſt, transeat a me poculum iſtud, veruntamen non vt ego volo, ſed vt tu vis: pater mi, ſi poculum hoc a me non poteſt abire, quin bibam, fiat voluntas tua. Matth. XXVI. 39. 42.

quam ſtuprorum, aut indignorum etiam matrimoniorum patientiam dictantibus plebeiorum, vt Tullius ait, magiſtrorum praeceptis. Vtcunque id fuerit, in quamcunque, inquit Seneca, partem rerum vel ciuilium, vel externarum, memoriam miſeris, occurrent tibi ingenia, aut profectus, aut impetus magni.

Cap. 20. Nullam eſſe autoritatem diu. quae Chriſtianis in qualibet cauſa ius voluntariae necis attribuat. Neque enim fruſtra in ſanctis Canonicis libris nusquam nobis diuinitus praeceptum permiſſumue reperiri poteſt, vt vel ipſius adipiſcendae immortalitatis, vel vllius carendi cauendique mali cauſa nobiſmet ipſis necem inferamus. „

Iam 1. vel hinc manifeſte patet, falſum eſſe, quod Auguſtinus et eius velut pediſſequi dictitant ac contendunt, omnem mortem voluntariam directe repugnare Scripturae et legi diuinae. Nam ſi id verum, vtique abſurdiſſimum fuerit dicere, non reperiri praeceptum permiſſumue, ut necem nobis inferamus. Sic quia directe repugnat Scripturae et legi diu. alios temere absque iuſta grauique cauſa occidere: nemo tam abſurdus eſt: vt dicat non reperiri id praeceptum permiſſumue. an)

 2. Obie-

an) Bene Auguſtinus monet, non eſſe diuinitus praeceptum mortalibus, vt ipſi, malis ingruentibus, educerent animam: nec in ſacris permitti cuiquam ius voluntariae necis. Praeter rem ergo calumniatur noſter, id perperam dici aut deſiderari ab eo, qui ſcripturae ac legi diuinae, ſibi perſuadeat, mortem voluntariam repugnare. Ab illis vero, qui hoc fortaſſis negarent, ſacrae ſcripturae auctoritatem

2. Obieceris Auguſtino id quod ipſe aliique, dum vrgentur ſilentio Scripturae, toties repetunt. Non omnia quae diuinitus per legem naturae iuſſa, vetita, permiſſa ſunt, reperiri in Scriptura. Haec obiter tantum, generatim et confuſe, aut promiſcue officia quaedam ordinaria, ac pleraque vel ex communibus notitiis nota, attingit. Certe quam multa de toto genere virtutis, et de partibus eius: de prudentia priuata, domeſtica, ciuili: de temperantia, frugalitate, modeſtia, clementia, liberalitate: de iuſtitia per vniuerſam generis humani ſocietatem diffuſa: de fortitudine et magnitudine animi: de caritate patriae, defenſione libertatis, depulſione tyrannidis, etiam cum interitu ſui ac rerum ſuarum: de amicitia, et conſtanti erga amicos beneuolentia et fide: denique de aliis virtutibus et officiis ſingulis recte, egregie et accurate a philoſophis tradita ſunt: ao) quae ſi ideo reiiceres ac damnares,

tem capitis initio ſtatim poſtulat, ac fruſtra praeceptum aut permiſſionem ait quaeri, vt, vel ipſius adipiſcendae immortalitatis, vel vllius carendi cauendiue mali cauſſa, nobiſmetipſis inferamus necem. Quod in ea maximi momenti atque adeo difficili cauſſa videatur omnino eſſe neceſſarium: cum noſtra a nobiſmetipſis neque vita, neque ſalus ac felicitas aeterna dependeat.

ao) Atqui etiam haec omnia in ſacris continentur et commendantur: neque ad vitia ſceleraque atrocia, inter quae necem merito referimus voluntariam, trahi poſſunt. Virtus conſpicua ſemper ac facile ſemet ſuo ſplendore commendat, imo tantum non omnibus ſacri codicis vulgo notioribus paginis quam liberaliſſime laudantur. Triſte noli cum virtutibus et ipſius naturae legibus confundere Stoicorum

res, quia non in libris Canonicis, ſaltem clare, diſtribute, in ſingulis partibus, atque concinno nec interrupto ordine reperiantur: vel licet alicubi, in turba aliarum et alienarum rerum latentia, aegre fortaſſis ab aliquo id vnice aut praecipue per otium agente, reperirentur; non quilibet ſtatim dicere ac demonſtrare poteſt vbi reperiantur. Si ita, inquam, ageres; nemo non paulo perſpicacior vel ſuperſtitioſam ſimplicitatem tuam, vel ſubtilem occultamue ſuperbiam deteſtaretur, aut rideret. Obtentu enim autoritatis diuinae et librorum Canon. teipſum vis facere latorem legum; iubere,

H 3 vetarum

rum decretum, aut illi aliud, quam in timore, faſtu, faſtidio, inuidia, iracundia, vindictae cupiditate, ſacrorum contemtu, ac rerum denique omnium deſperatione, aut nefaria in Dominum coeleſtem rebellione, ſi cauſſam defendere velis, aſylum quaerere. Naturae nos ſacra iubent viuere conuenienter: iſtud contra naturam rumpere corporis et animae vincula. Iubent illa ſtatione ſua, donec ſoluens liberansque dominus ipſe venerit, forti quemque et conſtanti animo manere: iſtud vero miſeris ſuadet ſui eſſe iuris, et animam ante diem educere pro lubitu. Illa quam maxime DEO et Seruatori deuotis patientiam commendant; iſtud, ne quid patiantur mali, voluntariam necem. Sacris Chriſtianos viuere perpulchre Spiritus Sanctus, Stoa miſellos ac rerum humanarum pertaeſos mori quam turpiſſime, Zeno miſellus, et ipſe male ſanus, docet. Sequuntur inde hominis plane Stoici, vtvt nomine Chriſtiano lateret, ineptae criminationes et calumniae: quas, qui ſapit, nihili faciendas eſſe, haud difficulter iudicare poterit. Etiam de lege Ariſtoteles agit moralium Nicomachiorum lib. 5. cap. 15. *Nonnulla*, inquit, *ſunt iura, quae ad vniuerſam virtutem ſpectantia a legibus ſunt inſtituta. Exempli cauſſa*

Digitized by Google

vetare; permittere quicquid tibi viſum fuerit. ap) Dixi ab initio inter omnes conuenire, conditione temporum, locorum, perſonarum, fieri inhoneſta honeſta, et contra. aq) vt negare nec reddere depoſitum, non ſerua-

cauſſa, lex non iubet ſe ipſum quempiam occidere: quae autem non iubet, vetat. Praeterea cum quis praeter legem laedit non referens laeſionem, ſponte iniurium facit: qui autem ſponte facit is ſciens et quem, et quomodo, facit. At qui ob iram ſeipſum iugulat, ſponte praeter rectam legem id agit, quod lex non permittit: iniuriam igitur facit. Sed cui? ciuitati nimirum, non ſibi: quippe cum ſponte patiatur: Nemo vero ſponte iniuria afficiatur. Vnde etiam ipſum ciuitas mulctat: eique, qui ſeipſum necauit, quaſi ciuitatem iniuria affecerit, ignominia quaedam irrogatur.

ap) Hac vero valde miror, hominem euangelica doctrina imbutum, qui et inuitus ad Pontificios tranſierit, acerbius inuehere iam in euangelicos doctores, qui niſi diuinis oraculis ſua dogmata aedificare volunt, vnumque legislatorem ſuum agnoſcunt DEVM. Ecquis mortalium legislator fuerit, dum legislatoris ſcrutatur ſententiam, eamque profert, ad ſuam aliorumque promouendam ſalutem? Omnis autem ſcriptura, cuius diuinam auctoritatem noſter, puto, in dubium non vocabit, vtilis eſt ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad diſciplinam in iuſtitia, vt perfectus ſit homo DEI, ad omne opus bonum perfecte inſtructus. 2 Timoth. III. 15. ſeq. Idem vero etiam Apoſtolus ad Galatas I. 9. ſcribit: *quisquis euangelizarit praeter id, quod accepiſtis, anathema eſto.*

aq) Recte. Et puerulos id excellentium imperatorum praefatione Cornelius Nepos docet, non eadem omnibus eſſe honeſta atque turpia, ſed omnia maiorum inſtitutis iudicari. Licet gentibus diuina gratia deſtitutis ſine dedecore eſſe idololatris; Plures Muhametanis in matrimonio habere vxores. Sunt ſua cuique pulchra: et ſtultis pro ſapientia valet ſtultitia: vt inſigni cum voluptate ad exitium ruant

Digitized by Google

ſeruare datam fidem, non ſtare promiſſis, vbi v. haec in libris Canonicis? vbi ea de quibus Cicero l. 3. de Officiis? An ſi forte non ſint, protinus damnabimus? ar)

Sed quis vnquam exegerit, vt omnia quae permittuntur et licent, dum ſingula enumerari ac definiri nequeunt: quod ſi poſſent, ineptiſſimum id, et ſaepe contra pudorem et verecundiam eſſet: nam multa licent, quae turpe, et nulla quidem neceſſitate, vel dicere: vt omnia, inquam, eiusmodi ex Script. demonſtrentur? Et vel ex illis patet eſſe quae ex ſe non ſunt turpia, imo ſunt naturalia et neceſſaria; adeo tamen omnibus perſonis, locis ac temporibus non conueniunt, vt multi malint mori, quam ea, vbi non decet, admittere. as) Metrocles cum aliquando meditare-

ruant. Sic turpe non fuerit Stoicis, ſemetipſos enecare in illis regionibus: vbi pridem iſtud miſerabile decretum ſapientibus, qui videri volebant, vſuvenit. Quam maxime vero damnatur, et bonis non poteſt non eſſe horrori nunc in regionibus noſtris: et vbi homines doctrina Chriſti ſaluberrima ſunt imbuti, legum cuſtodes ſunt, atque ſibimetipſis melius conſulere didicerunt.

ar) Vtique commendatur in ſacris vbique prudentia; commendantur omnes virtutes, decorum, atque honeſtas: paſſim et multis exemplis probatur, quod vtile nunquam diſcrepet a decoro; et quod ſola bona, quae honeſta. Ecquid homini prodeſſet, mundum ſi lucretur vniuerſum, et animae iacturam faceret? Aut quam perditae compenſationem dabit animae. Marci VIII, 36. ſeq.

as) Non de rebus naturalibus et homini valde neceſſariis, et illis ne quidem memoratu dignis, ſed de morte voluntaria quaeſtio eſt: quae profecto eſt maximi momenti, quandoquidem ab illa hominis, non dicam temporalis haec

taretur , neſcio quomodo, ait Laërtius, crepitu ventris emiſſo, animi triſtitia domi ſe incluſit, e vita per inediam diſceſſurus. at) Suetonius in Claud. c. 32. refert eum meditatum fuiſſe edictum, quo veniam daret flatum crepitumque ventris in conuiuio emittendi : cum periclitatum quendam prae pudore intellexiſſet ex continentia. av) Profecto autem ſi id requiritur, vt omnia demonſtrentur ex Script., pleraeque actiones, praeſertim eorum qui Scripturam vel non legerunt, vel minus diligenter, ceſſabunt. ax) Porro ſi quicquid praecipi, vetari,

haec, verum aeterna felicitas aut miſeria, damnatio formidanda vel incomparabilis voluptas dependet. Via nobis ad vitam et felicitatem aeternam in ſacris deſcripta eſt : de illa vero per voluntariam mortem eſt altum ſilentium: neutiquam ergo ab homine ſapiente, qui ſibimetipſi vult eſſe conſultum, perfide ac temere ineunda.

at) Ecquid ab homine, qui videri volebat eſſe ſtudioſus ſapientiae, ineptius aut pernicioſius fieri potuiſſet? Sed, referente Laertio lib. 6. p. m. 425. ſeq. Metrocles ille adeo corruptus erat, vt quum ſaepe inter diſſerendum ventris crepitum emitteret, prae dolore animi domi incluſus moraretur. Crates ergo eum conſolaturus conuenit, ac multis verbis docuit, nihil mali feciſſe, et prodigioſum fore, ſi flatum non ſecundum naturam emitteret. Ad hoc vero etiam praeparatus ipſe crepitum emiſit, ac facilius miſellum philoſophum rei ſimilitudine ſeruauit, qui eius poſtea diſcipulus eſt factus, vtinam prudentior, ſenex autem obiit a ſemetipſo ſuffocatus.

av) Quid inde, ſi promulgaſſet quoque illud edictum? Naturalia enim non ſunt turpia. Pudore vero etiam ſibi nocere, inſanum.

ax) Omnino neceſſaria eſt omnibus Sacrae Scripturae lectio

vetari, permitti poteſt, contineatur Scriptura; ſuperuacuum et inutile fuerit totum ius ſaltem, quod dic.tur Canonicum: Ciuile etiam cum omnibus legibus, inſtitutis, conſuetudinibus omnium populorum. His v. cunctis quoque Scripturae Canonicae iuri adiunctis, quam anguſta innocentia eſt ad ea bonum eſſe? quanto latius officiorum patet quam iuris regula? quam multa pietas, humanitas, liberalitas, iuſtitia, fides exigunt, quae extra publicas tabulas ſunt? ay) Denique Couarruuias apud Grotium dicit non pati humanam cognitionem iuris naturalis non ignaram, quicquam naturali ratione permitti, quod apud DEVM non ſit idem permiſſum. Saltem id firme tenendum, donec praeciſe ſingulatim, omnibusque in caſibus, vbi ratio permiſerit, a DEO vetitum demonſtretur. az

3. Si

ctio et accuratiſſima obſeruatio: quod ipſi, pro aſſumta pontificiorum hypotheſi falſa, non videtur.

ay) Vide, quam ſe torqueat noſter immerito pro adſtruenda voluntariae mortis iuſtitia. Quae ſunt ad vitam et ſalutem neceſſaria in ſacris literis continentur omnia. Sunt diſciplinarum et artium praecepta peculiaria, quae facile quisque videt eo non pertinere. Quicquid vero etiam in iure ciuili aut canonico diuinis legibus et ſacrae ſcripturae, imo et honeſtati et bonis moribus aduerſatur, iuris vim et auctoritatem habere nequit. Quaeſtio hic ſolum de αὐτοχειρίᾳ eſt: ſed mauult noſter confundere omnia, et ſacris miſcere profana, quam tanti ſceleris turpitudinem agnoſcere, et aliam inire ſalutis quaerendae viam.

az) Bene. τὸ θεῖον in homine rationalis eſt anima, ad imaginem DEI facta, melior pars hominis, quae dum ratione ſibi propria vtitur, fallere nequit, quae vera ſunt, intelligit.

Digitized by Google

3. Si libris primum Canonicis ſublatum fuit ius, vel libertas ſponte moriendi quandoque, ergo natura valuit ante illos, ideoque per 4400 circiter annos ab O C. vſque ad tempora fere Auguſtini, quibus libri Canonici omnes traduntur definiti, et certiore fide vel autoritate recepti. Itaque ipſe non omnibus, ſed Chriſtianis ſolis ius illud eripere, aut denegare videtur. Aſt v. vel DEVS non eſt autor naturae, jurisque adeo naturae; vel Chriſtiani non habent eandem quam alii naturam, idemque ius; vel nullum habent illi naturae ius; vel denique eſt etiam autoritas diuina, quae Chriſtianis aeque ac aliis ius voluntariae, vt ait Auguſtinus, necis attribuat. ba)

4. Con-

git, recte iudicat, omnesque actiones ſuas ad voluntatem gloriamque ſummi numinis ita dirigit, vt non poſſint non ipſi DEO et bonis omnibus probari. Atqui etiam hoc philoſophi aiunt eſſe hominis decorum, et naturae viuere conuenienter Hoc naturae ius, quod neceſſarium et immutabile, et ipſi auctori ſuo, rerum ſummo arbitro diſplicere nequit. Audiamus, quid Apoſtolus ſcripſerit ad Romanos I. 18. ſeqq. *Quod de DEO cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in ipſis*, ſc. hominum animis: *DEVS enim id illis manifeſtauit. Inuiſibilia DEI a condito mundo, ex iis, quae fecit, mente perpenſa conſpiciuntur, aeterna videlicet eius potentia et diuinitas: vt ſint inexcuſabiles. Propterea; quod, cum DEVM norint, eum non glorificarunt, vt decet, neque gratias illi egerunt: ſed vani facti ſunt in ratiocinationibus ſuis, et obtenebratum eſt cor eorum inſipiens. Cum ſe dictitarent ſapientes, facti ſunt ſtulti.*

ba) Hic vero noſter philoſophus plane inſanit, atque in ipſum codicem ſacrum inuehitur, quem, velut ex ignorantia, mentitur, primo S. Auguſtini temporibus prodiiſſe, et imme-

4. Conuerterit aliquis, et melius, clarius certiusque dixerit, nusquam in Script. Canon. reperiri nobis diuinitus praeceptum, bb) vt in caſibus ſupra deſcriptis vitam producamus: nuſquam vetitum in illis vitam abrumpere et finire: itaque permiſſum eſſe. Vtique enim quae leges nec iubent, nec vetant facere, ſunt

immerito reieciſſe, quod ab orbe condito probatum fuerit, ac vſu receptum. Haec et ſequentia ſunt eiusmodi, vt reſponſione videantur eſſe plane indigna. Falſiſſime ſcilicet ipſe perſuadet ſibi αὐτοχειρίαν iuris eſſe naturalis, quae, contra naturam, omnesque naturae leges, non DEO, ſed diabolo ſuadente, miſerrimis ac male ſanis, quibusdam hominibus, ad accelerandum exitium, hinc inde aliquando placere coepit.

bb) Et hoc diuinando quaſi B. Auguſtinus praeuidit, qui et maſcule huic obiectioni potuit ire obuiam. Sed audiamus ipſum de ciuitate DEI lib. I. cap. 20. *Prohibitos*, inquit, *nos eſſe intelligendum eſt, vbi lex ait: non occides: praeſertim quia non addidit, proximum tuum: ſicut falſum teſtimonium cum vetaret, falſum, inquit, teſtimonium non dices aduerſus proximum tuum. Nec ideo tamen ſi aduerſus ſe ipſum quisquam falſum teſtimonium dixerit, ab hoc crimine ſe putauerit alienum, quoniam regulam diligendi proximum a ſemetipſo dilector accepit: quandoquidem ſcriptum eſt, diliges proximum tuum ſicut te ipſum. - Quanto magis intelligendum eſt, non licere homini ſeitſum occidere, cum in eo, quod ſcriptum eſt, non occides, nihilo deinde addito, nullus, nec ipſe vtique, cui praecipitur, intelligitur exceptus. - Non occides, non alterum, ergo nec te. Neque enim, qui ſe occidit, aliud, quam hominem occidit.* Quisque procul dubio proximus ſibi: atque etiam hinc iubentur homines diligere alios, quemadmodum diligerent ſemetipſos. Matth. XXII. 39. Nemo ſuam ipſius carnem vnquam odio habuit, ſed enutrit ac fouet

 uet

ſunt per eas permiſſa. b c) Eodem modo ratiocinati ſunt priſci illi Chriſtiani, qui vltro ſe profitebantur et morti offerebant, cum fugere, latere ac viuere potuiſſent:

uet eam. Epheſ. V. v. 29. Pellem pro pelle, et quicquid eſt hominis, daturus eſt pro ſe ipſo. Iob. II. 4.

b c) Scelera, niſi quae dicta ſufficere viderentur, poſſunt eſſe tam atrocia, vt iſtorum prohibitio Legislatori videretur ſuperuacanea eſſe, quod per rerum naturam nequidem fieri poſſe, aut in mentem venire cuiquam, valde dubitarit. Solon interrogatus, cur ſupplicium non conſtituiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſpondit, ſe id neminem facturum putaſſe. Confer. comment. in leges XII. Tab. pag. 348. Quanto magis de eo fuerit dubitandum, qui ſaeuas in ſemetipſum vellet conuertere manus. Cuius quidem facinoris nefaria et longe maxima turpitudo facilius inde pateret, iſtius ſi nequidem in legibus vetuſtiſſimis vſquam fuerit facta mentio. Sufficit ab iſto mortalium, alioqui ad vitia properantium, animos abhorrere, ipſamque alienam eſſe naturam. Peccat homo αὐτόχειρ quam maxime in T. O. DEVM, inuolando in eius ſummam auctoritatem, qui vnus vitae et mortis eſt arbiter; in eius dominium, qui ſua quemque vult ſtatione forti conſtantique animo perſiſtere; in eius ſummam bonitatem, qui rebellantem, vel ordinem ſuum deſerentem, quoad vixit, infinitis beneficiis cumulauit; in eius prouidentiam, qui ſapientiſſime peruicacis rationibus conſulere voluit. Atqui haec ſumma praeceptorum eſt: *diliges Dominum DEVM tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota cogitatione tua.* Matth. XXII. 37. Qui contra voluntatem DEI ſemet educere cupiunt: abnegantes ſummi numinis imperium, idolum ſibimetipſis ſtatuunt affectibus indulgentem atque miſerrimam animam, vel eius ne habita quidem ratione, deſperabundi frangunt, quod DEVS coniunxit, niſi morte diuinitus immiſſa, indiſſolubile et iucundiſſimum vtrinque corporis

et

ſent: bd) item illi his aduerſi qui pecunia et tributo latendi viuendique facultatem ſecuritatemque emebant. be) Nempe nusquam in Scriptura reperiri vetitum

et animae vinculum, et inſanientes importunitate maxima in exitium ruunt. Praeceptorum pars altera, vt modo diximus, priori ſimilis: *diliges proximum tuum, vt te ipſum.* ibid. Diligere ergo debemus noſmetipſos: ad quod natura facti ſumus, neque aliter poſſumus. Et vitae praeſertim conſeruandae ac tuendae maximus et communis inſtinctus necem quamcunque abhorret: tantumque abeſt, vt homo eam ſibimetipſi poſſit aut debeat inferre. Adeo haec lex naturalis, etiam brutis animalibus indita, vitam aduerſus quoscunque impetus eſſe tuendam, abrumpendam vero nequaquam. Peccat ergo ἀνόχως in ſemetipſum, omnem humanitatis ſenſum exuit, naturae leges flocci facit, ſtultaque pertinacia ruit in exitium. Ciuibus ſuis peſſimum ſuppeditat rebellionis, peſtiferum infirmioribus extremi furoris exemplum. Conſanguineos atque domeſticos triſtitia ſumma et pudore ſuffundit. Omnes horribili mortis genere offendit. Sed audiamus ipſius Seruatoris noſtri ſententiam. *Quisquis*, inquit, *offendiculo fuerit vni ex paruis, qui in me credunt, dignus vt ei ſuſpendatur mola in collo, et in profundo maris demergatur. - Vae homini, per quem offendiculum euenit.* Matth. XVIII. 6. 7.

bd) Fruſtra ad ſanctos martyres prouocat, qui non ſua ſponte, ſed aliena vi ac tyrannorum crudelitate fuerunt oppreſſi, et conſtantiſſime ſalutaris doctrinae veritatem profeſſi, quascunque iniurias, cruciatus intolerabiles, et ipſam mortem perpeti, quam Chriſtum abnegare ſuamque felicitatem aeternam profundere, maluerunt.

be) Illi vero ſatis clare ſuo docuerunt exemplo, quam caute et prudenter, etiam perſecutionibus atrociſſimis, ad immortalis DEI gloriam, vita ſit conſeruanda. Tributum

cum ne fiat: ergo licitum eſſe ac permiſſum: idque quamuis vniuerſis Chriſtianis diſtricte praeceptum videatur, publice confiteri Chriſtum. Eodem etiam modo ratiocinari neceſſe eſt eos omnes qui imaginum religioſarum, vel vſum ſaltem, vel inſuper cultum defendunt, etiam contra praeceptum, Non facies tibi ſculptile etc. bf) Et notandum eſt, hoc aliisque eiusdem ſententiae verbis et praeceptis, vel interdictis non obſtantibus, ipſum quoque cultum acerrime defendi, ita vt contrarium tanquam ſtulta, ſuperſtitioſa et impia haereſis damnetur. Itaque nunc denuo clare vides explicari quandoque Scripturam, ſicut variis varie placuerit, aut variis opinionibus hominum defendendis expedierit. Itaque etiam reperitur, vel non reperitur in Scriptura quicquid nonnulli in ea reperiri, vel non reperiri volunt. bg)

5. Au-

ipſe Chriſtus dedit: ſuam vero tranquillitatem et ſecuritatem pecunia redimere, fuit nuſquam prohibitum.

bf) Fallax et miſerrimum refugium, defendi errores aliquando vel vſus Eccleſiae peſſimos, aduerſus praeceptum DEI expreſſum. Viderint, qui faciunt. Mihi, forſan et omnibus, qui ſapiunt, credendorum et agendorum norma conſtantiſſima et vnica eſt verbum DEI. Et ipſe dixit Iehoua Deuter. XXVII. 26. *Maledictus, qui non praeſtiterit verba legis huius, ea faciendo.* Leuit. XVIII. 4. 5. *Iudicia mea exercetote, et ſtatuta mea obſeruatote, ambulando in iis: ego ſum Jehova DEVS veſter. Si obſeruabitis ſtatuta mea, et iudicia mea: homo, qui fecerit ea, viuet in eis. Ego ſum Iehoua.*

bg) Haeccine vero legis diuinae et religionis calumnia eſt? Studioque inſanit, qui ad errores, imo ad flagitia ſua tegen-

5. Auguſtinus ipſe hic videtur concedere, tanquam per Scripturam quoque conceſſum, fas eſſe ſemper, cauere quodcunque malum, praeſertim graue, turpe, extremum, mortiferum, morte intolerabilius; eoque carere. bh) Aſt malum eiusmodi ſaepe aliter cauere non poſſunt homines, eoque carere, quam per mortem voluntariam: ergo vel fas quoque per Script. ipſam ſponte mori quandoque: nempe dum ad cauendum, quod dictum fuit malum, eoque carendum, neceſſe eſt: vel falſum eſt quod modo conceſſum fuit, tanquam verum certumque. Sed de hac re pluribus infra.

Ceterum Auguſtinus hic fruſtra triſtiſſimum illud lucubrationis ſuae telum ſtringens, obducit denuo praeceptum, Non occides; et coniungit ac confert huic, Non dices falſum teſtimonium. Praeter ea enim quae ſuperius contra violentam hanc, nullaque ratione, nedum autoritate librorum Canonicorum ſuffultam interpretationem allata ſunt: inprimis autem ſi verba, Non cides, ſignificant aliud quam quod vetitum eſt lege naturae, et ſenſu ac conſenſu omnium populorum, etiam Iudaeo-

tegenda, veritatem, naturae legem, ipſaque diuina praecepta, quouis modo peruertere, atque adeo, ſi fieri poſſet, infringere penitus non veretur.

bh) Imo non conceſſum modo, verum etiam neceſſarium homini, vt quoscunque; quantum quidem fieri poteſt, ab ſe propelleret calamitates et iniurias. Sed noli credere, ad hoc voluntariam mortem requiri, quae calamitatum et iniuriarum certe omnium eſt longe maxima, tantoque maior, ſi quis ea ſemetipſum afficere non erubeſcit. Miſerorum oportet eum eſſe miſerrimum, qui ipſa morte miſeriam adaugere inſtituit ita, vt ſalutis et recreationis remedia nulla ſuperſint.

Iudaeorum et Chriſtianorum veterum: bi) nempe non occides temere, ſine iuſta et neceſſaria cauſa: bk) praeceptum illud tanquam nouum et ſingulare ſolum Auguſtinum et qui eiusdem ſunt opinionis ligat: non ex ſe quidem, ſed ob hanc ipſam animo praeſumptam opinionem. Quia enim hi ſibi contra omnes peruicaciter perſuaſerunt et perſuadent, vetitum a DEO ex quacunque cauſa: iuſta etiam ac neceſſaria, ſponte mori: ergo id ipſis ſolis nefas eſt. bl) Aliis v. omnibus fas; idque vel ideo quia, vt paulo ante dictum et ab Auguſtino conceſſum, fas eſt ſemper iuxta Script. quoque et legem diuinam cauere mala, vtique quae morte ſunt gra-

bi) Atqui ſatis clare et fuſe iam, cum ipſo Auguſtino, praecepti huius diuini ſententiam oſtendimus: vt partis aduerſae calumniis nullum plane videatur ſupereſſe refugium.

bk) Concedamus vero, occidendum eſſe neminem temere, et ſine iuſta vel neceſſaria cauſſa. Vt magiſtratus non peccat, qui homicidas aliosue maleficos, cauſſa cognita, capitis damnat, et carnificis manu occidendos curat. Miles non peccat, qui iuſto bello, hoſtem occidit. Violenta manu adactus vt vi vim repelleret, moderamine ſeruato inculpatae tutelae, ſi aggreſſorem occidit, non peccat. Cauſſa vero plane nulla, nedum aliqua neceſſitas eſt voluntariae mortis. Contra hominis adeo deſperantis ac ſemet occidentis iniuſtitia et longe maxima temeritas poenam ac ſceleris turpitudinem auget.

bl) Haec mira cauillatio, nulla reſponſione digna, hominis, neque diuinas, neque humanas leges reſpicientis, ſummam peruicaciam, et rationis defectum prodit. Nihil autem philoſophus mihi ſapere videtur, qui ſibi non ſapit.

grauiora. atque vel hoc ipſo ſubuertitur etiam opinio et interpretatio Auguſtini, tanquam non rationi modo, inſtinctui et legi naturae, inſtitutis, factis et exemplis omnium populorum; ſed DEO quoque ipſi et Scripturae contraria. bm) Praeter haec v. Coqueus ad alleg. Cap. reiicit comparationem Auguſtinianam, et ex communi aliorum ſententia ait longe aliam et diſparem eſſe vitae atque famae rationem. bn) Poſſe enim hominem

bm) Saepius haec repetita, et ſufficientibus argumentis refutata, eſt auctoris peſſima hypotheſis: quam ipſi et omnibus Stoicis quam lubentiſſime relinquimus.

bn) Recte Leonnardus Coqueus ad Auguſt. de ciuitate DEI l. 1. c. 20. p. m. 75. ſeq. *Quod dicit D. Auguſtinus in praecepto, quo quis prohibetur ferre falſum teſtimonium aduerſus proximum, prohiberi etiam, ne quis aduerſus ſeipſum falſum dicat teſtimonium, et vtrumque prohiberi, ſicut prohibetur occiſio tum alterius, tum ſui ipſius. Non id ita intelligendum eſt, quod vtrinque eadem ſit ratio peccati; et quod quemadmodum eſt mortale peccatum ſe ipſum occidere, quemadmodum et proximum, imo et grauius, quod non ſit vitae ſuae dominus, vt nec vitae proximi: ita peccatum ſit mortale, non minus falſum de ſe, quam de proximo crimen fateri: cum aliquis ſit famae propriae dominus, non autem famae proximi.* etc. Vitam ſoli DEO, eiusque ſingulari gratiae, referimus acceptam. Nominis fama ab actionibus noſtris dependet, ſaltem dependere debet. Et conſcia mens recti, famae mendacia ridet. Ergo et noſtrum nunc ea de re differentem audiamus. Ante omnia probe notandum, nihil aliud eſſe famam, quam populi de noſtris actionibus iudicium, aut multitudinis quoddam de nobis teſtimonium, et illud profecto non contemnendum, ſi verum et iuſtum, non mendax aut liuidum: vt rebus noſtris, quoquo ſe habeant modo,

nem acquirere ſibi famam, ſicut diuitias, ideoque etiam poſſe prodigere: itaque eſſe dominum famae ſuae non vitae. Hic relicto tantiſper Auguſtino, vtpote nec theologis hic probato, examinemus obiter

Dominium illud famae et diuitiarum, non v. vitae.

Praetereo nunc, nec iſta reperiri in Script. Canon., b o) et confiteor DEVM eſſe dominum vitae, ſed non ſolius, ſed famae etiam ac diuitiarum, ſed omnium denique

do, prout obiecto ſuo ſpeculum, omnino reſpondere videatur. Sic ſane magni facienda eſt fama, quae diuitiis omnibus praeſtantior, atque cum hominis vita pari paſſu ambulat. Virtutis comes eſt gloria: et recte dicitur quisque, vbi vbi verſatur, famae et fortunae ſuae eſſe faber. Ecquis eam negabit ab hominum actionibus, vitiis aut virtutibus, venire, et homines ipſos ad res bene gerendas excitare? Negligere enim, quid de ſe quisque ſentiat, aut loquatur, non ſolum arrogantis, verum etiam omnino diſſoluti eſſe, a Cicerone docemur, de officiis lib. 1. c. 28. Ac Demipho, apud Terent. Phorm. A. 4. S. 5. v. 12. notanter inquit: *Non ſat, tuum te officium feciſſe, ſi non id fama approbat.*

b o) Omnino. Hinc enim vbique ad exercitium virtutis excitamur, vt bonam inde nobis conciliemus famam. Haec noſtras comitatur actiones, atque adeo a nobiſmetipſis repetenda videtur. Ad Philippenſes IIII. 8. Apoſtolus ſcribit: *Quaecunque ſunt vera, quaecunque honeſta, quaecunque iuſta, quaecunque pura, quaecunque amabilia, quaecunque bonae famae ſi qua virtus, et ſi qua laus eſt, haec reputate.* Nuſquam a nobis requiritur vita, quae a DEO eſt, vbique vero bene ac laudabiliter inſtituendae vitae ratio exigitur illa, quae ſtudii et arbitrii eſt noſtri, quamque bona fama ſequitur.

Digitized by Google

que rerum. Vtique enim omnia ſunt DEI. bp) Dominium v. iſtud vniuerſum ac ſupremum DEI, auferentis quod dedit, quandocunque voluerit, nihil officit peculiari dominio noſtro, quo, dum ſuadet ratio, et cogit neceſſitas, abalienamus ea praeſertim quae ſunt noxia et pernicioſa. Vel an negas quidquam eſſe noſtrum quod ab aliis, et a DEO accepimus? Ad rerum v. qualitatem, non ad dominium earum in ſe ſpectat, quod tales ſint, vt nec parari, nec reparari poſſint. Etiam pauci poſſunt ſibi diuitias, ſaltem maiores, et famam clariorem parare: longe pauciores poſſunt famam et opes ſemel perditas ac dilapidatas recuperare. bq) Ad haec plerique omnes, praeſertim generoſiores, et molliori

K 2

bp) Vtique DEVS, rex regum et dominus dominantium, vt coelorum coelos, hanc terram, et omnia conſilio et potentia ſua produxit, in ſua manu quoque habet omnia, et quo vult, facillime dirigere poteſt. Quod nemo certe negabit, qui DEVM eſſe ex eius ſtupendis operibus cognouit.

bq) Ita ſane vt prudentibus et probis adminiſtratoribus ab ſummo numine data ſunt plurima, quibus vti, minime vero abuti, vel in dedecus noſtrum conuertere debemus: vti primorum par hominum, cuius dominio hortus Edenis erat traditus, de fructu omnium arborum edere poterat: contra mandatum vero diuinum comedens de arbore ſcientiae boni et mali, calamitatem ſibi ac poſteris ad extremam vſque miſeriam atque mortem certiſſimam accerſiuit. Geneſ. II. 16. Porro ea eſt beneficiorum diuinorum natura, vt quae nobis adminiſtranda ſunt tradita, non ſtudio vel dominio noſtro, parari aut reparari queant. Tantoque magis culpandi ſunt omnes, qui, quod coeleſti bonitate gratiaque ſingulari acceperunt, peruicaci et ingrato animo profundunt.

Digitized by Google

liori vitae aſſueti, malunt vitam, quam famam et opes neceſſarias perdere, neque id male, quoad famam: quae poterit eſſe immortalis fere, dum vita, quantacunque ſit, breuis eſt et incerta. Quem etiam vtcunque bonum et honeſtum virum iuuat viuere infamem? b r) Ceterum an negas quoque licere feram, bouem, ouem interficere; quia Pſ.49. diſerte dicitur: Meae ſunt omnes ferae ſiluarum, iumenta in montibus et boues? Sed DEVS, inquis, id permiſit, eamque poteſtatem dedit. Nihilominus DEVS non exuit ſe dominio. Itaque

br) De generoſis longe alia nobis opinio ſedet. Rem ſibi, molliori vitae aſſueti, habeant ſuam. Diuitiis virtus ſemper fuit potior. Neceſſaria vitae ſubſidia nuſquam fuerunt, vel egentiſſimo, negata. Per tot ambages tandem noſter ad famam vitamque redit; vt hominis in vtramque dominium, vel ſibi potius, nefaria nece peracta, vindicaret triumphum. De fama iam ſatis dictum. Non poſſunt mali bene audire, niſi apud malos. Bonis vero tantum bonis etiam probari ſufficit: quemadmodum laudis cupidiſſimo Ciceroni ad diuerſos l. 5. epiſt. 12. n. 25. valde placuit Hector ille Naeuianus, qui non tantum *laudari* ſe laetatur, ſed etiam addit, *a laudato viro.* Quamuis et Chryſippus, et Diogenes, de bona fama dixerint, ne digitum quidem eius cauſſa porrigendum eſſe, detracta vtilitate: ſapienter monet, de finibus bonorum et malorum l. 3. c. 17. bonam famam propter ſe praepoſitam et ſumendam eſſe, hominesque ingenuos et liberaliter educatos velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris, idque propter rem ipſam, non propter vſum. Inebriat homines aliquando gloria, vel gloriae fumus: neminem fore tamen puto tam fatuum, vt opibus amiſſis et vitae commodis, aut perdita meliori fama, ſuam ipſe velit perdere vitam, atque adeo poſt fata ſibi etiam facere infamiam.

Digitized by Google

que 1. poteſtas humana occidendi poteſt conſiſtere cum dominio DEI. bs) 2. Si permiſſio et poteſtas, quam dicis, non reperiretur conceſſa in Script.; an ideo nefas feram interficere, et qui faceret, eſſet impius et violati dominii diuini reus? Et quid ante Scripturam? quid poſt? cum pauciſſimi potuerint legere, pauci legerint Scripturam, atque per eam nouerint ſibi datam a DEO illam poteſtatem. bt) Hic obiter obſerua quoque, quomodo ii qui ſolent alios verbis Scripturae; et ſpecie fidei, religionis ac pietatis capere, ipſi ſua velut indagine et arte circumuenti, et crudeliter interfecti fuerint; atque id obtentu dominii diuini. bv) Bernabo

 Vice-

bs) Sed, obſecro, quae differentia eſt, inter animalia bruta, ad hominis vitam ſuſtinendam, ipſius creatoris ac Domini mandato, mactanda, et hominem, qui prae ſe fert imaginem DEI, vt contra naturam, et numinis aeterni ordinationem, ſemetipſum interimere non vereatur. Ad vſum beſtiae mactantur ab aliis reluctantes: et homo ſine vſu, ad ſummum dedecus et irreparabile damnum, prohibentibus aliis enecaret ſeſe.

bt) Ah! homo, homo, ſi verbum deſpicis diuinum, quae te dementia cepit! Ratione ipſa et viuendi ratione ſic certe miſerrime deſtitutus in exitium rues. Veriſſime priori ad Corinthios VI. 19. *An ignoratis, corpus veſtrum eſſe templum Spiritus Sancti, qui habitat in vobis, quem accepiſtis a DEO; neque vos eſſe veſtri iuris? - Glorificate igitur DEVM in corpore veſtro, et in ſpiritu veſtro, quae ſunt DEI.* 1 Corinth. III. 22. *Omnia veſtra ſunt: vos autem Chriſti, Chriſtus vero DEI.*

bv) DEO fidens eiusque verbo, perpeti omnia, quam ſtudio inſanire et furere in mea viſcera mallem. Pſ. CXIX. 1. *Beati, qui ambulant in lege Iehovae: et beati cuſtodientes eius teſtimonia, ex animo ac integerrime quaerentes eum.*

Digitized by Google

Vicecomes Mediolan., ſi quis ruſticorum leporem, capream, aprum, aut aliud ferarum genus inſectatus convincebatur, oculos ei effodiebat, facultates confiſcabat. Adeunt eum duo monachi, libereque et grauiter corripiunt. Ille v. ſciſcitatus, an lepus a venatore ruſtico captus eius eſſet; cum affirmantes accepiſſet, ore renidens, Non ergo DEI? inquit: protinusque vt impietatis manifeſtos cremari viuos iuſſit. bx) An nunc quoque negaueris vere a Tullio dictum, iniurias ſaepe exiſtere calumnia, ſiue preſſiore verborum interpretatione? by) Porro Bion apud Sen. 7. de Benef. c. 7. modo omnes ſacrilegos eſſe argumentis colligit, modo neminem. Cum enim omnes de ſaxo deiecturus eſt, dicit: Quisquis id quod deorum eſt ſuſtulit et conſumſit, atque in vſum ſuum vertit, ſacrilegus eſt: omnia enim deorum ſunt.

Praeterea, quamuis ex ſe et ex ſuperioribus euidens ſit, quaero adhuc, ſumne dominus corporis mei, annon.

bx) Ecquid poterunt tyranni probare facinora? Quid impiorum ſcommata, qui ſatis quidem profane dictis ſacrae ſcripturae abutuntur? Noli putare, vſum propterea tolli: et bonos ſapientesque in eundem cenſum venire cum malis atque ſtultis. Dauidem audiamus rurſum Pſalm. I. 5. *Beatus, qui non ambulat in conſilio improborum, et viae peccatorum non inſiſtit, neque deſidet in conſeſſu deriſorum: ſed cuius oblectatio eſt in lege Iehouae, ac interdiu noctuque de ea meditatur.*

by) Qua de re plane non dubitandum. Ecquis vero eam religionis calumniam probare poterit. Equidem id genus hominum et cauillatores, vt profanum vulgus, odi et arceo.

Digitized by Google

annon. bz) Si non ſum ; ergo, vt alia cuncta taceam, non licebit mihi, etiamſi vltima neceſſitas cogat, amputare, aut amputandum praebere vllum membrum. ca) Id v. ſaepius fit et factum eſt: neque vllus ideo peccaſſe, aut in rem non ſuam dominium ſibi arrogaſſe dicitur dictusque eſt. cb) Hic recole etiam ſuperius dicta de Sanctis illis, qui paene crudeliter corpora ſua tractaſſe et afflixiſſe traduntur. cc) Si v. ſum dominus corporis mei, partiumque et membrorum eius; ſum etiam capitis, cordis, ſanguinis, ideoque et vitae. Igitur ſicut ſanguinem corruptum, aut exundantem emittere et minuere mihi licet vtique; ita ſi ingens neceſſitas

bz) Dominus eſt, qui nos creauit atque conſeruat, coeleſtis pater. Huic viuimus atque morimur, omnesque actiones ad illius Domini noſtri honorem et gloriam conuertere debemus.

ca) Licet omnino, ad conſeruandum, non ad perdendum aut mutilandum, corpus: cuius et alendi, et ornandi curam natura ipſa nobis indidit.

cb) Dominium in nos non eminens, ſed vtile habemus, et illud, cuius Domino et Regi noſtro rationem reddere debemus. Neque adeo deſipere quemquam puto, vt ipſe nocere ſibi, affligere ſemet, ac doloribus cumulare velit. Quod quis ad conſeruationem vitae ac ſalutis agit: diuinitus ipſi datum, vt ſumma annuente Numinis poteſtate, ſua poſſit promouere commoda. Sic emolumentum quisque ſuum, non exitium, aut irreparabile damnum quaerit. Qui perfide et arroganter non veretur vim ſibimetipſi inferre, ſummi iudicis et rerum vnius arbitri vindicem fortemque ſentiet manum.

cc) Male. Eoque ipſo maiorem prodiderunt ſuperſtitionem, quam ſanctitatem: et bona iactitarunt opera, quae laudari non poſſunt.

Digitized by Google

tas exigit, licebit etiam facere patique vt omnis effluat. c d) Vel vbi extat praeceptum diuinum, quod diſtincte alterum permittit, aut praecipit; alterum vetat? c e) Adde quod dominus, et id cuius quis dicitur eſſe dominus, ſunt res diſtinctae ac ſeparatae: dominus v. et eius vita ſunt eadem res. Dum enim dicis dominum

c d) Nequaquam. Mihi puerum quidem meum, vt emendetur, caſtigare et verberare, ſed non occidere licet. Qui enim ius vitae ac necis non habet, illud exercere nequit. Vt viuerem atque valerem, vrgente neceſſitate, ſanguinem ego quidem mittere poſſum; omnem vero, vt viuere deſinam, profundere non licet, vel alio alioque modo, vt anima emigraret, in mea viſcera ſaeuire.

c e) Hominis iniquitatem vide, praeceptum poſtulantis, quo venae ſectio, recens medicaſtrorum inuentum, et corporis afflictio permittatur ſimul atque mors voluntaria prohibeatur, quaſi legum ferendarum ſummo legislatori modus et ratio praeſcribi poſſit. Ἀυτοχειρίαν eſſe prohibitam, ipſa niſi velimus caecutire veritatis luce, iam vidimus. Prudenter et reliqua ſunt ponderanda. Matth. XIX. 11. *Sunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrarunt propter regnum coelorum, qui poteſt capere, capiat.* Eſt vero illud caſtrare nihil aliud, quam a rebus Venereis abſtinere, vt cultui diuino ſe conſecrarent, ac ſi partibus illis carerent, quibus ſunt viri. Atque etiam ita manus, aut pedis amputatio, et oculorum priuatio intelligenda eſt. Matth. V. 29. XVIII. 8. 9. Corpora noſtra membra ſunt Chriſti. 1 Corinth. VI. 15. Et vbi corporis exercitatio commendatur, Coloſſ. II. 23. 1 Timoth. IV. 8. non illa eſt immodica et ſuperſtitioſa, aut impia, quae ipſas naturae leges impugnat, ſed tamen rigida et carni domandae vtilis victus ratio. Corporis ita debemus habere curam alendo et fouendo, vt viuere poſſit atque vigere, nec tamen luxuriare incipiat.

num, dicis etiam vitam eius: loqueris enim de domino viuente. Vides ergo te lepide hic nugari tantum, aut improprie loqui: nihilominus eiusmodi locutioni, tanquam fundamento, firmiſſimum ac ſolidiſſimum argumentum, quod turpiſſimam quoque, miſerrimam et periculoſiſſimam vitam conſeruare cogat, videris tibi imponere. cf) Itaque neſcio denuo, quo iure ſolis fere illis qui fidem, Scripturam et libros Canon. praetexunt, nugari et ineptire liceat; idque tanta auctoritate et felicitate, vt ineptiae eorum partim tanquam oracula diuina, partim tanquam axiomata quaedam apud multos valeant. O igitur praeiudicium autoritatis, praeſertim ſuperſtitione circumdatae, quantum tu es malum! Tu nos facis paene pecudes, et quandoque deteriores. Ob te a natura, ratione et ſenſu communi deficimus. Ob te quibusuis opinionibus, nugis et ineptiis hominum obnoxii ſumus. Ob te ſtultitia, aut ſimplicitas et crudelitas aliquorum ſaepe vertit in furorem, et in aliorum perniciem: dum hos et omnes nobis

cf) Lepidiſſime vero hic diſputat contra ſemetipſum. Si dominus ipſe, et cui dominatur, non poteſt vna eademque eſſe perſona, liquido ſequitur, quod homo ſui ipſius non poſſit eſſe dominus, tantoque minus in ſemetipſum ius vitae ac necis habere. Sed anima, quam in ſtatum meliorem educere volunt illi ſcilicet philoſophi, perſuadere ſibi conatur, corpus, quod inhabitare debuit, ſub poteſtate ſua eſſe, vt rupto, quo iucundiſſime illi iungatur, vinculo, miſerrimum proſternere aut lacerare, ſemet vero libera exutansque ad coeleſtem felicitatem euehere poſſit. Vitam viuere nunquam debemus turpem, ſiue delicta vitiaque cumulare; nec fugere miſeriam, quae mortalium vbique communis eſt omnium. Certe mortis voluntariae ſufficiens cauſa

nobis ſimiles, nec plus videre ac ſapere volumus. Ob te turpiſſime et miſerrime viuere perſeueramus. cg)

Sed rurſus non ſit homo dominus vitae: ergo haec et omnia, vtpote quae non niſi per vitam, et propter eam poſſidet, ſunt aliena. ch) Nemo autem aliena, quae-

ſa nunquam eſſe poteſt. Diuinitus quippe nobis impoſita, vt mutari aut auerti nequeat, forti et conſtanti animo ferenda: vt nos non ad deſperationem et exitium, ſed multo magis ad emendationem, atque maiora, miſſis prioribus delictis, commoda vitae ſentiamus traducere.

cg) Fidem omnino praeſtare debemus Chriſto deuoti, et ſacram ſcripturam, quae nobis tutiſſimam oſtendit rerum gerendarum normam, lubentiſſime amplecti: vt eius auctoritate ſemper et vbique ſtaremus pugnantes aduerſus malorum nugas et ineptias, nobiſmet vero ipſis quam rectiſſime conſuleremus. Hinc noſtram nobis gratulamur felicitatem, quam in Chriſtum fide, conſtantia, et obſequio tenemus, a fallacibus praeiudiciis et ſuperſtitione liberrimi. Superfluam ergo et ineptiſſimam ridemus auctoris querelam, quod adeo ſaniorum quaſi diuinis oraculis et axiomatibus urgeatur. Vnde maximum ominatur malum. In pecudes conuertuntur, qui legum diuinarum immemores affectuum ſuorum procellis ſuccumbunt: illis vero etiam deteriores fieri neceſſe eſt, qui ſemet enecantes ſponte in exitium ruunt, naturae aduerſantur, humanitatem exuunt, rationem abiiciunt, neque ſenſu communi afficiuntur. Qui ſacra ſcriptura loquentem ſapientiam non audiunt, prauorum atque delirantium nugis et ineptiis delectantur, ſuaque ſtultitia vel credulitate in furorem acti perniciem ſtruunt, turpiter viuunt ac miſerrime obeunt: vt ſortem id genus hominum non ſatis deplorare poſſimus.

ch) Non ſequitur. Quamuis enim homo non ſit dominus et arbiter vitae, illam ipſi tamen dedit Numen ſupremum ad ſalutem probe et ſanctiſſime cuſtodiendam, vt coe-

Digitized by Google

quaecunque et qualiacunque ſint, inuitus, et praeſertim cum ingenti damno ac tormento ſuo, conſeruare tuerique cogitur: ci) atque ſi is quidem ſit dominus, qui ſua facile ipſe, ſi velit, tueri poſſit. Si nolit ipſe; etiam ego: vt bene mihi cum domino conuenit. Idem enim volumus et nolumus. ck) Deinde reputans mecum

coeleſtis domini, creatoris, et ſeruatoris ſui gloriam ſummis laudibus euehere, ſuaque commoda prudentiſſime et quouis modo promouere ſtudeat. Vitam ergo velut propriam, non alienam, Numinis aeterni gratia et beneficio incomparabili acceptam, grato et obſequenti animo, quoad Datori placuerit, non negligere, ſed cura ſingulari fouere et conſeruare debet, ſemetipſum vero per vitam ad futurae felicitatis olim et percipiendae vſuram ea, qua decet, prouidentia praeparare.

ci) Quae vero ſolicitudini ac fidei noſtrae a domino ſunt commiſſa, in cuius manu et poteſtate ſumus: illa minime gentium relinquere aut abiicere poſſumus. Ecquis ſibi dixerit a miſericorde et benefico domino vitam, inaeſtimabile et irreparabile bonum, ingenti damno vel tormento eſſe datam, vt pro lubitu et impune ſemetipſum enecare velit ac poſſit? Beneficia, fateor, nemini ſunt obtrudenda renitenti: homo vero a potentiſſimo et ſapientiſſimo domino ad id factus, vt viuat, viuensque omnibus beneficiis cumuletur: quod qui ſpernit et ipſi Numinis, creatoris et conſeruatoris ſui, conſilio et liberalitati refragatur, eoque impudentiae et ferocitatis procedit, vt miſeriarum et viciſſitudinum humanarum impatiens, cum vita et corpore ipſo, diuina beneficia negligat vel abiiciat: eum profecto nefarium paricidam et rebellem eſſe oportet.

ck) Haec inepta ſane repetitio principii, vt ſibimetipſi dominium arroget, vnamque aſſeueret eſſe perſonam domini et paricidae. Vtinam eandem ſemper eſſe noſtram atque coeleſtis domini voluntatem: noſtra ſic nunquam

cum quomodo vitam acceperim, propiores inuenio cauſas, auos; et proximas, parentes. cl) Adiice quod vita, ſiue propria, ſiue aliena, data vel impacta eſt neſcientibus. cm) Demum tota argumentatio eſt futilis, et ſibi potius contraria: Non ſumus domini vitae, ergo non licet eam deſerere. Imo vel eam praeciſe ob cauſam licet. Quid mihi cum re aliena, eaque incerta, et ex ſe paulo poſt deſitura? quid mihi cum illa in ingenti neceſſitate? cn) Sed DEVS iuſſit, inquis. Dic, ubi? Deinde

adeo cumularemus peccata. Sic certe magiſter nos orare docuit: *fiat voluntas tua, quemadmodum in coelo, ita etiam in terra. - Tuum eſt regnum, et potentia, et gloria in ſeculorum ſecula.* Matth. VI. 10. 13.

cl) Haec vero inſtrumenta ſunt in manu domini et artificis ſummi: ſine cuius efficaci potentia et ſapienti conſilio nihil poſſunt.

cm) Vnde multo magis elucet, non nos noſtraque nobis ſed omnipotenti et benefico Domino referre accepta: quo iubente, cum nihil eſſemus, homines facti, vt creatoris manifeſtetur longe maxima gloria, in huius mundi ſcenam prodire tandem potuimus, nec inde, niſi iubente Domino, pro lubitu atque adeo rebellantes decedere debemus. Hinc acerbiſſimae ſummi iudicis querelae Eſaiae I. 2. *filios educaui et extuli, ipſi autem deficientes rebellauerunt in me. Agnoſcit bos poſſeſſorem ſuum, et aſinus praeſepe domini ſui: Iſrael non agnoſcit, populus meus non animaduertit.*

cn) Argumentum vero illud quam maxime ſtringit. Quod in noſtra poteſtate non eſt, de eo pro lubitu diſponere nequimus. Vita nobis diuinitus impertita in poteſtate noſtra non eſt. Ergo. Ad effugia, luſum in verbis quaerit, et fallitur egregie, non fallit. Quod diuino beneficio, ea lege nobis datum, vt ſancte ſeruetur et cuſtodiatur, noſtrum,

Digitized by Google

Deinde aberras a dominio, de quo nunc agitur; non de iuſſione.

Denuo non ſit homo dominus vitae ſuae: ſed nec, imo multo minus alienae. Attamen haec ſaepe ob iuſtas, honeſtas et neceſſarias cauſas eripitur, nequicquam obſtante friuola illa dominii deficientis ratione, aut cauillatione.

Hinc quoque reiicies et comparationem Auguſtini inter praecepta, Non occides, et Non dices falſum; et diſtinctionem theologorum, ac ſi eſſemus domini famae aliarumque rerum quas parare poſſumus, non autem domini vitae. co) Nam etiamſi eſſet verum, licet tamen aliquando alios ſaltem occidere; nunquam vero falſum contra eos teſtimonium dicere. Saepe enim datur iuſta et neceſſaria cauſa occidendi; nunquam v. mentiendi, ſenſu vero verborum praecepti, nec contra alium,

L 3 nec

noſtrum, non alienum eſt, ac relinqui ſine ſcelere nefario nequit. Vita nobis ea lege, vel maxime naturali, ac diuino beneficio data eſt. Ergo noſtra, non aliena, eſt, neque ſine ſcelere nefario relinqui poteſt. De lege noli quaerere, quam ſecum natam animo et praecordiis quisque ſentit. Finge, dominum feudi, ea lege tibi ſubiecto ciui caſtellum aut fundum tradere, vt commodorum et fructuum vſu, aduerſus quoscunque hoſtium impetus, fortiter et maſcule defendas. Si, periculis imminentibus, feudum dicas non eſſe tuum, ſed alienum, ac perfide relinquas: dic, quaeſo, nonne ingratus atque rebellionis eſſes reus, etiamſi ſponte illud perdas beneficium tuum? Si ſtationem quamcunque imperator committit vel aſſignat militi: ingruentibus vero calamitatibus ille deſerit, an quocunque modo excuſandus, quin capite plectatur?

co) De eo ſupra iam ſatis dictum.

nec contra ſeipſum. cp) Tanti enim non eſt vita. cq) Egregie Sen. ep. 65. Nunquam me caro iſta compellet ad metum, nunquam ad indignam bono ſimulationem, nunquam in honorem huius corpuſculi mentiar. Cum viſum fuerit, diſtraham cum illo ſocietatem. Et Epict. Ad omnia ianuam pateſieri oportet. Sic nobis nulla exhibebitur moleſtia. Nec neceſſitas incumbet faciendi quidquam contra fidem et veritatem. cr) Cete-

cp) Illud vero ad hanc cauſſam non pertinet, vt aliquo mors voluntaria defendatur modo. Nuſquam vlli mortalium, ne ſummo quidem magiſtratui, licet occidere inſontem. Nec falſum dici poteſt teſtimonium, niſi aduerſus inſontem. Merito qui capitis damnatus, etiam iuſte necatur. Et qui ſceleſti hominis turpitudinem indicat, verum loquitur, nec falſi poteſt argui teſtimonii. Quod cuique haud difficulter patebit.

cq) Vtique vita, quae irreparabilis, maximi facienda: cuius itaque, ceu longe maximum, beneficum filiis obedientibus promiſſum. Exodi XX. 12. Vt viuere quis vere poſſit, ſeruanda mandata. Matth. XIX. 17.

cr) Monita iam non attendimus Stoicorum, vtpote quorum triſte vulgo notiſſimum eſt de morte voluntaria decretum. Ad Senecam quidem quod attinet, ille morum doctor bonus, in aula tamen Caeſarea minus profuit exemplo ſuo. Nihil magis metuit, quam imperatoris indignationem, ſimulator fuit turpiſſimus, atque, vt ſuas cumularet diuitias, mentitus eſt ſaepe. Diſſimulare voluit arctiſſimam cum corpore ſocietatem, atque vt ambitioni ſatisfaceret minus honeſtae, etiam meliorum libros ſupprimere ſtuduit. Tandem Neronis potius, quam ſuo ſcelere, tamen perire voluit. Epictetus, qui maximo cum applauſu docuit, ſi moleſtiae vitam poſtpoſuerit, iniquiſſimo Domitiani edicto, Roma Nicopolin in Epirum non ſeceſſiſſet, placidam a DEO mortem exſpectans. Maxima paupertate vixit,

Ceterum melius vtique clariusue diceretur cum Socrate et philoſophis nonnullis in hanc ſententiam, eſſe nos DEI ſeruos, atque in eius cuſtodia: ſeruis a. non licere ſe interficere. cs) Aſt ſi placet et valet iſta comparatio, neceſſe eſt negare quoque, quemquam eſſe vllius rei quam habere et poſſidere dicitur, dominum. Neque enim corpus tantum et vita ſerui, ſed omnia, et cetera quidem magis, ſunt domini. ct) Sed nec ſer-

uo

vixit, et quamuis naturae vix neceſſaria obtineret, miſerrime dormiens humi iaceret, ſuoque detrito palliolo tegeretur, ſibi tamen ſufficere viſus eſt, neque alias deſiderare diuitias. Atque etiam, ſi ipſe ſuum ἀνέχου καὶ ἀπέχου, ſuſtine et abſtine, quod puto, voluit obſeruare, in orbe nullam plane mortis voluntariae cauſſam inuenit. Et hoc eius mihi ſemper fuit egregium, quod enchiridii cap. 38. legimus: *religionis erga Deos immortales praecipuum illud eſſe ſcito, rectas de eis habere opiniones: vt ſentias, et eſſe eos, et bene iuſteque adminiſtrare vniuerſa: parendum eſſe eis: et omnibus iis, quae fiant, acquieſcendum: et ſequenda vltro, vt quae a mente praeſtantiſſima regantur. Sic enim nec incuſabis eos vnquam, nec ab eis negligi te conquereris.*

cs) Optime. Seruorum autem eſt ſeruire et obedire domino. Ad hoc per Chriſtum, ſeruatorem noſtrum e manu inimicorum, ſiue diabolorum, ſumus liberati, vt ſeruiamus ipſi. Luc. I. 74. Quis autem ſeruus fidelis et prudens? Qui ſuo fungitur officio, vt, ſi dominus venerit improuiſo, ſedulo reperiat facere opus ſuum. Ad hoc enim creati, et ſua quisque ſtatione, poſiti ſumus. Matth. XXIV. 45. ſeqq. Qui domino ipſi aduerſatur, nequam eſt homo, et recte ſeruire deſinit.

ct) Ita ſe res omnino habet. Nos noſtraque omnia, quae poſſidemus, et quibus fruimur, Domino coeleſti referimus

rimus

Digitized by Google

uo aufugere licet: nobis vero per aduerſarios ipſos conceditur fuga. Sed non fugimus, inquis, DEVM, vel ab eo. Imo nec per mortem voluntariam: ſed neque perimus DEO, cui omnes et omnia viuere quodammodo dicuntur. cv) Ad haec ſeruitus DEI toto, quod dicitur, coelo diſtat a ſeruitute hominum. Qui enim proprie et ſpeciatim ſunt ſerui DEI, iidem ſunt et filii et amici, et domini, iique liberrimi, imo ſunt reges. Nam ſeruire DEO, regnare eſt: vel, vt bene Seneca, In regno nati ſumus: ſeruire DEO libertas eſt. Itaque omnia ſeruis DEI, ſaltem per DEVM ipſum, licent, niſi peccare. Id autem eſt agere contra legem aliquam, vel praeceptum diu. Hoc v. non extat; ſed ſuperſtitio, ſed opinio noua, ſed falſa interpretatio humana. cx) Alias quoque dicitur melior eſſe conditio poſſiden-

rimus accepta: et impendere debemus ita, vt ſummo iudici ac benefico ſeruatori noſtro, tanquam fideles ſerui, rationes reddere poſſimus. Matth. XXV. 14. ſeqq.

cv) Qui ſemet interimere non veretur, omnino ſimilis eſt ſeruo fugitiuo, qui ſemet obſequio ac diuinae ordinationi ſubtrahere, et ſeruitutis impatiens, velut rebellis, dominium ipſi arrogare ſtudet. Effugere licet, imo debemus, ſi fieri poteſt, tyrannorum nos perſequentium crudelitatem. Peruicaces iudicia diuina vbique manent: viderint autem, qua deducantur, enecantes ſeſe. Dum ergo Rex Dauid Pſalmo CXXXIX. 7. ſeqq. alloquitur: *Quo irem a Spiritu tuo? aut quo a facie tua fugerem? Si ſcanderem in coelos, illic es: ſi ponerem in ſepulcbro ſtratum, ecce ades: ſi alas ſumerem aurorae, habiturus in maris extremitate, illuc etiam tua manus me deduceret, tuaque me deprehenderet dextra* etc.

cx) Serui, non negandum, ſunt etiam filii DEI, ſed qui Domini

Digitized by Google

ſidentis; neque quisquam iuſte, vt puto, certa poſſeſſione ſua eiicitur ob incertam et dubiam legem, nedum ob nouam et antiquis omnibus contrariam legis interpretationem. Itaque nec homo velut poſſeſſione libertatis et iuris naturalis finiendi vitam ſibi, ſaepe aliis quoque moleſtam ac perniciosſam. cy) Adiice quod malus et crudelis dominus vult ſupereſſe ſeruum, vt habeat quem diu vexet et torqueat: bonus, quia ſeruo eiuſque opera indiget. DEVS a. nec crudelis eſſe poteſt, nec ſeruis

Domini et Regis ſui quam deuotiſſime et ſubiectiſſime obtemperant voluntati, nihil prorſus arrogant ſibi, ſummaque patientia et conſtantia ſemet ſuaque omnia, quarumcunque calamitatum non habita ratione, in manus domini clementiſſimi commendant, qui ſatis opportuno tempore ex aerumnis vnumquemque glorioſius educere, corporis liberare vinculis animam atque ſatis mature ad coeleſtia gaudia transferre vult atque poteſt: vt noſtra in noſmetipſos ſaeuitia, et rebellione in dominum patremque coeleſtem non ſit opus.

cy) Optima profecto vitam poſſidentis conditio; contra vero peſſima eſt conditio eorum, qui vita, velut gratiſſima poſſeſſione, ſemetipſos priuare non dubitant. Huiusce turpitudinis admittendae, vitaeque pro lubitu finiendae libertatem homini cum iure naturali datam eſſe, noſter ſine vllo fundamento aut veritatis colore quodam, perperam et ſtolide ſibi perſuadet, mihi ceteriſque omnibus, quorum ſana in corpore ſano mens eſt, nunquam certe perſuadebit. Omnis ſic perit hominis grata, quae ſemper arbitrio ſubiecta diuino, libertas: vt miſerrimus ille non vereatur ſua ſponte, ad extremam vſque tyrannidem fieri mancipium diaboli. Ius naturae, niſi quod ſibi fingat peculiare, vt priuilegia dantur aliquando hominibus, inuertitur plane et

ſeruis ſuis indiget: neque hi vita ſua DEO prodeſſe, nec morte ſua nocere queunt. Igitur illis per DEVM legemque diuinam licet ſaluti ſuae prudenter conſulere, a tyrannisque ad DEVM ipſum confugiendo ſeſe in tutum deducere, furoremque hominum impiorum vitare. cz) Nunc videas etiam illinc officia dominorum. Vtique

expugnatur. Docet enim illud vitam aduerſus quoscunque impetus et calamitates defendere atque tueri: viuere ſemper docet naturae conuenienter, quae non vult triſtis et iniquioris ſui poſſeſſoris truculenta manu propelli.

cz) Vide, quibus cuniculis malae cauſſae iniquiſſimus defenſor procedat. Sed fucum, niſi male ſanis et imprudentibus, facere non poterit. Nihil nobis cum crudelibus dominis ſeruisque malis, quorum facinora, credo, et funeſtos exitus nemo probare, aut cum ſanctiſſima coeleſtis domini gubernatione, eiusque fidelium ſeruorum fatis componere vnquam auſus fuerit. Relatum non ſine horrore legimus de Maioracenſi quodam ciue et eius ſeruo, etiam Melchioris Iunii orationum Argentinenſium parte 5. p. 131. de ira. Seruum ille ſuum grauiſſime, leuem ob cauſſam, caecidit. Hic ira et vindictae cupiditate inflammatus, hero abſente, clauſit domum, et arctius vincta matre familias, eius tres filios in editiorem domus partem ſecum duxit, domini reditum exſpectans. Qui, cum aduentaret, ſeruo de culmine ſemet oſtendenti vehementer coepit minari. Duos iſte filios illico praecipites obuiam patri de tecto iecit. Perterritus et obſtupeſcens pater, de filio tertio ſolicitus, facti veniam ſeruo et libertatem promiſit Iſte vero, nihil, dixit, efficies: nares te tibi oportet praecidas, ſi tertium cupis ſeruare tuum. Accepit conditionem miſer. At, naſo iam mutilato, ſceleſtus et furioſus ille ſeruus tertium quoque et matrem e tecto deiecit. Quo facto, ſemetipſum praecipitem dedit, ne alias

Vtique omnium horum eſt, curam ſeruorum ſuorum habere, eos alere, tueri, vim, libidinem, iniurias et ſaeuitiam aliorum arcere. Quod ſi domini non faciant, ſi alimenta non praebeant, ſi alienae credulitati ac libidini

alias dare poenas cogeretur. Egregium ſcilicet vindiſtae ac voluntariae mortis exemplum, quod Zeno forſan obſtupuerit ipſe. Sed dominum noſter credit bonum eſſe Deum. Et eſſe qui negaret, anathema eſto. Seruis non indiget ſuis. Attamen, quos gratia ſingulari vult eſſe, et quos infinitis ab infantia cumulauit beneficiis: ad propagandam ſanctiſſimi nominis ſui gloriam, ſtatione cupit perſiſtere ſua, eiusque ſapientiſſimis non aduerſari conſiliis, aut mortem anteuertere, quam ſuae potentiae et eminenti dominio reſeruauit immittendam. Homunciones nos DEO prodeſſe aut nocere nullo modo poſſumus; nocere autem quam maxime nobiſmetipſis, dummodo non dubitamus voluntati praeceptisque diuinis refragari, aut noſtra illius ſummae ſapientiae et arbitrio ſaluberrimo praeferre deliria. Natura nos noſtra iubet exſpectare fata, idem oracula iubent diuina: et nos pro lubitu, contra naturam, ac Domini noſtri voluntatem, vellemus aliam procedendi vel agendi rationem inire? Sic ſane poſſumus ad exitium properare, non ad propoſitum vitae finem, qui ſalus et felicitas aeterna eſſe dicitur. Sic neque per DEVM, neque per legem diuinam, neque vlla ratione, licet nobis rumpere, quod DEVS et natura coniunxit. Sic non noſtrae conſulimus ſaluti, et peruicaciter et imprudentiſſime non veremur adſciſcere irreparable damnum. Sic non ad DEVM confugimus a tyrannis, neque nos in tutum deducimus a perſecutorum furore: ſed rebellantes, ac de diuina ope deſperantes, animo praefracto ad impotentem nos conuertimus pertinaciam, atque a Domino alieni et profugi, dum qualescunque ſtudemus vitare moleſtias, a tyrannis, quos noſter vocat, properamus

bidini permittant, et velut proſtituant; ſerui eo ipſo iuris ſui facti quoquo modo poſſunt ſibi proſpicere ipſi. d a) Claudius Caeſar, cum quidam aegra et affecta

mus ad diabolos: a perſecutorum furore tranſimus ad perpetuos et ineffabiles cruciatus, ab aerumnis perbreuibus ad vexationes aeternas ſummamque moleſtiam. Ad quid, qui ſummi numinis deſerit ipſe gratiam, quae continuo nobis ac indeſinenter amplectenda, inſaniens ac miſerrimus prolabitur homo! Audiamus, quod ad Romanos VIII. 6. ſeqq. 35. ſeqq. Apoſtolus ſcribit: *Quod ſapit caro, mors eſt: quod autem ſapit ſpiritus, vita et pax: quoniam quod ſapit caro, inimicitia eſt aduerſus DEUM. Legi enim DEI non ſubiicitur. - Vos non eſtis in carne, ſed in ſpiritu: ſiquidem Spiritus DEI habitat in vobis. Qui autem Spiritum Chriſti non habet, is non eſt eius. - Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? num afflictio, num anguſtia, num perſecutio, num fames, num nuditas, num periculum, num gladius? - Imo in his omnibus magis quam victores ſumus per eum, qui dilexit nos. Nam mihi perſuaſum eſt, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque poteſtates, neque praeſentia, neque futura, neque ſublimitatem, neque profunditatem, neque vllam rem aliam poſſe nos ſeparare a charitate DEI, quae eſt in Chriſto JESV, Domino noſtro.* Et nos, qui Chriſtiani vocari cupimus, et eius eſſe profitemur, ne quid illi obſequentes patiamur, aut ipſius ſequamur veſtigia, quamcunque calamitatem, vt virtus et charitas probetur noſtra, diuinitus immiſſam, excutientes, manus violentas in noſmetipſos verteremus, ac domini coeleſtis, eiusque directionis ſapientiſſimae pertaeſi, atque adeo charitatem in odium permutantes, noſtra ſponte in exitium rueremus?

d a) Abſit blaſphemia. Nunc plane ſummam philoſophus ſtultitiam prodit, qui vt ipſe cauſſam iuſtificaret ſuam, cum iuſtiſſimo iudice ſummoque et coeleſti domino iure quaſi

fecta mancipia in inſulam Aeſculapii taedio medendi exponerent, omnes qui exponerentur liberos eſſe ſanxit, nec redire in ditionem domini, ſi conualuiſſent, Sueton. c. 25. db) Plutarchus ſummae duritiei morum Cato-

quaſi certare ac litigare conatur. Ecquis quid Domino dedit, aut praeſtitit ſeruiendo, quod illi retribuatur: vt pro meritis remunerationem poſtulare queat? Nos vero, vermiculi nos, miſerrimi nos homunculi, qui, quod ſumus et valemus, ſumus atque valemus ab infinito, omnipotente, maximo DEO, nobis tribuere quidquam audeamus, et expoſtulemus cum ſummo numine, benefico noſtro creatore et conſeruatore? Num etiam vaſculum quodcunque ſuo poterit exprobrare fictori, quod tale factum, et non aliud? Rom. IX. 20. Nullum plane noſtrum poteſt eſſe meritum coram DEO. Saluberrime igitur omnes Seruator ipſe monet Lucae XVII. 10. *Quum feceritis omnia, quae praecepta ſunt vobis, dicite, inutiles ſumus ſerui, qui fecimus, quod facere debuimus.* Officia in DEVM nulla cadunt, neque cum hominibus vllo modo componi poteſt. Ex incomparabili gratia et bonitate ſuos beneficiis innumerabilibus cumulat, nutrit liberaliſſime, tuetur, atque conſeruat; adeo quidem, vt, quicquid eueniat, quod ipſis duriſſimum videatur, pro ſapientiſſimi rerum arbitri prouidentia curaque ſingulari, non poſſit non ſemper conducere ad eorum ſalutem. Adeone impium et blaſphemum, ſit venia verborum repetitioni, ſi DEVS me non alere vult atque protegere, ſed aliorum libidini me permittit, non ego ſeruus eius ero, ſed iuris factus mei, mihimetipſi pro lubitu proſpicere potero. Ah Domine! miſericors DEVS! fac hominis ſtultitiae vel ignorantiae gratiam. Fac nos viuere prudenter, et facere voluntatem tuam.

db) Bene. Illud vero ad dominium diuinum applicare noli: vel minime quadrat. DEVS miſericors et ſapientiſſi-

Catonis maioris fuiſſe iudicat, quod aetate affecta mancipia expulerit et vendiderit. Quid v. ſi excruciaſſet? ſi inedia confeciſſet? ſi ſtupranda, ſi beſtiis deuoranda, aut proculcanda obieciſſet? dc) Quid Caeſar Auguſtus Vedio Pollioni et eius ſeruo fecerit, vide apud Sen. 3. de Ira c. 40. Sed non eſt opus his ambagibus, niſi vt ſimilitudines et argutias iisdem artibus eludamus. Nam amphiboliam, vel obſcuram illam, ambiguam et captioſam phraſin, non eſſe nos dominos vitae noſtrae, ad clarum et proprium ſenſum ſtatim reduxeris, adhibita explicatione et diſtinctione. Nempe non ſumus domini vitae, id eſt, non licet temere et inconſulte, ſine graui ac honeſta cauſa vitam proiicere: id extra quaeſtionem eſt, et vltro conceditur. Non ſumus autem domini vitae, id eſt, non licet nobis vlla ex cauſa, quantumuis iuſta, honeſta et neceſſaria, vitam ſponte finire: id vero eſt idipſum quod quaeritur, ſed profecto non probatur per hoc

tiſſimus, vt virtus et conſtantia probaretur, ſuos facit aegrotare et conualeſcere: quos vulnerat, ipſe ſolus etiam ſanare poteſt. Suorum deſerit neminem. Deſerere autem ſi quem videatur: cum arbitraris emancipatum ſuique iuris eſſe factum, vt miſer et aberrans ad dominum reuerti non debeat? Eius conditionem ego longe omnium miſerrimam eſſe dixerim.

dc) Multa ſunt certe maioris et vix tolerandae crudelitatis exempla, quae huc non pertinent. Paulo poſt vero etiam ipſe agnoſcit ambages atque has ineptias ſuas; quibus vtatur, quoniam infringere nequeat ſententiam, adeo ſibi aduerſam, non eſſe nos vitae noſtrae dominos: qui et fieri nunquam poterimus, ſumma coeleſtis domini ſalua maieſtate et poteſtate. Huius enim ſolius eſt gloria, laus et honor, in ſeculorum ſecula.

hoc ipſum, non ſumus domini vitae: ſed nec probatur praecepto, Non dices falſum; neque illo, Non occides. Nam praeter tot modo dicta, multas magnasque patitur exceptiones, vt poſtea dicetur praeeunte Auguſtino ipſo. dd)

Nunc prius nouo facto initio examinemus iſtud, Neque enim fruſtra in ſanctis Canonicis libris nusquam nobis diuinitus praeceptum permiſſumue reperiri poteſt. etc.

Hic 1. putemus verum, non reperiri: cur ergo relicta ratione, aequitate, humanitate, natura DEI, hominis et rerum, ad Scripturam trahis cogisque cauſam, homini miſero, ſi cadat, nocentiſſimam, nemini vero vt vincat vtilem, quae ad Scripturam non ſpectat, nec ab ea definiri poteſt, vtpote quae nec in ea reperitur? de) Cur, vt repetam fere verba Tullii, ex campo illo aequitatis ceterarumque, quas dixi, rerum, ad

dd) Toties eadem repetita, atque ſolide iam refutata, ſilentio praeterire, quam pluribus exaggerare, praeſtat.

de) Aequo animo non ferre poteſt, rem tanti momenti ad normam ſacrae ſcripturae examinari. Conſtat αὐτοχειρίαν in ſacris nuſquam probari aut praecipi. Demonſtratum vero etiam eſt, eam ſeuere diuino praecepto prohiberi: vtut ille ſibi perſuadeat, cauſſam eo non pertinere, ſed iniquiſſime rapi, nec ita definiri poſſe. Ipſi enim videtur relinqui. 1. *Ratio*, quae voluntariae morti quam maxime aduerſatur; 2. *Aequitas*, quae in voluntaria morte profecto non obſeruatur; 3. *Humanitas*, quae ante omnis exuenda, quam ſemetipſum enecare poteſt; 4. *Natura DEI hominis*, et *rerum*, quam ipſe homo crudelitate et inſania. ſaeuiens in ſemetipſum, trifariam impugnat: vt ratiocinatio hic hominem plane videatur relinquere deſipientem.

ad iſtas verborum anguſtias, et ad omnes literarum angulos reuocas?

2. Sed vnde ſcis non reperiri? Legi, inquis vtique, Scripturam, nec reperi. Nihil valet. Memento enim Scripturam comparari abyſſo, et mari immenſo. Itaque iſtud quidem eſt, ac ſi quis Oceanum forte aliquoties emenſus diceret, in eo nihil reperiri, ne in intimo quidem eius receſſu, altiſſimoue fundo, niſi quod ipſe viderit et repererit. Quid vero ſi oculos auerterit, videreque ac reperire noluerit, quae alioquin potuiſſet? Dixi autem, et oſtendi, theologis, praeſertim diuerſarum factionum, reperiri, et non reperiri in Scriptura quicquid ipſi volunt, vel nolunt. d f)

3. Rur-

d f) Etiam, pro ſua hypotheſi, quoniam Stoicorum in ſacris nuſquam probatur decretum, oraculorum negat diuinorum perſpicuitatem. Fatemur in illis malos ſua non reperire deliria, quorum veritatem et iuſtitiam adſtruere ſatis impudenter velint ex limpidiſſimis fontibus. Inperuia et obſcura ſunt improbis, quorum mentes occalluerunt, quique ſua ſponte pereunt. Eſaiae VII. 9. 10. 1 Cor. III. 14. ſeqq. IV. 2. ſeqq. Multa fatemur eſſe myſteria, eaque ſaepius adeo ſublimia, vt captum longe ſuperent mortalium. Sacrae ſcripturae ſua fatemur eſſe βάθη, profunda, et intellectu difficilia. Perſcrutantibus vero atque diligentibus obſeruatoribus, illuminatione Spiritus Sancti accedente, ſacra ſcriptura lectu intellectuque iucundiſſima eſt, atque ſatis perſpicua, vt quae ad ſalutem ſunt neceſſaria, inde haud difficulter haurire queant. Etiamſi, res quomodo fiant, non capere poſſint: eas tamen eſſe, et quicquid ad hominis ſalutem, vitamque recte inſtituendam, pertinet, non ſuperficiaria lectione intelligunt, ac valde familiaria ſibi diuina faciunt praecepta. Sed mortis voluntariae commendationem

Digitized by Google

3. Rurſus putemus non reperiri: ſed multa ſunt ex ſe tam clara et certa, vt nulla reuelatione indigeant; imo vel contra eam, ſi extaret, vel fingeretur, firme tenerentur. Certe quis tam ſtolidus eſt, vt vel dubitet bis duo eſſe quatuor, totum eſſe maius ſua parte, quodlibet eſſe aut non eſſe? Puta haec non reperiri in Scriptura: et fortaſſis non reperiuntur, clare ſaltem et diſerte quis tamen propterea dixerit, Non fruſtra in ſanctis Canon. libris nuſquam nobis diuinitus praeceptum permiſſumue reperiri, vt iudicemus, noſtroque aſſenſu probemus, bis duo eſſe quatuor etc.? dg) Porro quis dubitet quemque natura ſibi conciliatum eſſe, ſeſeque ſuum bonum et felicitatem ante omnia amare ac deſiderare; cauere autem et fugere mala quaecunque praeſertim grauia, extrema, intolerabilia? Quis hic quoque dixerit, nuſquam nobis in libris Canon. diuinitus praeceptum permiſſumue, vt ita erga nos affecti ſimus? dh) Puta non reperiri: imo puta nullam eſſe Scripturam, nullos

nem in ſacra ſcriptura quaeres fruſtra, damnationem, niſi diſerte, pluribus circumſtantiis tamen deſcriptam animaduertes.

dg) Qualis, obſecro, mathematicarum veritatum comparatio eſt cum morte voluntaria? Illas certiſſimas eſſe nos ratio docet: hanc vero ipſi naturae, atque adeo ſummo rerum opifici aduerſam, itidem, ſine vllo etiam ſacri codicis teſtimonio vel praecepto, clariſſime oſtendit. Vt procul dubio, vel rationis dictamine, affirmare poſſemus: quemadmodum bis duo ſunt quatuor, et in triangulo tres anguli ſunt aequales duobus rectis: ita in morte voluntaria eſt naturae voluntaria deſtructio, et ipſi numinis aeterni ſapientiſſimae gubernationi aduerſatur.

dh) Bene monet, quemque ſibi natura conciliatum. Et hoc

nullos libros Canon.; nihilominus ita erimus, beneque affecti. Ita enim a DEO ipſo et natura facti conditique ſumus. Itaque id quidem conſtat, quaedam eſſe per

hoc naturale corporis cum anima vinculum requirit. Cur ergo, quoties extra te calamitates ingruunt, vel tu aliqua tui parte laboras, amiciſſimum et naturale iſtud vinculum vis rumpere, et odio plus quam Vatiniano temet perdere ipſum, vt natura nunquam tibi poſthac conciliari poſſis. Natura ſemet quisque ante omnia amat ac deſiderat. Quomodo ergo quis contra naturam ſemet odiſſe, fugere, et quod horribile dictu, perdere poſſet ipſe? Si quae ſunt bona nobis amamus ac deſideramus: quae mala, imo quae ſunt peſſima, nobis acciere non poſſumus, aut irreparabilia damna contra naturam inferre ipſis. Si natura felicitatem quisque ſuam ante omnia amat ac deſiderat: eam quoque conſeruare ac tueri quouis modo ſtudebit, non perdere, atque adeo ſemetipſum reddere infeliciſſimum. Nemo autem infelicior eſt eo, qui ne habita quidem naturalis inſtinctus ratione, aduerſus conditorem ſuum ac ſemetipſum rebellare conatur, et quod omnipotentis maximi DEI eſt, arrogare ſibi. Mauult ergo, qui ſibi ſapit ac naturae viuit conuenienter, extra ſe contingentia aequo fortique animo perferre omnia, et ſuae conditionis memor, quascunque rerum humanarum viciſſitudines et aerumnas pati, quam violenta manu ſibimet ipſi creare moleſtias, eaque mala, quae longe ſunt omnium grauiſſima, extrema et intolerabilia, ſubire. Et ita erga ſe quemque affectum eſſe debere, non vno loco, ſed omnibus fere paginis, oracula diuina teſtantur. Ecquid prodeſſet homini, ſi cuncta in orbe lucrari poſſet, animae vero ſuae, cuius nulla redemtio, iacturam facere vellet? Hanc ſecurius multo atque adeo felicius, quidquid rerum aduerſarum nobis obueniat, ab ipſo rerum ſapientiſſimo et potentiſſimo arbitro exſpectata morte, manibus, i. e. immutabili gratiae et voluntati ſanctiſſimae ſummi numinis et creatoris, qui noſter eſt dominus et conſeruator, quam deuotiſſime commendamus.

Digitized by Google

per naturam tam euidentia, certa et firma, vt ad ea labefactanda futiliſſime aduocaueris iſtud, Non fruſtra nobis in libris.... di) Iam reſtat quid de morte voluntaria ſit ſentiendum. Id vero ex prioribus fluit iisque inſeparabiliter eſt connexum: ita vt vel non liceat amare bonum et felicitatem ſuam, fugere infelicitatem et cauere mala qua dixi, mala grauiſſima, vltima, intolerabilia: quod eſt vtique falſiſſimum: vel liceat quoque occupare mortem, generale illud omnium malorum et ſcelerum remedium, commune legum naturae officiorumque tutamen; dum mala iſta et crimina quaeuis aliter caueri nequeant: idque ſiue in libris Canonicis ſit permiſſum, ſiue non. Nam, vt dixi, ad ea, quae ex ſe patent et certa ſunt, nullis indigemus libris Canonicis: qui praeterea fruſtra ſunt, ſi per eos ratione vti, adeoque vere homo eſſe, non licet; ſi conuellunt intimam conſtitutionem naturae humanae, ſi iudicia, impetus actusque ex ea neceſſario fluentes abolent, aut detorquent; ſi fugienda fugere vetant, aut non permittunt. dk)

di) Auguſtini verba immerito cauillatur de ciuitate DEI l. 1. c. 20. init. Nam, ſi naturae et rationi conueniens eſſet voluntaria mors, vt illis vidimus hanc eſſe omnino contrariam, non opus eſſet, in ſanctis canonicis libris eius requirere licentiam aut praeceptum.

dk) Ecquid vero inde credamus fauere noſtro? Satis quidem hactenus demonſtratum, quod voluntaria mors aduerſetur rationi et naturae ipſi, quae conſeruationem ſui ſuadet ac praecipit omnibus, ac deſtrui non poteſt, niſi ab hoſtibus ſuis atque nefariis aduerſus diuinam diſpoſitionem rebellibus. Eum oportet, iam perdita ratione, humanitatem exuiſſe, qui ad mala, quae leuia ſunt atque diuinitus

Digitized by Google

4. Iam plurifariam, ſed obiter, quia vltra non eſt neceſſe, demonſtrabo ego reperiri paſſim in vniuerſa Scriptura, id quod negat Auguſtinus reperiri; adeoque licere quandoque per ipſos ſanctos libros Canon. ſponte mori. d l)

I. Nihil ex iſtis, et in iſtis certius, quam DEVM eſſe ſapientem, gnarum infirmitatis humanae; eſſe bonum, aequum, ſuauem, miſericordem, bonorum virorum amantem; velle vt ipſis bene ſit, et in malis ipſis non pati eos tentari ſupra vires. Atqui DEVS non eſſet talis, non ſciret, aut ſaltem non reſpiceret infir-

nitus immiſſa mortalibus, fugienda, ſemetipſum enecare, animamque ſuam praecipitare non veretur in eam calamitatem et miſeriam, quae verbis non exprimi poteſt. Patientia mortalibus opus eſt, vt diuinae ſatisfaciant voluntati, ac Numinis aeterni miſericordiam impetrare queant. Sic vera magnitudo animi, virtus, et conſtantia ſemet tribulationibus exerit: vt, qui Domino coeleſti fideliter adhaerent, vincere ſemetipſos, a quibuslibet prauis cupiditatibus abſtinere, qualescunque calamitates ſuſtinere fortiter, atque ita, ſi DEO, qui vnus vitae ac mortis Dominus, aliquando placuerit, glorioſius de morte ipſa, tempeſtiue coeleſtia petentes gaudia, triumphare ſoleant. Nam quicquid in mundo patimur, flocci et nihili eſt, reſpectu felicitatis aeternae, quam DEVS ſuis in fide, charitate, et ſpe, ad finem vſque, perſeuerantibus promiſit. Nihil ergo nos ab amore DEI avellere debet, qui ſuo tempore, qualemcunque in his terris experiamur calamitatem, lucta etiam ſuperata longiſſima, nos tandem, gratia et bonitate plenus, liberare poteſt et vult: vt ſaeuientibus noſtris contra nos non opus habeamus armis: niſi rebelles ipſi vellemus ruere in exitium.

d l) Nuſquam reperiet. Nec S. Auguſtinum poterit arguere mendacii.

Digitized by Google

infirmitatem humanam; nec eſſet verum, non pati eum, paſſumque ſaepe bonos vtique etiam pioſque tentari ſupra vires: ſi vetuiſſet in totum ſponte facileque mori, iuſſiſſet autem pati quicquid immanitas tyrannorum imperauerit vnquam, quaeque innumeri adeo non potuerunt pati, vt potius fidem, religionem et Deum ipſum eiurauerint. dm) Quid? quod ex ſolo in Script. frequentiſſimo nomine Patris, quo DEVS appellatur, totumque etiam dominium eius et poteſtas in

 bonos

dm) Maledictus hominum atque ſtultiſſimus eſſet, qui negarit, DEVM eſſe ſapientem, imo ſapientiſſimum, gnarum infirmitatis humanae, imo certiſſimum, bonum, imo optimum, aequum, imo aequiſſimum, ſuauem, imo ſuauiſſimum etc. Ens omnium perfectiſſimum: ſuis ergo, miſeriis omnibus, ſubuenire et auxilio vult eſſe atque poteſt. Hinc ſeruator Ioh. XV. 7. *Si manſeritis in me, et verba mea in vobis manſerint, quicquid volueritis petite, et fiet vobis.* Rex Dauid Pſalm CIII. 8. 13. *Miſericors et gratia plenus eſt Iehoua, longanimis, et multus benignitate. - Vt miſeretur pater filiorum, miſeretur Iehoua timentium ipſum. Nouit enim, quale nos figmentum, memor puluerem nos eſſe.* 1 ad Corinthios X. 13. Apoſtolus ſcribit: *Tentatio vos non capit, niſi humana. Fidelis autem DEVS eſt, qui vos tentari non ſinet ſupra id, quod ferre poteſtis: ſed vna cum tentatione praeſtabit etiam exitum, vt poſſitis eam ſuſtinere.* 2 Petr. II. 9. *Nouit Dominus pios e tentatione eripere, iniuſtos autem in diem iudicii poenas dantes ſeruare.* Apocal. II. 20. *Eſto fidelis vſque ad mortem, et dabo tibi coronam vitae.* Et haec nobis ſufficiunt. Ecquis inde vllo modo probarit, licere homini: ne quid ab immanitate hoſtium pateretur, ſemet enecare ipſum? Qui fidem non ſeruare, qui DEVM ipſum eiurare, qui Domini coeleſtis iudicia et conſilia, mortalibus ſaluberrima, anteuertere non verentur: iſtos longe maior poſt fata calamitas et intolerabilis miſeria manebit.

Digitized by Google

bonos ſaltem viros comprehenditur, ſolide probaueris licere, graui id exigente neceſſitate, quam vincere nequis, ad DEVM, tanquam patrem et dominum bonum, confugere? Quo enim mihi ille pater, ad quem ne in extrema quidem neceſſitate confugere licet? dn) Vel an protinus degener ſum, ſi non par Herculi omnia velut monſtra calamitatum ſuperauero? Sed et ipſe demum ſe exſoluit. Annon demens potius, arrogans et ſtolide ſuperbus, ſi iis me tanquam laturus ſubiiciam, quae ſcio me fortiter ferre non poſſe? Recte filius ille apud Sen. Contr. 4. patri, ſi quid exegeris maius viribus meis, dicam, Ignoſce, non poſſum. Ignoſcit filio pater nauigationem recuſanti, ſi non ferat mare: ignoſcit non ſequenti caſtra, ſi non poteſt.„ Nihil certius quam vulgatum illud, Non omnia poſſumus omnes: et minime atrocia illa, de quibus loquor, ad quae omnes potius imbecilles. do) Et finge DEVM non eſſe patrem,

dn) Filius autem, vrgente neceſſitate, confugiens ad patrem ſemet non occidit: vel ea deſperatione oſtendit, ſibi patris non opus eſſe auxilio. Suis praeſto ſemper eſt pater coeleſtis gratia et forti praeſidio: quem in ſummis anguſtiis praeſentem vbique inueniunt atque propitium: vt Stoica et deſperata miſerrimae et afflictae mentis eductione non ſit opus, ſed piis precibus fiduciaque filiali fore, vt qui poteſt atque vult, ipſi quando fuerit viſum, certo nobis opituletur. Qui degener et impius, auxilium non exſpectat diuinum, ſuaque ſibi manu conſulere mauult.

do) Nihil vero nos poſſumus omnes, ſine gratia auxilioque diuino. Stulti profecto ſunt, et omnium minime valent, qui ſuis nituntur viribus, et arrogantes, cum ſibimetipſis ne quidem ſufficiant, neſcio quid oneris ferendum

trem, ſed inimicum, hoſtem, tyrannum: quid grauius exegerit, idque cum comminatione aeternarum poenarum? et quid intereſt Deusne ipſe torqueat, aut torquere iubeat promiſcue quoscunque filiorum ſuorum, an torquentes pati; morique volentes ob grauiſſimas cauſas, viuere cogat, nec niſi per immaniſſimos cruciatus, ſpiritum effundere ſinat? Eſtne hoc patris hominum communis? dp)

2. Com-

dum ſuſcipiunt. Vtut imbelles ac miſeri ſumus, ſi DEVS pro nobis, quis contra nos ſtare poterit? Ita ipſe DEVS ad populum ſuum Ierem. I. 18. 19. *Ego, ecce, pono te hodie velut ciuitatem munitam, et velut columnam ferream, murosque aheneos, toti huic terrae, regibus Iehudae, principibus eius, ſacerdotibus eius, et populo huius terrae, qui oppugnabunt te, ſed non praeualebunt tibi: nam adſum tibi, dictum Iehouae, ad eripiendum te.* Rurſum XV. 20. 21. *Oppono te populo iſti pro muro aeneo munitiſſimo, vt oppugnantes te non praeualeant tibi: quia tecum ſum, ad ſeruandum te, et ad eripiendum te, dictum Iehouae. Eripiam enim te e manu malorum, et redimam te e manu violentorum.* Ita ſane cum Deo poterimus tranſcendere muros, i. e. afflictiones et miſerias omnes, vel crudeliſſimam tyrannorum perſecutionem haud difficulter ſuperare, ſi Deo deuoti perſeueramus in fide, cauſſamque noſtram iuſtiſſimo iudici et rerum humanarum omnium arbitro commendamus.

dp) Impius et malus es, vel ſtudio inſanis, philoſophorum iniquiſſime. Quod blaſphemum et impoſſibile fingere noli, nec dicere quidquam, ſummi Numinis diuina Maieſtate indignum. Coeleſtem nobis gratulamur patrem Deum, qui clementiſſimus et ſanctiſſimus, ſuisque nihil, niſi quod ipſis vtiliſſimum et ſaluberrimum imponit perpetiendum, vtut graue et moleſtum videatur. Ad Hebraeos XII. 5. ſeqq. ſcribit: *mi fili, ne parui caſtigationem Domini*

Digitized by Google

2. Complures extant in Script. promiſſiones diuinae, quae, conceſſa morte voluntaria, per eam compleantur, aliquo ſaltem modo; imo eodem quo per mortem tempeſtiue a DEO oblatam: illa vero excluſa et vetita ſunt fueruntque iudicio humano inanes, et ſuo fruſtratae effectu, atque in poſterum fruſtrabuntur. dq) Praeter alia dicitur Deus eripere et liberare iuſtos ex omnibus tribulationibus eorum, alere eos in fame, cuſto-

Domini facito, neque animo frangitor, quum ab eo argueris. Quem enim Dominus diligit, illum caſtigat: flagellat autem, quemcunque ſuum agnoſcit filium. Si caſtigationem ſuſtinetis, Deus ſemet vobis exhibet vt filiis. Quis enim eſt filius, quem pater non caſtiget. Si eſtis abſque caſtigatione, cuius participes ſunt omnes, ſuppoſititii, non filii, eſtis. - - Omnis caſtigatio in praeſens quidem non videtur eſſe gaudii, ſed triſtitiae: at poſtea fructum tranquillum iuſtitiae reddit iis, qui per eam fuerint exercitati. Longe vero maximam credito eſſe differentiam inter paſſiones aerumnarum quarumque huius temporis, quae ſunt perbreues et leues, atque cruciatus aeternos damnatorum. Vix aeſtimanda poena, vbi quam longiſſime abſumus a culpa. Etiam dulce, pati cum Chriſto, vt glorificemur cum illo. Equidem reor cum Apoſtolo ad Rom. VIII. 18. minime pares eſſe praeſentis temporis perpeſſiones gloriae poſt hanc vitam in nobis reuelandae.

dq) Falleris. Promiſſiones diuinae ad eos non pertinent, qui calamitatibus ſuis morte voluntaria ſuccumbunt, atque ſemet ipſos coeleſtibus beneficiis audacter priuare non verentur. Errant quam vehementiſſime homines miſelli, ſi quid arbitrantur ſuis tribuendum eſſe meritis. Qui vero etiam aliquid putant morte promereri voluntaria et extrema deſperatione ſua, ratione et omni humanitatis ſenſu iam iſtos eſſe priuatos oportet.

Digitized by Google

cuſtodire vt pupillam oculi. d r) Iam quod ad me attinet, ſi DEVS reliquerit mihi libertatem poteſtatemque vna cum ratione et natura ipſa datam, opportune moriendi; confido promiſſionibus illis, ago gratias, laetusque, quantum poſſum, viuam et moriar. d s) Si vero per

d r) Neque dicitur ſolum, ſed vſu ſemper etiam ipſe teſtatus eſt. Et miſer ego, non iuſtus, ſed peccatorum nequiſſimus, grato ac deuotiſſimo fateor animo, ab vtero materno me, diuino beneficio et incomparabili gratia, ex omnibus miſeriis ereptum fuiſſe, et imminentibus liberatum quibuſque tribulationibus, liberaliſſime, dum fames vrgeret, nutritum, e domus paternae contremeſcentis protractum ruinis, atque in hunc vſque diem per annos LVIII. quam clementiſſime, inſtar ocularis pupillae, ringentibus vbique inuidis et calumniatoribus, cuſtoditum. Quanto magis id crederem euenire iuſtis atque nominis diuini amantiſſimis hominibus: quos ſua ſpes ipſos fefellerit nunquam? Equidem, me beneficiis omnibus cumulari, nunquam ſatis praedicare potero. Dicam vero ingenue et profitebor cum Dauide Pſalmo XXIII. 1. ſeqq. Iehoua paſtor meus eſt, non poſſum egere. - - Inſtruit coram me menſam e regione hoſtium meorum, vnguento delibutum reddit caput meum, et exuberare meum facit poculum. Miſericordia et benignitas me proſequetur, quoad viuam, ac per longa tempora conquieſcam in domo Iehouae.

d s) Adeone tu, quem ſeneſcentem vidi et audiui omnibus excellere corporis et animae dotibus, quem robuſtum et beneualentem miſericors Deus per tredecim luſtra liberaliſſime nutriuit et ornauit, animo ingrato et impio poſtulares etiam plura, et ſupremum, quod ſoli Deo competit, ac vſurpatum ſua primitus felicitate priuauit diabolum, tibimet ipſi arrogares imperium? Ipſa te ratio docet, eum, qui

Digitized by Google

per Scripturam eripuerit id quod per rationem dedit, ſio Scepticus, et dico, Fortaſſis, et Fortaſſis non. Nam multos ſcio in tribulationibus ſuis miſere exſpiraſſe, multos fame contabuiſſe, idque poſt inhumanas dapes et aliorum caedes. Scio eccleſias, vel coetus totos, ciuitates, regna, imperia, etiam Chriſtianorum, corruiſſe. Scio etiam me eſſe hominem, et nihil humani a me alienum puto; nec DEVM aliud, et aliter mihi quam aliis promiſiſſe. dt) Sed forte dixeris, per mortem

qui fecit atque conſeruat omnia, ceu dominum, omnia quoque in ſua poteſtate habere; idem te tua cum ratione natura docet, cum tui ipſius non fueris auctor et opifex, neque perditam reſtituere poſſis valetudinem, neque morienti olim addere vnicum momentum vitae; nihil tibi vel imperii vel pro lubitu agendi libertatis datum aut promiſſum, neque aliud tibi relictum eſſe, quam obſequii et ſubiectiſſimae pietatis gloriam.

dt) Calumniari deſine, miſer homuncio, deſine mentiri turpiter, atque nimis ſcepticiſmum intolerabili cum ſtultitia prodere tuum. Tibi cum ratione pro lubitu moriendi datam eſſe licentiam, non eſt verum. Contra te ratio ipſa, ſi volueris eam audire, fortius a morte voluntaria retrahet: illam vero non minus atque naturam, aduerſus Dominum rationis et naturae turpiſſime rebellando, frangere cupis ac peſſundare fruſtra, quae perpetuo iuſtitiam cauſſae defendent, atque hoſpitem te ingratum perfidiae ſemper et crudelitatis accuſabunt. Quod tibi non datum, etiam tibi per S. Scripturam eripi non poteſt. Fuerunt in orbe ſemper malos inter atque bonos inimicitiae, perſecutiones, miſeriae, caedes, et innumerabilia piorum incommoda, quibus, ſic Deo volente, per tribulationes, in regnum coelorum tranſitus et via paratur: fieri tamen

Digitized by Google

tem voluntáriam, non DEVM nos liberare; ſed ſi haec ſit liberatio, eam per nos ipſos fieri. Acute et praeclare ſcilicet. Hac certe contradictione effeceris vt DEVS ſit iners et nihil faciat, aut nobis praeſtet. Neque enim naſcimur, nec viuimus, nec morimur, ſine noſtra, aliorumque, et rerum quarundam ope et opera. Non votis, ait Cato, neque ſuppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur: vigilando, agendo, proſpere omnia cedunt. Et alius, ni fallor: Dii prohibebunt haec, inquies: ſed nunquam propter te de coelo deſcendent: tibi dent mentem oportet vt prohibeas. d v)

tamen ſine numine nihil, etiam abſque diuina reuelatione gentes agnouerunt. Sic ſane pro immenſa bonitate et ſapientia Deus, rerum ſummus arbiter ac dominus, maxima et minima quaeque ad ſui nominis gloriam, ac piorum ſalutem certiſſimam, prouidere, conſtituere, et regere nouit: vtut ſanctiſſimae gubernationis ordinem et modum homines ipſi non intelligant vel obſtupeſcere cogantur. Pilis nihil vilius eſſe poteſt: attamen dicuntur omnes a Deo in capite numerati. Luc. XII. 7. Neque paſſerculus in terram cadit ſine patris noſtri coeleſtis voluntate. ibid. Matth. X. 29. Et aues omnes nutrit prouidentia ſua. Matth. VI. 26. 28. Et pullis coruorum dat eſcam tempore ſuo. Pſ. CXLVII. 9. Tu vero ne quid calamitatis vnquam cum ceteris hominibus ſentias aut moriaris olim: temetipſum non vereris enecare. Proh pudor veſaniaque hominis! Hoc ſcilicet in Fannio Martialis laudat l. 2. epigr. 80.

Hoſtem cum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit.
Hic, rogo, non furor eſt, ne moriare, mori?

d v) Per voluntariam mortem, non te Deus liberat, qui vult atque poteſt ſine te per mortem naturalem a corpore

3. In Script. diſerte dicitur vita noſtra eſſe vapor duntaxat ad modicum apparens; ideoque homo comparatur gramini, faeno, herbae, flori, cito exareſcentibus. Iam vero incredibile eſt, Deum velle, vt tanti aeſtimemus, tam arcte complectamur, et tam peruicaciter proſequamur eiuſmodi rem et vitam, vt omnia potius mala, dictu etiam audituque horrenda, patiamur, quam eam ſponte deſeramus. dx)

4. Rurſus

pore animam ſeparare, ſed tua manu diabolus abutitur, vt contra te tuamque naturam inſtituas ſaeuire, et animam prius in Tartaro ſepelias, quam corpus afflictiſſimum in terris acciperet tumulum. Sapientiſſime et potentiſſime Deus operatur, mouet, ac gubernat mundum vniuerſum naturae quam condidit, motuſque ipſius legibus, et noſtra plane non indiget ope, quamuis ad ſalutem ſuam homo, quas ipſi largitur Deus, vires ſuas et omnia impendere debeat; ad exitium vero, non Deo volente, ſed cacodaemonis inſtinctu, et peruicacia vel deſperatione ſua, turpiſſime ruit. Orare et laborare debemus: vt ex gratia et bonitate diuina redundarent in nos, quaecunque naturaliter ad vitae ſuſtentationem ſunt neceſſaria, et nos ab interitu defendunt.

dx) Vitam pretioſiſſimum eſſe donum Dei, ſupra, puto, iam ſatis clare fuit demonſtratum, et omnibus patet, adeo quidem, vt diabolus ipſe Iobi II. 4. dixerit, pellem pro pelle, et quicquid eſſe hominis, daturum pro ſe ipſo. Tanti vero boni breuitatem atque fragilitatem ſignificaturum ſacra ſcriptura talibus vtitur metaphoris. Cum ergo vita breuis et fragilis, hominibus profecto maiori cura et ſolicitudine, incomparabilis inſtar theſauri, eſt cuſtodienda et conſeruanda, donec ipſe Deus, qui mortalibus eam fuerat impertitus, cum morte permutarit. Is enim ſolus vitae ac mortis poteſtatem habet, deducit reducitque ad portas

4. Rurſus in Script. diſerte monemur, Nolite fieri ſicut equus et mulus, in quibus non eſt intellectus. Atqui ſi non liceret vti intellectu ad cauenda per mortem, dum aliter fieri nequit, tormenta et mala grauiſſima; neceſſe eſſet hominem quandoque fieri ſicut equum et mulum, brutumque ac ſtolidum aliquod animal, intellectu carens: imo his deteriorem.

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterque
Inſpectos laqueos, et opertum miluius hamum. dy)

5. Apoſtolus Eph. 5. Videte, ait, fratres, quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt

 ſapi-

portas inferni. Sapientiae XVI. 13. Eum ergo inſanire oportet, qui, Domino vitam adhuc conſeruante, pro lubitu ipſe inaeſtimabile et irreparabile donum Dei profundere ac ſemet enecare velit.

dy) Capiant hoc ſibi, qui perdita ratione bona, et humanitatis ſenſu abiecto, diuinam gubernationem reſpuunt, ac ſibimet ipſis morte voluntaria conſulere malunt: qua quidem ferocia et immanitate ſemet equo effrenato aſſimilare non verentur. Id vero genus hominum rex Dauid, ſeruus Dei fidelis, monet atque hortatur Pſalm. XXXII. 9. 10. *ne eſtote, vt equus aut mulus, expertes intelligentiae, cuius os freno et habena conſtringendum eſt, vt adducatur.* i. e. ne obſtupeſcite et obbruteſcite ad exercitationes et regimen ſapientiſſimum Dei, ſed animos prudenter ac ſedulo aduertite, vt cognoſcatis adminiſtrationem eius ſaluberrimam: ne frenos potentiae ſuae ad edomandam feritatem veſtram adhibere cogatur. *Magni enim*, ſubiungit continuo, *dolores ſunt improbo: qui autem fiduciam habet in Iehoua, eum eius benignitas circumdat.* O ſi ſapere inde didiceris! Vitam vtique ſuam vel abiectiſſima animalia bruta conſeruare ac defendere ſtudent: tu vero nihili faciens vitam, arbitraris licere homini, ruere in exitium.

ſapientes, redimentes tempus, vel occaſionem aut opportunitatem. Et Eccleſiaſticus, ni fallor: Qui amat periculum, peribit in illo. Atqui is non ambulat caute, non eſt ſapiens, non obſeruat tempus, non redimit occaſionem; is amat quodammodo periculum, ideoque et in illo peribit; vti multi perierunt: is, inquam, qui inſtantibus periculis et malis maioribus, quam vt ea fortiter tolerare queat, iis ſe non caute ſubtrahit, prudenter et opportune occupando mortem, dum alia melior tutiorque non ſuppetit ratio euadendi. dz)

6. Scri-

dz) Et hoc ſaluberrimum eſt Apoſtoli monitum, quod ad Epheſios V. 15. 16. 17. *Videte, quomodo accurate ambuletis, non vt inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes opportunitatem, quoniam dies ſunt mali. Propterea ne eſtote deſipientes, ſed intelligentes, quae ſit voluntas Domini.* Hoccine vero aduerſus voluntariae mortis ſcelus quam maxime dictum? Cum peſſima viuamus tempora, vel, quod idem eſt, cum mores hominum videamus eſſe corruptiſſimos: prudentia quam maxime opus eſt, vt ab eiuſmodi vitiis nobis caueamus, eiuſdemque cum peſſimis culpae non ſimus participes. Sic ergo viuere debemus caute, ac temporum opportunitatem ad bene faciendum quaſi redimere, in omnes occaſiones intenti, atque inter ceteros eius tantummodo ſtudioſi, quod optimo rationis vſu praediti probe intelligamus eſſe voluntatis diuinae. Huic autem valde aduerſatur αὐτοχειρία. Pericula, ſi quae nobis imminent, alio alioque modo euitare poſſumus. Quod non mutandum, ſapienter ferendum eſt ac forti animo ſuſtinendum. Ac diaboli non audienda perſuaſio: auxilium diuinum fruſtra exſpectandum: patientiae virtutem eſſe nullam: rationis et naturae legem alio conuertendam: dominium a domino

6. Scriptura quoque nobis ſaepe depingit eos homines quos Seneca 1. de Ira c. 16. nempe quibus inſanabilis eſt animus, et ſceleribus ſcelera contexens: qui perbiberunt nequitiam, et ita viſceribus immiſcuerunt, vt niſi cum ipſis exire non poſſit. Tales vtique, praeter alios innumeros, fuerunt illi quos Deus olim immiſſo diluuio extinxit. Hoc autem ipſo id quoque monſtrauit Deus, quid homini, ſi eo induratae nequitiae deuenerit, ſponte ſit faciendum; et hoc ſaltem vnum bene. Nam bene et laudabiliter finit nequitiam ſuam moriendo, dum non poteſt, vel diffidit ſe poſſe viuendo. Si vero poſſit, prudenterque ſperet ſe poſſe; per me viuat et ſe emendet. ea)

7. De

mino in nos translatum vna cum vitae ac mortis ſumma poteſtate: educendam i. e. perdendam eſſe animam, corpus proiiciendum: et quae peſtifera ſtultitiae argumenta ſunt alia. Sic ſane miſerrimi homines non periculum ſed exitium ineunt ſponte ac pereunt non ſine aliorum horrore.

ea) Hoc ſane ſatis inſipienter: vt, qui malus, malitiam ſuaque ſcelera poſſit augere voluntaria morte, atque adeo ſuam, quod nequiſſimus certe nunquam voluerit, damnationem incurrere ſponte. Antequam diluuio iuſtus iudex et miſericors Deus perderet malos, per Noachum, iuſtitiae praeconem, non homines ſemet enecare iuſſit, at centum et viginti annorum ſpatio voluit praemoneri de formidando Numinis aeterni iudicio futuro, vt vitam conſeruatam emendarent atque reſipiſcerent. Geneſ. VI. 3. Deus non vult mortem improbi, ſed eius conuerſionem et vitam. Ezech. XXXIII. 11. Imo vult homines ſeruari, et ſerio ad agnitionem veritatis venire. 1 Timoth. II. 4. 2 Petri III. 9.

7. De Samſone eb) dicetur etiam inferius, ſimulque oſtendetur, quomodo Auguſtinus aliique tractent interdum Scripturam, eamque opinionibus ſuis ſeruire cogant: certe ea comminiſcantur et dicant, quae in nullis libris Canon. reperiuntur; imo iis quae in illis contradicant, vel ea detorqueant, et quantum in ipſis, impediant ne dicant id, ſaltem totum, quod dicunt: ec) vti nunc ſtatim videbitur. Nam

8. Chriſtus Dominus ipſe diſerte Ioan. 12. ait: Qui amat animam ſuam, perdet eam: et qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam aeternam cuſtodiet eam. Conf. Luc. 14. Si quis venit ad me, et non odit... animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et Matth. 16. iubet abnegare ſemetipſum. ed) Id explicans

eb) Vid. diſſert. de morte voluntaria p. 246. 308. praelim. XIX. Cetera, quae promittit inferius proferenda, eo vſque exſpectabimus.

ec) Atqui ſatis aperte noſtrum videmus et magis magiſque nunc intelligimus in numero eſſe iſtorum, quos merito vituperat. Quam ſanctiſſime diuinis vtendum oraculis, quorum calumniatores ipſe iudicabit Deus, ſecundum id, quo canonem obſignauit S. Iohannes Apocal. XXII. 18. 19. Si quis quid adiecerit, impoſiturum iſti Numen plagas, in eo libro ſcriptas; ſi quis quid abſtulerit, eius partem ablaturum e libro vitae.

ed) Itane, ad ſua ſcelera defendenda, ſacram ſcripturam peruertere, quam intelligere et obſeruare, mauult? Ne minimum inde quidem elici poteſt, ad voluntariam mortem probandam. Ioh. XII. 25. Matth. X. 39. et ſimilibus locis pluribus, Seruatoris ſententia haec eſt: Qui ſuſpicioſiſſimis temporibus iſtis, et imminentibus nomini Chri-

Digitized by Google

cans S. Chryſoſtomus: Si intelligis, inquit, quid ſit alium abnegare, tunc recte percipies quid ſit abnegare teipſum. Qui alium abnegauit, fratrem puta, aut ſeruum, aut quemuis alium: ſi caedi illum virgis videat, ſi coerceri vinculis, ſi quicquid aliud mali pati eum conſpexerit, non auxiliatur, non flectitur, nec prorſus vllo modo mouetur, ceu ille qui penitus ab eo alienatus eſt. Sic igitur nos nullo pacto vult corpori noſtro parcere: vt neque ſi caeditur, neque ſi pellitur, neque ſi vritur, neque ſi aliud huiuſmodi patitur, ei parcamus. ee) Auguſtinus animaduertens quo verba

Chriſtiano periculis pluribus, animam i. e. vitam ſuam temporalem, Chriſto Seruatore ſuo abnegando, ſeruare ſtudeat: eum multo maiori damno, iſta perfidia ſuaeque ſalutis deſertione, vitam eſſe perditurum aeternam. Qui propter Chriſtum eiuſque coeleſtia dona, non, magno conſtantique animo, quaſcunque inſtituerit perpeti ac ſuſtinere calamitates, ipſamque mortem, atque adeo abnegare aut vincere ſemetipſum: Chriſti eum non eſſe dignum fieri diſcipulum. Quicquid ergo regni coeleſtis cauſſa patimur, ab aliis et illis quidem Chriſti hoſtibus venit: a nobiſmet ipſis nullum periculum. Nec vllum credo fore exemplum, quod, propter evangelium, aut Chriſti gloriam, tanto furore ſemet quiſquam enecarit.

ee) Sic ſane, ex mandato diuino, quicquid nobis obuenerit, aut quacunque corpus noſtrum afficiatur plaga vel iniuria, patienter ſuſtinere debemus eaque pati, quae mutanda non ſunt. Ipſis vero nos inde non poſſumus eſſe graues aut iniurii, nedum inferre caedem. Neque propter Chriſtum nobis illatas iniquitates et miſerias ab aliis exſpectare et ſuſtinere poſſumus, vbi deſperabundi ſtatim ſaeuientes in nos ipſi voluerimus conuertere manus. Hoc ergo

verba Chriſti de odio animae proprie, preſſe et integre cum toto ſuo ſenſu cunctiſque actibus comprehenſis accepta tenderent, ex facilique duci poſſent, e f) cum dixiſſet magnam et miram eſſe ſententiam: vtique quia opinioni Auguſtini non conueniebat: Sed vide, ait, ne tibi ſubrepat, vt teipſum velis interimere, ſic

ergo non eſt ſemet vincere aut abnegare ipſum: vt ad vitam gloriamque coeleſtem ſeruetur: ſed aduerſus aeternum atque coeleſtem rerum moderatorem perfide rebellare, ac praeſumere ſcelus, a quo fortaſſis aliena manus abhorruiſſet.

e f) Eo Seruatoris verba certe nunquam duxeris, vt, animae odio, dixerit, cuiquam licere ſemet occidere ipſum. Audiamus Dominum, Luc. XIV. 26. *Si quis venit ad me, et non odit patrem ſuum et matrem, et vxorem et liberos, et fratres et ſorores, atque adeo etiam animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Et quiſquis non portat crucem ſuam, et ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Hoc vero ſolum innuere voluit, qui in eius diſciplinam atque adeo ſalutis partem venerit, eum pro coeleſtibus contemnere, quicquid in orbe ipſi cariſſimum eſſet; vel etiam tenerrimos ac valde laudabiles coercere affectus: vt felicitatis aeternae cupiditas vincat omnia, pietaſque ſupereminear; adeo quidem vt, eorum deſiderio, quae mortalia non ſunt, odiſſe videatur ipſi alioqui chariſſima. Si quis vero decenter et iuſte potuerit occidere, ſibi neceſſitudinis et amoris arctiſſimo vinculo iunctos, parentes, vxorem, liberos, fratres atque ſorores: itidem illi, ac ne tunc quidem, ſemetipſum enecare licebit. In re ſatis aperta, et omnium perſuaſioni commendatiſſima cauſſa, perperam accuſat S. patris Auguſtini fidem, qui recte ſentit, ac non vult, quemquam ſapientiſſimis Chriſti, Seruatoris noſtri, verbis abuti, aut ea rapere ad mortis voluntariae defenſionem.

Digitized by Google

ſic intelligendo quod debes odiſſe in hoc mundo animam. Mox addit de quibuſdam, quos, ſuppreſſis cauſis, cunctiſque quae circa actiones verſantur, eaſque et agentes ipſos nunc laudabiles, nunc illaudabiles faciunt, malignos et peruerſos homines vocat, et in ſeipſis crudeliores et ſceleratiores homicidas; atque hos flammis ſe donaſſe, aquis ſe praeſocaſſe, praecipitio ſe colliſiſſe, et periiſſe: hoc vero Chriſtum non docuiſſe. Mox videbimus quid Chriſtus docuerit, interim ſufficit, et fixum manet quod diſertis verbis docuerit odiſſe animam, adeoque vitam vtique animalem: et ſimul patet e g)

e g) Puto nemini non ſatis patere, quomodo Seruatoris verba intelligenda ſint. Noſter autem ſtudio inſanire, captare ſibi aduerſa, et quos coepit fouere, ſuos errores, ad ſcelus, iuſtitiae tamen quadam ſpecie, patrandum, pertinaciſſime quocunque modo colorare videtur. Ecquis, Chriſtum, filium Dei et ſeruatorem mundi, nobiliſſimam amoris virtutem, quam velut legis ſummam ipſe commendat conſtantiſſime, ius naturae, et praecepta diuina, ſuſtuliſſe, vnquam ſibi perſuadere poterit? Odium illi quammaxime odioſum, qui amor ipſe eſt. Sed comparatiue loquitur, quod, propter aeternam ſalutem noſtram et regnum coeleſte, parati eſſe debeamns ea quoque, ſi nobis aduerſarentur, negligere aut relinquere, quae nobis ſunt cariſſima, vt parentes etc. Ita ſatis clare apud Matth. X. 37. *Qui amat patrem aut matrem ſupra me, non eſt me dignus: et qui amat filium aut filiam ſupra me, non eſt me dignus: et qui non accipit crucem ſuam, ac ſequitur me, non eſt me dignus.* Qui ergo ſemet cruci, i. e. perſecutionibus et aerumnis ſubtrahere mauult morte voluntaria, quam ſuſtinendo Chriſtum ſequi, eo non eſt dignus, neque

1. Auguſtinum committere hoc quòque declamatorium flagitium, a Cicerone, vel autore ad Heren. grauiter meritoque damnatum: nempe augere et exaggerare, adiectis etiam turpiſſimis probris et maledictis, id quod conuenit doceri, ad hoc ſupprimere, vt modo ſignificaui, cuncta ex quibus de hominibus, eorumque actionibus iudicetur. eh) Ita magiſtratus quoque domi, grauius interdum punientes, et duces militiae ferro et igne graſſantes, crudeliſſimos et ſceleratiſſimos feceris dixeriſque homicidas. ei)

2. Ma-

neque regni coelorum particeps fieri poteſt. Hoc ſcilicet, vt literam ſequitur iniquiſſime, fuerit odiſſe animam ſuam. Aut licuerit ſecum parentes, liberos, et qui eius ſunt amantiſſimi, occidere cuiquam, et imitari Xanthiam mulierem, quae ſeſe laqueo ſuſpendit, vna manu filium paruulum, a ſe necatum, altera facem ardentem tenens, qua domum accendit.

eh) Auguſtinus, vt dixi, recte iudicat: noſter vero, quae obiicit illi, vitiis impudentiſſime vtitur.

ei) Quomodo haec cum αὐτοχειρίᾳ conueniunt? Magiſtratus Dei miniſter eſt, vindex ad iram ei, qui ſcelus patrauerit. Rom. XIII. 4. A Deo eſt datus, ad vltionem facinoroſorum. 1 Petri II. 14. Bello iuſto et neceſſario vim vi repellere licet; ſed nemini, vtut furioſo, in ſemetipſum ſaeuire. Militibus Iohannes baptiſta Luc. III. 14. ex mandato diuino perſuaſit, vt neminem concutiant opprimantue dolo, ſed contenti ſint ſtipendiis ſuis. Et homo priuatus viuere nollet ſua ſorte contentus, vt, non dolo dicam, ſed aperta vi, ſemet opprimere non vereatur? Illum oportet bellum gerere cum ſemetipſo, aut magiſtratus officio fungi aduerſum animam ſceleſtam, vt corpore velut hoſpitio propellatur ſuo. Ius autem vtriuſque nullum

2. Malignos illos et peruerſos Auguſtini homines fuiſſe vtique Chriſtianos, legis et praeceptorum diuinorum, euangelii etiam et doctrinae Chriſti gnaros. ek)

3. Hoc ne tunc quidem poſt annos fere 400. ab exortu fidei Chriſtianae nouiſſe, certe non agnouiſſe ac recepiſſe hoc dogma Auguſtini, tanquam verum et Chriſtianum: Nefas eſſe ex cauſa honeſta et neceſſaria ſponte mori. el) Itaque

 4. Hoc

lum illi competit: vt inſolenter ac temere, quod iudicis ſummi eſt, arrogans ſibi, rebellionis aut maieſtatis fieret reus.

ek) Chriſtiani nunquam ſemet trucidarunt ipſos: ab aliis vero contumelia, iniuriis, cruciatibus, et ipſa morte affecti, quam conſtantiſſime, vix vnquam ſub cruce grauiſſima, quam baiularunt, gementes, Seruatorem fuerunt ſemper ſecuti, atque adeo, ringentibus tyrannis, ſuo ſanguine, quem non ipſi, ſed veritatis hoſtes profuderunt, Chriſti euangelium confirmantes, vincentes, morienteſque triumpharunt.

el) Verbum ſemper habuere diuinum: et Chriſti praecepta ſanctiſſime obſeruarunt, eiuſque, vt modo dictum, veſtigia fuerunt ſecuti. Falſiſſimum autem, ante Auguſtini tempora, Chriſtianos neſciuiſſe, cum ſacris literis fuerint ſatis imbuti, ſuaque didicerint ratione recte vti, quod, periculis imminentibus, eſſet nefas ſponte mori. Nouit mundi ſeruator, quot quantaeque ipſi eſſent ſubeundae calamitates; ac facillime, cum ipſe eſſet Deus ac vitae mortiſque dominus, voluntaria morte ſemet hoſtium furori ac longe maximis cruciatibus ſubducere potuiſſet. Stephanus, martyrum primus, quam ſemet enecare, lapidibus obrui maluit. S. Apoſtoli, praeter Iohannem, omnes violenta, nullus voluntaria morte obiit. Mulierculae aliquando

4. Hoc dogma fuiſſe tunc nouum, quodque primus fere omnium Auguſtinus procuderat, aut eruditionis ſuae opinione credulis ignauiſque perſuaſerat: ſed alii vel ignorabant, vel tanquam nouum et priuatum, nec rationi, nec Scripturae congruens explodebant. e m)

5. Qua-

quando victae ſexus fragilitate ſummoque pudore, vt caſtitatem ſeruarent, atque laſciuientium fallerent furorem, ſemet enecare maluerunt ipſas. Exempla recenſet Leonhardus Coqueus comment. in Auguſtini de ciuitate Dei l. 1. c. 26. p. 92. ſeqq. Haec vero neutiquam probant iuſtitiam cauſſae: tantumque abeſt, vt praeceptis quid diuinis abrogare queant. Dandum aliquid imbecillitati humanae, et ſexus honori, vt, quod non licet, pietatis nomine commiſerint deſperantes. Nec ego cum Auguſtino l. 1. c. 26. de his temere audeo iudicare.

e m) Idem repetit, quod tertio loco poſuerat, iterumque mentitur. Lex antiquiſſima eſt de non occidendo inſonte neque alio, neque ſemetipſo, vt pluribus ſupra iam docuimus, noſtrique putamus fregiſſe fallacias. Hominum contra peſſimorum, Stoica magis, quam Chriſtiana, exercitatorum diſciplina, hoc nouum intelleximus aduerſus ſupplicia refugium fuiſſe: atque peſtiferum iſtud malum voluntariae mortis inferendae ſibi, tot inter haereſes ſub nomine Chriſtiano paſſim errantes, proprium fuiſſe Donatiſtarum, et circumcellionum inſaniam. Quo plura confugerunt, exhauſtis voluptatibus, proſtibula, quam piae caſtaeque Chriſtianorum virgines et matronae: vt Auguſtinus contra Gaudent. l. 1. c. 36. ſcribit, ſanctimoniales quaſdam Donatiſtarum grauidas ſemet per ſaxa miſiſſe, ac, diſſilientibus vteris, homicidiorum et ſtuprorum ſcelera prodidiſſe. Hieronymus in Ionae l. 12. noſtrum non eſſe putat, mortem arripere, ſed illatam ab aliis libenter

Digitized by Google

5. Qualeſcunque alioquin fuerint iſti, quos Auguſtinus tot contumeliis obruit, ſi ea quae dicit, non temere et inconſulte, ſed, vt credibile eſt, prudenter ac grauiter pro locis et temporibus fecerint, ingentis animi viros fuiſſe, et vel fortiſſimis totius antiquitatis comparandos: en) certe longe praeferendos iis qui viuere quidem perſeuerant, ſed turbulente, vt Tullius ait, humana patiuntur, et calamitatibus aut oppreſſi iacent, aut ne opprimantur, vix mente conſtant. eo)

Iam

benter excipere: vnde et in perſecutione propria manu non liceat perire, niſi vbi caſtitas periclitatur. Quota vero quaeque earum caſta fuit, quae, ad publicam ignominiam euitandam, ſceleris impatientes alieni, ſemetipſas enecare non erubuerunt.

en) Qualeſcunque fuerint, qui ſua manu periere, ſummo iudici, eiuſmodi necem prohibenti, nullo potuerunt placere modo; nec inter mortales ſibi comparare fortium virorum laudem. Hinc Martialis l. 1. epigr. 9.

Nolo virum, facili redimit qui ſanguine famam:
Hunc volo, laudari qui ſine morte poteſt.

eo) Impiis et pertinacibus diuinorum praeceptorum contemtoribus procul dubio ſemper obedientes et boni fuerunt praeferendi. Hominis nequidem digni ſunt nomine, qui humanitatem exuunt, dictamen oppugnant rationis, ipſamque naturam peruertunt. Sunt homuncionum abiectiſſimi, qui in ſua viſcera exitiumque ruunt, ac ne quid perferant calamitatis, in longe maximam calamitatem ſemetipſos praecipitare non verentur. Adeo nihil egregii, fortis, et magnanimi viri prae ſe ferunt, vt ipſis etiam animalibus brutis deteriores bonorum miſericordiam, non laudem, mereantur.

Iam videamus quid Chriſtus docuerit: id vero ex verbis ipſis elucet. Neque enim aliud Chriſtus aperte verbis diſertis dixiſſe, aliud tecte in animo, ab Auguſtino detegendum, ſenſiſſe credi poteſt. Itaque docuit omnino odiſſe animam ſuam, id eſt eam vtique qua corpus viuit, viget, ſentit, mouetur, quamque philoſophi ſenſitiuam vocant; adeoque corpus et vitam ipſam: ep) item docuit abnegare ſeipſum, eq) et forte eo, quem Chryſoſtomus diffudit, ſenſu: nempe vt graui id exigente cauſa corpori, etiamſi caedatur et vratur, nullatenus parcamus. er) Iam his confer ſponte mori in illis caſibus et ex illis cauſis, quas ab initio poſuimus: dic deinde quid ſit plus et maius: dic quid

ep) Vtique Chriſtus, vt dixi, per animam intelligit vitam, atque eam docet, cum illis, qui homini ſunt et eſſe debent chariſſimi, diuino amori et curae bonorum coeleſtium poſtponendam eſſe.

eq) Abnegare ſe ipſum, eſt cupiditatibus ſuis obicem ponere, et non nimis indulgere affectibus: illecebris mundi et vanitatibus relictis, vitam quaerere ſuam voluptatem in ſummo bono: vt non ſit mortale, quod optant: eſt viuere, non ſibi, ſed Chriſto, et in omnibus rationem habere ſalutis ſuae. Quae omnia e diametro morti voluntariae ſunt aduerſa. Eiuſmodi enim abnegatione ſui ipſius homo calamitatibus et miſeriis quibuſque patientiam et conſtantiam inſignem teſtatur, crucem non detractat ſuſcipere atque perferre ſuam, et quocunque premeretur modo, melioris olim futurae ſortis certa ſpe atque fiducia ad vitae finem vſque perſeuerat lubentiſſime et ſequitur Chriſti ſeruatoris atque doctoris ſui ſaluberrimum exemplum.

er) Quod ab aliis patimur, non eſt cum voluntaria morte confundendum.

Digitized by Google

quid omni rationi, imo ſenſui humano conuenientius. Dic non licere permiſſumue eſſe quod minus, quod naturae, rationi, ſenſui humano magis congruit; cum id quod maius eſt, et a ſenſu naturaque communi magis abhorret, ſit non modo permiſſum, ſed etiam praeceptum: dic, vt ſoles, alterum eſſe execrabile ſcelus, cum alterum ſit pium, iuſtum, honeſtum. Prouoco ad iudicium omnium ſanae mentis hominum: iudicent, quid vel auditu tolerabilius, etiam fortibus et magnanimis viris: vtrum odiſſe animam ſuam, abnegare ſeipſum, corpori nullo modo parcere: an extrema vrgente neceſſitate ſponte ſua mori; vel inſtante certa et ineuitabili morte, ſed cum longis tormentis; ſed cum turpitudine aliqua, eligere mortem faciliorem et honeſtiorem, ſua opera inferendam. Hic ſine dubio nihil repugnat, ne amor quidem ſui, nedum odium et abnegatio ſui, a Domino ipſo diſertis verbis iuſſa. es)
Rurſus

es) Falleris quam maxime, tuaque nihil efficis loquacitate. Grauius in orbe nihil aut peſtiferum magis in orbe excogitari poteſt ea ſaeuitia, quam quis in ſemetipſum exercere non erubeſcit. Ponamus, quemquam incredibilibus excruciari plagis, aliaque poſt alia miſero abſcindi membra: nonne martyrum pluribus docemur exemplis, nihili qualeſcunque cruciatus feciſſe, nefandos nequidem ſenſiſſe dolores, et maſcule ſtantes, vincentes, atque morientes, triumphare potuiſſe, ratos, omnes huius temporis paſſiones coeleſtium gaudiorum praemio nemini comparandas fore. Qui contra ſibimet ipſis facillimo, ſi fieri poteſt, vitam adimunt negotio: id nonniſi furore ſummo et infernali deſperatione peragunt, ah! quantam ad miſeriam, ad intolerabiles cruciatus aeternos properantes, vnde nulla
Q rede m-

Rurſus Chriſtus docuit omnino odiſſe animam ſuam, id eſt vtique, nulla corporis vitaeque ſuae ratione habita, prompte eam periculis et damnis obiicere, eamque vi ſaltem externa et aliena perdere, dum pietas, iuſtitia, virtus, honeſtas exigit. et) Itaque r. id

redemtio. Ecquis non ab eiuſmodi morte, quoad mens ſana eſt in corpore ſano, cum ipſa ratione et natura hominis, abhorret? Prouoco ad ſaniorum quorumque iudicium. Miſerrimi profecto illi homines animam oderunt ſuam, ſed diabolico inſtinctu, non ex mente ſeruatoris amantiſſimi, qui viuere vult homines, non morte perire. Abnegant, ſed ita, ſe ipſos, vt Chriſti amorem ac dominium ſimul excludant, ac peſſima cacodaemonis perſuaſione, legibus cum ratione exulantibus naturae, non dubitent fieri omnium abiectiſſima et nunquam ſatis deploranda crudeliſſimi hoſtis mancipia. Corpori ſuo non parcunt, vti nec animae. Atqui maior quae poteſt excogitari tyrannis? Extrema vrgente neceſſitate poſſumus, imo debemus, mori; ſed, non noſtro ſcelere, ſed vnius coeleſtis Domini noſtri potentia et voluntate, quae vna debet eſſe noſtra voluntas. Cum certo nobis moriendum ſit, vtut non ſine tormentis, cur breuia et leuia tormenta tormentis aeternis atque grauiſſimis redimere, noſtraque manu iniquiſſima interire mallemus. Turpitudo nulla in morte et cruciatibus eſſe poteſt, quibus immerito afficimur: ſcelus vero noſtrum, voluntaria morte, merito ſummum dedecus ſequitur atque aeternum luenda turpitudo. Et bonos teſtor omnes, mortem, quam Deus et natura immittit ſuis, voluntaria et violenta longe faciliorem et honeſtiorem eſſe. Repugnant hic ſane omnia: quae, in Chriſti ſuauiſſimo iugo, ad ſalutem et voluptatem aeternam, eſſe coniunctiſſima, ſapientibus atque piis facillime patet.

et) Quid ſit, odiſſe animam, puto, ſatis clare ſupra fuiſſe

Digitized by Google

id manifeſte liquet, et ex odio illo animae conſequitur, amorem corporis et vitae eſſe, quantum quiſque poteſt, minuendum, et eo quidem vſque, vt vertatur in pium honeſtumque odium. ev) 2. Tantam eſſe virtutis dignitatem, vt pro ea conſeruanda vitam amittere

Q 2 opor-

fuiſſe demonſtratum. Quae noſter infert, Chriſtum docuiſſe, nuſquam inuenire poterit. Sed videamus conſequentia.

ev) Malus es atque diuinum calumniaris Chriſti verbum. Aeterna vult eſſe praeferenda vanis atque temporalibus, etiam illis, qui ſunt nobis chariſſimi, et ipſi vitae noſtrae. Odiſſe ergo hic nihil aliud eſt, quam minus amare, cum alioqui res eſſet noſtro amore digniſſima et nobis arctiſſimo neceſſitudinis vinculo iuncta. Non potuit Chriſtus, cuius diuina veritas et ſapientia, praecipere contraria, odium et amorem. Si odium animae ſeu vitae nobis noſtrae praecepiſſet: odium multo etiam magis valeret erga proximum, quem amare debemus vt noſmetipſos. Audiamus immutabile Numinis aeterni praeceptum Leuit. XIX. 17. *Ne odio habeto fratrem tuum in corde tuo: libere corripito proximum tuum, neque in eo peccatum ferto. Ne vlciſcitor, neque iram aſſeruato in populares tuos: ſed diliges proximum tuum ſicut te: ego ſum Iehoua.* Confer. Matth. V. 21. ſeqq. XXII. 37. ſeqq. 1 Ioh. II. 9. ſeqq. *Qui dicit, ſe in luce eſſe, et fratrem ſuum odit, adhuc in tenebris eſt. Qui diligit fratrem ſuum, in luce manet, et non eſt offendiculum in eo. Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, et in tenebris ambulat, et neſcit, quo eat.* Quanto magis eum in tenebris eſſe oportet, qui ſemet non veretur odio habere ipſum. Odium ſi quod dici poteſt pium atque honeſtum, abominatur malum, deſtructionem ſui, et quicquid diuinis humaniſque legibus aduerſatur. Pſalm. XCVII. 10. CXXXIX. 21. Amos V. 15. VI. 8.

Digitized by Google

oporteat. ex) Itaque 3. ſi virtus aliter conſeruari nequeat, vel prudenter iuſteque diffidas eam aliter a te conſeruari poſſe; ſponte, tuaque opera eſſe moriendum. ey) Nam ſumma et caput huius doctrinae Chriſti eſt odiſſe, aut contemnere ſaltem paruique facere corpus et vitam eius; tanti vero aeſtimare virtutem, vt pro ea, dum neceſſe eſt, moriaris. ez) Vtrum ſponte tua, an per vim alienam, nihil ad rem ipſam intereſt. fa) Vtrobique enim pro virtute, vel ne eam laedas et perdas, moreris. Quod ſi tamen ſit vis et mors velut ordinaria, humana et vtrumque honeſta, haec praeferri poteſt: ſi vero cum lentis et exquiſitis tormentis, quibus pauci ſunt fueruntque fortiter, vt decet, ferendis pares: ſi ſtupra, vel alia cuicunque virtuti aduerſa immineant; ſine dubio mors volun-

ex) Nulla eſt virtus, quae nefaria poſſit conſeruari nece, aut aliquo ſcelere virtutibus aduerſo. Neque licet cuiquam facere malum, vt promoueatur bonum.

ey) Si virtutes, iuſtitia, pietas, conſtantia, patientia, fides, amor, ſpes, atque fiducia, non conſeruantur, ſed peſſundantur atque in vitia conuertuntur contraria, morte hominis deſperantis voluntaria, ſequitur ſponte tuaque opera moriendum non eſſe.

ez) Vtique, cum neceſſe eſt, Deo ſcilicet volente, et vrgente natura, moriamur placide. Si quae vis etiam crudelitaſque tyranni, vt noſtram experiretur conſtantiam, interceſſerit, propter evangelium Chriſti ac profitendam veritatem, non noſtro, ſed alieno, moriendum eſt ſcelere.

fa) Atqui multum intereſt, vtrum me alius opprimat innocentem, an ego bipedum nequiſſimus, diuinae gubernationis ac prouidentiae taedio vel deſperatione, animam proiicere non erubeſcam.

Digitized by Google

voluntaria eſt arripienda. Alioquin contra hanc, de qua agimus, doctrinam Chriſti amas vitam quam nunc odiſſe deberes; prodis, aut euidenti periculo exponis virtutem: praeſertim ſi noſti te, vti alios pleroſque, non adeo magno robore animi virtutiſque praeditum eſſe: demum loco fiduciae, quam nonnulli crepant, quamque vel ab his, vel a teipſo cupiditate vitae corrupto perſuaſus, videris tibi habere in Deo, eum tentas: ac ſi is tibi daturus eſſet gratiam aliquam ſingularem vincendi omnia tormenta, et in ſtupris omnem voluptatis ſenſum ac conſenſum. fb) Itaque in Auguſtinum

Q 3

fb) Virtutem laudat, vitiaque amplectitur. Qui ſcit, ſaltem ſcire deberet, ſine ſummi rerum arbitri conſilio et voluntate, nihil fieri: et quicquid eueniat, quod non mutandum, fortiter ſapienterque ferendum: nos vero noſtraque omnia gratiae et miſericordiae diuinae eſſe commendanda, inuincibili fiducia, fore vt maximae calamitates quoque ad ſalutem et bona coeleſtia ducant, quae crudeliſſima tyranni manus eripere nobis nunquam poteſt: Domino inuito et prohibente, ſua ſponte tamen, quae perſentire nondum potuit, lenta exquiſitaque tormenta longe maiori crudelitate mauult anteuertere. Stupra aliaque virtuti aduerſa, quorum in nos nulla redundat culpa, ſceleribus longe maioribus noſtris vindicare nunquam licebit. Nullum in verbis Chriſti refugium, cui odium adeo peſtiferum in mentem non venit. Humanae fragilitati et impotentiae diuina vult atque poteſt ſubuenire ſingularis gratia potentiaque in afflictis atque miſerrimis ſufficiens. Illud vero impudentiſſimi videtur eſſe hominis, virtutum pulcherrimam, qua nos diuinae permittimus gratiae, fiduciam, tentationis ſuſpecto nomine, criminari. Tua, bone Deus, tua clementia nos nunquam tentationibus permittet,

Digitized by Google

ſtinum reiicitur id quod ipſe eodem quo ſupra loco in alios iacit: imo quicquid hic verborum, conuiciorum et calumniarum in aduerſarios effudit, in ipſum, vel opinionem eius, eamque amplexos, recte retorquentur: nempe malignos et peruerſos homines eſſe, atque in ſeipſis crudeliores ac ſceleratiores homicidas, qui dum poſſunt honeſtiore, faciliore ac mitiore morte defungi, ſponte permittunt, et velut tradunt ſeipſos libidinibus, ſtupris, ignibus, tormentis: atque hoc temerario, ſi quis vnquam, auſu exponunt ſe periculis, toties compertis, peccandi, animamque adeo laedendi perdendique. fc) Id certe Chriſtus neque hoc, neque vllo loco, vlliſque verbis docuit: quin etiam diabolo praecipitium ſuggerenti reſpondit: non tentabis Dominum Deum tuum. fd) Qui enim neceſſitate impulſi

mittet, verum tuis fidentes promiſſionibus ab omni malo nos liberabit: Amen!

fc) Haud difficulter hactenus infringere potuimus argumenta, quibus noſter ſibi longe turpiſſimum ſcelus aliquo modo colorari perſuaſit. Conuicia, in S. Auguſtinum et veritatis amantiſſimos reiecta, ne tanti quidem facimus, quandoquidem nihil probant, cauſſamque peſſimam multo etiam magis ſuſpectam reddunt. Vitia pro virtutibus venditare non niſi homo impudentiſſimus conatur, licere ſibi ratus audacia pro ſapientia vti; vel Chriſtum affirmare cum Apoſtolis et beatis martyribus, qui ſemetipſos enecare noluerunt, auſu temerario ſemet periculis et cruciatibus expoſuiſſe. Reſponſionem non merentur, ſed calamitate ſua quam maxime deplorandi ſunt, qui eo vſque, ad promouendum exitium et irreparabile damnum, inſanire deprehenduntur.

fd) Et nos Chriſti ſeruos decet repellere ſatanam, ſi praecipitia nobis ad mortem voluntariam oſtendit.

Digitized by Google

impulſi ſe praecipitant honeſte moriendi animo, longiſſime ab hoc peccato abſunt. Nihil enim minus ſperant; ſed ne optant quidem cupiuntque vitam ſibi a Deo conſeruari. Qui vero conſcii ſibi ſuae infirmitatis, et vniuerſim humanae, ſinunt ſe torqueri et ſtuprari potius quam ſponte mori, ii profecto ſunt, praeſertim poſt innumera exempla in contrarium, qui tentant Deum. Quid? quod S. Petrus Act. 15. diſerte ait eos tentare Deum, qui iugum grauius quam vt quiſquam (ſaltem ſine ſingulari gratia, et robore animi) portare poſſit, imponunt. fe)

Ex

fe) Hoc ſcilicet eſt inuertere ſcripturam, ſuaque malitia et pertinacia intelligendo facere vt intelligatur nihil. Ne Satanas ipſe quidem tanta potuit eſſe impudentia, vt Chriſto praecipitium ſuaderet, ad honeſte moriendum, ſed ad vitam ſcripturae veritatem experiendum, an fuerit angelorum manibus ita ſuſtinendus, vt pes non offendatur lapide. Scriptum vero etiam ſeruator reſpondit, *non tentabis dominum Deum tuum.* Matth. IV. 7. Sed non eſt tentatio, ſed fides et obſequium, diuinae ſemet ſemper et vbique committere gubernationi et gratiae: 1 Petri IV. 19. quandoquidem et certiſſimam et ſapientiſſimam Dei prouidentiam fallere nemo poteſt. Diffidens ſuis viribus, ſe ſuaque omnia forti et omnipotenti commendat Deo, eiuſque promiſſiones et auxilium deſperare nunquam poteſt: vt ad ſaeuientis ſuae manus opem, diuina excidens gratia rebellanſque, confugiat. Qui ſuam non vult a Deo conſeruari vitam, peruicax mancipium ſatanae, eius tantum obſequitur monitis ac tentationibus, eaque miſerrima ſeruitute in exitium ruit. Exempla mortis voluntariae ſemper deploranda, ſed nunquam imitanda fuerunt. Allegans verba

Digitized by Google

Ex dictis elucet quam valde Auguſtinus abutatur quandoque verbis et exemplis Scripturae: idem id quod Tertullianus L. de Praeſcript. oſtendit, Scripturam, vt ita dicam, rationalem et moralem, ſiue ea continentem, quae ad rationem, virtutem, mores et officia pertinent, eſſe ex rationis, vt ipſe ait, diſciplina intelligendam explicandamque. Itaque non ob verba quaedam Scripturae, nedum ob interpretationes, comminationes, vituperationes et maledicta hominum eſſe

verba Petri Actor. XV. 10. *Quid tentatis Deum, ad imponendum iugum ceruici diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare valuimus? Imo per gratiam Domini I. C. credimus nos ſeruatum iri, quemadmodum et illos*: diuinis non veretur miſcere humana. Homo homini, vel etiam homo ipſe ſibi, quod ferre nequit, imponere non debet, reſpiciens illud ſemper, quid valeant humeri, quid ferre recuſent. Apoſtolus ergo non vult, Chriſti membris atque diſcipulis ab hominibus imponi ea, quibus videantur eſſe impares. Docet Apoſtolus, ſeruari hominem non operibus, ſed fide in Chriſtum Ieſum. Tranſiens itaque a ceremoniis ad legem ipſam, in genere monet, ſi a lege tantum ſalus petenda eſſet, non autem a gratia diuina et meritis Chriſti, nullum fore ſeruandum: quoniam ſatisfacere legi nemo vnquam ſatis potuerit, ne ex patriarchis quidem, aut ipſis Apoſtolis. Sic ergo non tentandum ab hominibus eſſe Deum, quaſi non fide magis, quam operibus, ſuos ſeruare valeat. Dominus autem nouit pios e tentationibus eripere, iniuſtos in diem iudicii poenas dantes ſeruare. 2 Petri II. 9. Quam ob rem prudenter Apoſtolus 1. ad Corinthios X. 13. ſcribit: *Tentatio vos non cepit, niſi humana. Deus autem fidelis eſt, qui non ſinet vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed vna cum tentatione praeſtabit etiam exitum, vt poſſitis eam ſufferre.*

eſſe vel minimum a ratione diſcedendum. ff) Hoc vt luculentius ſtatim appareat, et ſimul

9. Permiſſam eſſe per Scripturam et Chriſtum Dominum εὔλογον ἐξαγωγὴν, en alia diſerta verba Matth. 18. Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum et proiice abs te: bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te etc. Iam ſi proprium ſenſum verborum ſequamur, vtique licet ſaltem manum, pedem, oculum, membra quaeque corporis, alias vtiliſſima et valde neceſſaria, ſi ſint ſcandalo vel offenſioni; ſi animae, virtuti, ſaluti ſint impedimento et noxae, abſcindere, eruere, proiicere; adeoque parem ob cauſam, profundere ſanguinem et vitam. Nulla enim ratio eſt, cur corpus mutilum, ſanguis et vita, etiam noxia et perniciosa ſint retinenda; cum partes corporis minus damnoſae ſint abſcindendae ac proiiciendae: praeſertim cum honeſtiorum plerique malle videantur vita priuari quam mutilari; idque cum manifeſto dedecore, quod verbis fateri pudeat. fg) Si verba

ff) Imo ex dictis clariſſime patet, non Auguſtinum, ſed auctorem noſtrum ſatis quidem impie et peruicaciter dictis et exemplis ſacrae ſcripturae abuti. Et non negamus, oracula diuina, niſi maiora vbi nobis reuelantur myſteria, rationis lumine, poſt infinitam Spiritus Sancti gratiam, illuſtrari: cum alioqui ſpiſſis caecutiremus et oberrantes, vt noſter, falleremur tenebris.

fg) Sic ergo captare verba, et ſenſum intelligere non vult. Omnia Seruator nos iubet amouere ſcandala, atque adeo

verba Domini aliter intelligamus et explicemus, vtique id fit ex rationis, vt dixit Tertull, diſciplina; atque eius ſolius autoritate mouemur. Nam, vt repetam fere verba Auguſtini, nuſquam nobis in ſanctis Canon. libris diuinitus praeceptum permiſſumue reperiri poteſt, vt a diſertis Scripturae verbis, proprioque eorum ſenſu diſcedamus; idque etiam longius: per manum, pedem, oculum intelligendo aliquem nobis carum

adeo iſtorum omnes euitare vel praeſcindere occaſiones, etiamſi nobis ita eſſent charae, ac ipſa corporis membra, manus, pes, oculus. Haec vero innocentiſſima, et neceſſaria diuinitus homini adornando data corporis membra nemini vnquam ſcandalo, ergo etiam non abſcindenda vel eruenda fuerunt. Sanctiſſimus et ſapientiſſimus autem mundi ſeruator Matth. V. 29. 30. XVIII. 8. 9. locutione vtitur prouerbiali, ſicut Matth. VI. 3. manus neſciat ſiniſtra tua, quod facit dextera, ſuis vero ſtudium commendat quouis modo euitandi peccata et ſequentem inde damnationem aeternam. Amplificatio eſt ab inuſitato deſumta, cuique maxima cura conandum eſſe peruenire in vitam aeternam, atque adeo ſcandala quaecunque vitanda fore, vt, ſi propria corporis etiam membra parteſque tui cariſſimae te impedirent, eſſe potius abiiciendae viderentur: et rationes adduntur a comparatione malorum, quorum maius fugiendum magis, ac minore redimendum eſſet. Simili quoque vtitur exaggeratione vel dicendi vulgo notiſſima conſuetudine: Matth. XVII. 20. *Si habeatis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: demigra hinc illuc, et demigrabit, nec impoſſibile quidquam erit vobis.* Vt alia ſilentio tranſeam. Neque adeo crediidiſſem inſanire quemquam, qui ſaluberrimo Chriſti abuſus conſilio, ſibi perſuaſerit licere, ſui corporis perdere membra, vel etiam, vbi fuerit viſum, atrociſſimo furore ſemetipſum enecare.

earum et vtilem, ac ſi eum relinquere idem eſſet quod abſcindere manum et pedem, atque eruere oculum. Nihilominus ſi liceat ita a verbis Scripturae et proprio eorum ſenſu recedere, praecipiente aut permittente ratione; licent etiam, eadem ſuadente, alia quaecunque, et ſingulatim mori ſponte: etiamſi verum eſſet, quod falſum eſſe demonſtrauimus, non reperiri id diuinitus in Script. permiſſum. fh)

10. S. Paulus Hebr. 2. ait Chriſtum veniſſe, vt liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant ſeruituti. Atqui ſi veniens ademiſſet libertatem, in quantacunque neceſſitate, moriendi; ſi coegiſſet inuitiſſimos quoſque, miſerrimos ac moeſtiſſimos viuere: vtique non liberaſſet timore mortis, et ſeruitute; ſed vtrique adſtrinxiſſet arctius, ac magis obnoxios feciſſet. fi) Reuoca huc ſupra dicta de libertate:

fh) Non ab ore Tertulliani vel Auguſtini, etiamſi nobiſcum ſentiunt, ſed ab ipſa diuinitus reuelata veritate ſaluberrimaque doctrina dependemus. Equidem, qui recte ſapiunt, teſtor omnes, ſi quid contra Ieſu Chriſti ſententiam, eius adhortatione pauciſſimis expoſita, vel contra ſanam rationem, quae fallere nequit, peccatum. Sed vim facit verbis noſter, et rationem ipſam oppugnat: neque voluntariam vllo modo tamen poterit probare mortem ſuam; neque perſuadere nobis, vt et nos audaciſſimam eamque ſatis apertam probemus religionis calumniam.

fi) Hebr. II. 14. 15. Chriſtus carnis et ſanguinis particeps, i. e. homo factuseſt, vt per mortem aboleret eum, penes quem eſt mortis imperium, ſiue diabolum: ac liberos redderet, quotquot metu mortis per omnem vitam ſerui-

bertate: nempe nulli rei ſeruire, nulli neceſſitati, nullis caſibus. fk) Cicero, vel alius in Conſol. enumeratis

ſeruituti ſunt obnoxii. Quod etiam pueris nuper Chriſtiana doctrina initiatis debet ac ſolet eſſe notiſſimum; Chriſtus, mundi ſeruator, propter homines, qui peccato atque adeo triſtiſſimae ſeruituti eius, penes quem mortis imperium, obnoxii, cum alias mortis ſemper verſarentur metu, factus eſt homo: vt pati ac mori poſſet, ſuaque paſſione et morte ſatanam, peccatum et mortem ſuperaret; homines vero eius amplectentes merita e ſeruitute et mortis metu liberaret. Peccatum inducit mortis ac damnationis aeternae timorem: Chriſtus autem iuſtitiae ac irae diuinae ſatisfecit, atque peccati poenam, quae temporalis, ſpiritualis aeternaque mors eſt, iam plane ſuſtulit: nequid ſeruilis metus in morte, alioqui per totam vitam formidanda, ſupereſſet. Contra pii nunc, mediante Chriſto, quandocunque Deus voluerit eſſe vitae finem, certa gaudiorum coeleſtium fiducia, hilari moriuntur animo, ſiue potius a morte ad vitam tranſeunt. Ecquis ita non cupiat diſſolui et eſſe cum Chriſto? Noſter vero ſatis impie concludit, a Chriſto non liberatos eſſe homines timore mortis et ſeruitute, ſi libertatem illis ademiſſet pro lubitu moriendi. Id vero genus hominum, qui, velut mortis ac ſatanae mancipia, ſub graui iugo ſeruitutis, perpetuo tremore et angore, hanc vitam, vtpote ipſis moleſtiſſimam, aegerrime tranſigunt: nihil participant de Chriſti meritis et gratia diuina: ſuam ipſi deſperant ſalutem; et eo vſque tortoris infernalis tyrannide agitantur, vt ſua ſponte in exitium ruant.

fk) Obſequium et religioſa diuinorum praeceptorum obſeruatio vna noſtra et longe maxima libertas: quae non ſinit nos ſeruire mundo, prauis affectibus, atque diabolo, ad internecionem vſque noſtram: ſed nos vult ſubeſſe T. O. M. Dei iucundiſſimo imperio.

Digitized by Google

meratis malis nonnullis dominationis Marii et Syllae, quam multos, ait, ex illa reip. tempeſtate commemorare poſſumus innocentiſſimos homines atque optimos, vt acerbiſſimam calamitatem effugerent, libertatem morte quaeſiſſe. Hos, vt iſtos ſupra, appellet Auguſtinus homines peruerſos, crudeles ac ſceleratos homicidas: ſed fama, hiſtoria, ratio, natura, conſenſus omnium pro Tullio, et libertate per mortem quaeſita optimos. fl)

11. Denuo Chriſtus Dominus Matth. 23. ait Scribas et Phariſaeos alligare onera grauia et importabilia, eaque imponere in humeros hominum: et ob haec aliaque vocat eos hypocritas, coecos, ſtultos: demum

fl) Dandum aliquid Caroli Sigonii, qui conſolationis perhibetur fuiſſe doctiſſimus auctor, fictionibus et luxurianti ſtilo. Sint qualeſcunque homines, Chriſti non fuerunt imbuti doctrina, neque laudandi, quod deſperantes, quam ſibi conſulere, maluerunt triſte amplecti Stoicorum decretum, atque ſua ſponte mori, ne qua ſpes ipſis ſupereſſet ſalutis. Cicero Tuſculanarum quaeſtion. lib. 1. cap. 30. *Vetat*, ſcribit, *dominans ille in nobis deus*, *iniuſſu hinc nos ſuo demigrare.* Paucis interiectis, de Socrate: *vir ſapiens laetus ex his tenebris in lucem illam exceſſerit*, *nec tamen illa vincla carceris ruperit. Leges enim vetant. Sed tanquam a magiſtratu*, *aut ab aliqua poteſtate legitima*, *ſic a deo euocatus*, *atque emiſſus exierit.* Summus quoque Stoicorum patronus Seneca epiſt. 24. *Vir fortis ac ſapiens non fugere debet e vita*, *ſed exire. Et ante omnia ille quoque vitetur affectus*, *qui multos occupauit*, *libido moriendi.* Q. Curtius lib. 5. *Fortium virorum eſt*, *magis mortem contemnere*, *quam odiſſe vitam.* Et Plato in Phaedone maiori cenſet ſupplicio afficiendum deſertorem vitae, quam deſertorem militiae.

vt talibus grauiter damnatis Vae denunciat. fm) Porro, vt ſuperius ſignificatum, Act. 15. ait S. Petrus: Quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus? Aſt vero omnes leges Moſis, omnia onera Scribarum et Phariſaeorum in vnum collata, adeo non poſſunt aequare pondus vnius oneris et legis huius, quae fingitur omnem mortem voluntariam vetare, vt ſint etiam pluma, quod dicitur, leuiora: quemadmodum conferenti et conſideranti liquido patet. fn) Olim

fm) Chriſtus carpens Phariſaeorum ſimulationem Matth. XXIII. 4. *Ligant onera grauia difficiliaque portatu, et imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere.* Sic hypocritarum deſcribit conſuetudinem peſſimam, quod ſeueriſſimi eorum ſint exactores, quae ipſi maxime negligunt: et, cum Phariſaei iactarent, ſe in cathedra Moſis ſedere, et legem Moſaicam docere, quam ſtrictiſſime obſeruandam, ligent onera quidem portatu difficilia, quae aliis imponant, ipſi vero omnium minime ferant. Sed quae Deus, imperator ſummus, ferenda ſuis imponit: illa certe haud difficulter pati debent atque poſſunt: dominus enim ipſe vires gratiamque, vt velint, ſuppeditare promiſit. Audiamus ipſius Seruatoris verba Matth. XI. 28. ſeqq. *Venite ad me omnes, qui fatigati eſtis et onerati: et ego faciam vt requieſcatis. Attollite iugum meum in vos, et diſcite a me, quod mitis ſim et humilis corde: et inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum facile eſt, et onus meum leue.*

fn) Praeter imo contra ſenſum communem et hominis naturam fingit, grauiſſimam eſſe de non occidendo legem. Capitis quaere quemcunque reum, et intelliges, acerbiſſimam ipſi atque adeo vix tolerabilem eſſe legem, quae poenam

Digitized by Google

Olim dicebantur Draconis leges non atramento, ſed ſanguine ſcriptae, quamuis non vltra ſimplicem mortem procederent: lex vero Auguſtiniana eculeis, crucibus, ignibus, lacerationibus membrorum, dentibus vnguibuſque immanium ferarum, omnibus demum omnium cruciatuum generibus ſcripta eſt; idque in dedecus, damnum, perniciem hominum, etiam innocentiſſimorum ac optimorum, vt paulo ante dictum. Hic fere, quod Cicero in Rullum, dixeris: Quis hanc legem tulit? Auguſtinus. Quis diſſenſum et conſenſum omnium populorum ac ſapientum ſuppreſſit, ſpreuit, reiecit? Auguſtinus; ac ſi nemo ante eum, et praeter eum habuiſſet rationem, vel ſatis ingenii ad intelligenda duo verba: Non occides. Quis ipſas notitias communes, quis ſenſum, rationem naturamque communem, quis impetus ex ea neceſſario fluentes, amorem felicitatis, odium et fugam infelicitatis ac cruciatuum intolerabilium, quantum in ipſo erat, aboleuit, aut ſequi vetuit? Idem Auguſtinus. fo)

12. Su-

nam illi mortis irrogat, eam contra longe omnium gratiſſimam et iucundiſſimam, quae iubeat vitae cum aliis, tum ſibi, facere gratiam.

fo) Minime gentium Auguſtinus, quem criminatur immerito, ſed ipſe Deus, legiſlator ſummus et ſapientiſſimus, cuius proponit atque commendat omnibus merito ſanctiſſimam voluntatem, prohibet occidere quemquam, multo etiam minus ſemet ipſum. Iniurius atque blaſphemus noſter, diuinas non veretur componere cum Draconis Legibus, et maioris accuſare crudelitatis: quod viuere, non mori iubeant quemque, donec, volente ipſo Numine coeleſti, per naturam aut hoſtium vim, ſoluatur vinculum, quod

12. Superioribus adde omnes eas Scripturas, quibus boni virtuteque praediti viri, timentes amantesque Deum et proximum, viri pacifici, mites, miſericordes, alii praedicantur in hac quoque vita beati. Adde etiam hoc apoſtoli Philip. 4. Gaudete in Domino ſemper. Scilicet beatus eris et gaudebis ſemper, ſi inuitiſſimus ſtupra ac tormenta quaeuis pati cogaris, nec liceat parato cupientique facilem et honeſtam mortem eligere. fp)

Cap.

quod inter corpus et animam eſt arctiſſimum, neque ab alius, vel potentiſſimi regis, arbitrio dependet. Admirabilis atque laudanda ſemper diuina Numinis prouidentia, cui res creatae ſubſunt omnes, ac refragari prorſus nihil poteſt. Si quid aduerſi contingat forſan hominibus: patientia illis opus eſt, vt voluntati ſatisfaciant diuinae, et miſericordiam obtineant. Pluribus ea patientia commendatur 2 Corinth. VI. 4. ſeqq. et omnibus ſacrae ſcripturae paginis. Rumpatur ergo, quiſquis rumpitur deſperatione et malitia: vt longe maximam experiatur calamitatem ſuam.

fp) Audiamus Apoſtolum ad Philippenſes IIII. 4. ſeqq. *Gaudete in Domino ſemper: rurſus, inquam, gaudete. Aequitas veſtra innoteſcat omnibus. Dominus prope eſt. De nulla re ſoliciti eſtote: ſed omni in re precibus et deprecatione cum gratiarum actione petitiones veſtrae innoteſcant Deo. Et pax illa Dei, quae exſuperat omnem mentem, praeſidio cuſtodiet corda veſtra, et mentes veſtras in Chriſto Ieſu.* Hoc ergo age. Qui gratiam et opem deſperant diuinam, et ſemet enecant ipſos: nimia illos oportet ſua vinci triſtitia, et beneficiis Dei, quae ſunt innumerabilia, nunquam gaudere: precibus neglectis, ſunt plane a miſericordia Domini coeleſtis alieni, neque aliud quam a ſemetipſo volunt exſpe-

Cap. 21. De interfectionibus hominum, quae ab homicidii crimine excipiuntur. Quaſdam, ait Augustinus, exceptiones eadem ipſa diuina fecit autoritas, vt non liceat hominem occidi: ſed his exceptis, quos Deus occidi iubet, ſiue data lege, ſiue ad perſonam pro tempore expreſſa iuſſione... Ideo nequaquam contra hoc praeceptum fecerunt, quo dictum eſt, non occides, qui autore Deo bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicae poteſtatis, ſecundum eius leges, hoc eſt iuſtiſſimae rationis imperium, ſceleratos morte puniuerunt.

Ne curatius agamus, nec quaeramus ſaltem, quid ante legem, de qua loquitur Auguſtinus, et ante exceptiones, ſero in notitiam vel vnius popelli Iudaici progreſſas, fas vel nefas? fq) ex allatis illis apparet

1. Legem, vel praeceptum, non occides, pro nouo

exſpectare auxilium. Ita ſcilicet erunt beati, et gaudebunt ſemper infernalibus damnatorum cruciatibus: a quibus, qui ſapiunt ſenſumque ſibi ſeruant hominum communem, non poſſunt non quam maxime abhorrere, et omnia potius in hac vita ſuſtinere patienter, quam diabolico inſtinctu corpus affligere ſuum miſerrime, et animam propellere ad paricidii poenam aeternum luendam.

fq) Friuolae quaeſtioni paucis reſpondendum, eſſe hanc de non occidendo cuiuis homine aut ſemetipſo legem antiquiſſimam, naturalem, et cum ipſo homine conditam, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus. Ciceron. orat. pro Milone cap. 49. neque minus gentes alias omnes, quam Iudaicam obligare, vel ab nefaria quacunque caede, velut inſtinctu quodam naturali, retinere.

nouo et abſurdo Auguſtini ſenſu, omnes qui occidi, omneſque cauſas ob quas occidi poſſunt, promiſcue comprehendente, pati exceptiones. fr)

2. Non omnes hominum caedes eſſe homicidia proprie et ſimpliciter. Itaque non poſſe nude et crude aſſeri, ſicut antea, nemini licere quenquam occidere, vllo in caſu, vllaque ex cauſa: ideoque etiamſi concederetur praecepto eodem vetari mortem voluntariam, non inde conſequi, nunquam, et nemini licere in quantacunque neceſſitate ſponte mori. fs) Bene Seneca Contr. 27. ft) vbi de hac lege, qui patrem pulſa-

fr) Lex illa naturalis atque diuina de non occidendo innocente intelligenda eſt, neque aliam exceptionem patitur. Homines ſcelerati ſecundum leges a magiſtratu puniendi. Et hoſtes iuſto bello, vel internecione, propellendi: ab iſtis ne occiderentur inſontes, neque res patriae publica ingens detrimentum caperet. Sic, ſalua etiam lege, vim vi repellere licet, ac eum quouis arcere modo, qui nefarie nos opprimere conatur.

fs) Si non licet occidere innocentem, multo minus amicum, qui nos beneficiis cumulat, vel quodam neceſſitudinis vinculo nobis iunctos, occidere licet; omnium vero minime noſmetipſos, qui proximi nobis, qui amiciſſimi, qui coniunctiſſimi: vt, qui ſemet, cum ſibi nunquam nocuerint, iucundiſſimam contra ſemper et vbique praeſtiterint operam, inſontes plane, non dubitant enecare, turpiſſimi habeantur paricidae, neque ſcelus, quod longe maximum, vllo modo excuſare queant.

ft) Noſtrum miror ad Senecam rhetorem prouocare, propter cuius diſciplinam, profecto nobiliſſimam et iucundiſſimam, ſupra voluit ſanctos patres atque theologos Lactantium et Auguſtinum, mendacii facere ſuſpectos. Cauſſam

Digitized by Google

pulſauerit, manus ei praecidantur: Neceſſitas magnum humanae infelicitatis patrocinium eſt. Haec excuſat Saguntinos, quamuis non caeciderint patres, ſed occiderint. Et inferius: In lege nihil excipitur: ſed

S 2 multa

Cauſſam ipſam, ſuae contrariam, ſilentio praeterit. Tyrannus patrem cum filiis duobus in arcem accerſiuit, et adoleſcentibus imperauit, vt patrem caederent. Cum lex dicat, qui patrem pulſauerit, ei manus praecidantur: filiorum vnus ſe praecipitauit, alter patrem caecidit. Poſtea, tyranno iam occiſo, accuſatur caeſi patris, eiusque manus petuntur. Hunc ergo pater defendit, alterum, qui ſe praecipitauit paricidam vocat, deplorat, *ſi qua eſt fides*, inquit, *iratus filium extuli, quod me non caeciderat. Neceſſitas magnum humanae infelicitatis* (al. imbecillitatis) *patrocinium eſt.* Imo neceſſitas durum telum, non habet legem. Hinc elegantes Laberii Mimi verſus apud Macrobium Saturnal. l. 2. c. 7.

Neceſſitas, cuius auerſi curſus impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,
Quo me detruſit paene extremis ſenſibus.

Sed mortis voluntariae nulla neceſſitas. Necem filius vterque potuiſſet exſpectare a tyranno potius, quam ſemet enecare, aut caedere patrem. Saguntina fames et neceſſitas extrema, non temeritas, aut ſponte moriendi cupido, miſeros enecauit ciues: alioqui alter alterum non mactaſſet, vitamque carnibus humanis ſuſtinere et conſeruare non ſtuduiſſet. Vnde Petronius in ſatyrico: *Saguntini, oppreſſi ab Hannibale, humanas edere carnes, nec hereditatem exſpectabant. Petilini idem fecerunt in vltima fame: nec quicquam in hac epulatione captabant, niſi tantum ne eſurirent. Cum eſſet Numantia a Scipione capta, inuentae ſunt matres, quae liberorum ſuorum tenerent ſemeſa in ſinu corpora.* Confer. Liuius lib. 21. et 23. Frontinus lib. 4. cap. 5.

Digitized by Google

multa quamuis non excipiantur, intelliguntur. Et ſcriptum legis anguſtum eſt. fv) Idem Contr. 28. Quaedam iura non lege, ſed natura nobis attributa. Item, quaedam iura non ſcripta, ſed ſcriptis omnibus certiora ſunt. fx) Bene etiam Grotius 1, 2. Docet ipſa aequitas et communis ratio, non tantum verba generalia contrahi, et ambigua commode explicari, ſed et a proprietate vſuque recepto verborum diſcedi nonnihil, vt is ſenſus euitetur, qui maxima ſecum incommoda ſit allaturus. Et ſi iſta, inquit, mens legislatoris Dei fuiſſet, haud dubie verbis quam maxime diſertis ac ſpecialibus edicendum id ei fuerat. fy) Haec Grotius contra eos qui iure diu. vetitum eſſe contendunt omne bellum, praeſertim Chriſtianorum cum Chriſtianis; idque variis Scripturis allatis clare demonſtrare videntur: ſaltem multo clarius quam qui ex ſolis verbis,

fv) Addenda fuiſſent, quae continuo ſequuntur: *interpretatio diffuſa eſt: quaedam vero tam manifeſta ſunt, vt nullam cautionem deſiderent.*

fx) Veriſſimum hoc eſt. Et multo magis obſeruanda ſunt ea, quae non ſolum nos docet cogitque natura; verum etiam diſerte legibus diuinis continentur, nullaque intercedit neceſſitas, quae contra ius diuinum et naturae quemquam vrgere videatur. Hinc iniquiſſima voluntariae mortis temeritas atque ſcelus nefandum ſemet clariſſime prodit.

fy) Equidem nihil habeo contra. Leges enim ſunt prudentibus ſcriptae. Attamen probationis inde nihil venit: legibus diuinis atque naturalibus mortem voluntariam non aduerſari.

verbis, non occides, extorquere conantur, vetitam eſſe omnem mortem voluntariam. fz)

3. Apparet vel ex exceptionibus, quas dicit Auguſtinus, praeceptum non occides, preſſe intelligendum duntaxat de caedibus aliorum, iiſque iniuſtis: de morte voluntaria, praeſertim eorum de quibus diſceptatur, nihil dicere, nihil definire. ga)

S 3 Cete-

fz) Qualis, obſecro, conſequentia vel comparatio? Iure naturae, vim vi repellere licet, ne quis opprimatur ab alio, et vitae, cuius tuendae vel conſeruandae naturalis incumbit illi neceſſitas, et bonorum, quae poſſidet iuſto titulo, iacturam faciat. Recte Cicero de officiis l. 3. c. 6. *Vnum debet eſſe omnibus propoſitum, vt eadem ſit vtilitas vniuscuiuſque, et vniuerſorum: quam ſi ad ſe quiſque rapiat, diſſoluetur omnis humana conſociatio. Atque, ſi etiam hoc natura praeſcribit, vt homo homini, quicunque ſit, ob eam ipſam cauſſam tamen, quod is homo ſit, conſultum velit: neceſſe eſt, ſecundum eandem naturam, omnium vtilitatem eſſe communem.* Ad diuerſos l. 12 epiſt. 3. n. 3. *Quid eſt, quod contra vim ſine vi fieri poſſit?* Et Vlpianus l. 1. D. de vi et vi armata: *Vim vi repellere licere. Caſſius ſcribit, idque ius natura comparatur. Apparet autem, inquit, ex eo arma armis repellere licere.* Ergo voluntaria mors omnis, quam ipſa aduerſatur natura imo quae deſtruit naturam, lege non vetita eſt de non occidendo. Multo etiam magis vetita eſt, quod magis contra hominis naturam, nec perpetrari a quoquam poteſt, quoad mens ſana eſt in corpore ſano: aut quod quis ſibimet ipſi infert damnum, vllo modo reſarciendum.

ga) Ex Auguſtini ſententia, in quam noſter maxime inuehitur, de ciuitate Dei l. 1. c. 21. excipiuntur illi ſolum, quibus ipſe Deus gerenda praecepit bella, vel ad puniendos homines ſceleratos, cum magiſtratu gladium tradidit.

Digitized by Google

Ceterum flexibus, quos ſibi hic ad circumuenien-dam et implicandam veritatem diſpoſuit Auguſtinus, relictis, res paucis clare expediri poteſt.

1. Ratio, et Deus ipſe perpetuo vetat, atque ante omnem quoque legem ſcriptam et Moſaicam vetuit quenquam ſine iuſta ac neceſſaria cauſa occidere. gb)

2. Nec ratio, nec Deus hinc excipit; adeoque quaſi manente nihilominus praecepto, non occides, inuiolato, iubet, permittit, probat, aliquos etiam ſine iuſta et neceſſaria cauſa occidi; vel quoſcunque demum, eos ſaltem quos prius vetuerat occidi. gc)

3. Eo ipſo, quod vetatur, tantum ſine iuſta et neceſſaria cauſa, occidere, tam manifeſte permittitur ex huiuſmodi cauſa occidere, quam ſi dicatur, non comedes abſque fame, licet, ea vrgente, comedere.

Itaque

didit. Quiſquis praeterea hominem, vel ſe ipſum, vel quemlibet occiderit alium, homicidii crimine innecti. Omnino hominis caedes intelligitur, ſed deſtinata, et innocentis. Praemeditata vero et deſtinata eſt mors voluntaria hominis miſerrimi et innocentis. Ergo homicidii grauiſſimum ſcelus.

gb) Vtique. Verba ſunt clariſſima Geneſ. IX. 5. 6. *Veſtri quidem ſanguinis et ereptae vitae poenas, cum ab omnibus beſtiis expetam, tum hominum inter ipſos necem in auctore cuiuſque vindicabo: vt, quoniam ad diuinam imaginem factus eſt homo, qui hominis ſanguinem fuderit, ipſius inuicem ſanguis per hominem fundatur.*

gc) Iniquiſſima haec legis calumnia eſt. Nec poteſt Deus, iuſtiſſimus iudex, probare, nedum iubere, homines ſine iuſta et neceſſaria cauſſa occidi, quos ante occidi vetuerat.

Itaque non per exceptiones aliquas, ſed per praeceptum ipſum, licet aliquando occidere. Profecto ridiculum eſt putare, Deum prius praecepto, non occides, vetuiſſe omnes et ſingulos, etiam hoſtes, latrones, ſceleratos, occidi: deinde vero aliquos, et ſpeciatim hos ipſos, quos dixi, excepiſſe ac iuſſiſſe occidi. gd)

4. Verus ergo et integer praecepti, tanquam ad omnes, ſine vllo perſonarum diſcrimine pertinentis, eoſque obligantis, ſenſus eſt: Non occides vnquam et vllum ſine iuſta, vt toties dictum, ac neceſſaria cauſa: cum

gd) Nihil efficies, argutator, ſed contra temetipſum loqueris. Nam ſi, diuina ſalua lege, nemo quemquam occidere poteſt ſine iuſta et neceſſaria cauſſa: omnium minime quiſquam poteſt ſemet occidere ipſum. Iuſtam non intercedere cauſſam, ex ſuperioribus abunde patet. Mortalium nemo ſui iuris eſt. Vni T. O. M. Deo, creatori, domino, conſeruatori, ius vitae ac necis competit, qui ſuos beneficiis omnibus cumulat, omneſque pro lubitu et ſanctiſſimo arbitrio venire, ordine ſuo quemque ſtare, et redire iubet. Huius ſapientiae et immutabili prouidentiae nunquam renitendum. Quiſque ſibi proximus, quiſque ſibi amiciſſimus, quiſque ſibi iucundiſſimus: eum erga ſemetipſum itaque oportet iniquiſſimum et iniuſtiſſimum eſſe tyrannum, erga Deum rebellem nefarium, qui ſemet ipſum, refragante natura et ratione, occidit. Moriendi neceſſitatem Deus et natura hominibus, niſi vis intercedat aliena, non homines ſibimetipſis imponunt, aut maieſtatis aperte ſemet faciunt reos. Calamitas nulla vel iniuria poteſt excogitari tanta: vt ſemet occidendi hominibus iuſtam atque neceſſariam cauſſam ſuppeditare queant.

Digitized by Google

cum ea vero, et ex ea, fas tibi, ſi volueris et potueris, occidere. ge)

5. Cum nemini minus liceat in ſe quam in alios, licet vtique, idque per hoc ipſum praeceptum, ſine vlla ſuperflua et inutili exceptione Auguſtiniana, ſeſe ſiue emittere, ſiue occidere: gf) ſi quis, dum iuſta denuo et neceſſaria cauſa exigit, voluerit. Si nolit, viuat et patiatur quicquid praeſens neceſſitas imperat. Si

ge) Ceſſante ergo cauſſa, ceſſat effectus, et nemini per leges diuinas et naturae ſemet occidere licet. Quas tu tibi imaginaris eſſe mortis voluntariae cauſſas, nullae ſunt. Longe maxima etiam vrgente miſeria, ignominia, penuria, vel quicquid aduerſi, cum intolerabilibus corporis et animae cruciatibus, in homines deuolui poteſt: virtutis et patientiae, ad exſpectandam certoque captandam coeleſtis Domini miſericordiam gratiamque ſingularem, non mortis teterrimae, hominibus piis atque mortalibus ſuppeditantur argumenta.

gf) Nihil minus. Iudici profecto licet captum torquere et cruci affigere latronem: ſemetipſum neque iudex innocentiſſimus, neque peſſimus latro, ipſa renuente natura, torquere vel occidere poteſt. Poſſumus imo debemus aditu arcere malos: arcere nos a nobiſmetipſis nunquam poſſumus; viuere autem debemus iucundiſſimo commercio, et vincere noſmetipſos nobiliſſimo vincendi genere, cum alios neque vincere, neque pro voto nobis reconciliare valemus. Nobiscum facillime, cum aliis aegerrime in gratiam redire ſolemus. Secundum legem diuinam et naturae immutabilem et ſanctiſſime ſeruandam, qui ſtudio innocentem occidit hominem eſt homicida certamque tanti criminis debet luere poenam, ἀυτόχειρ ſtudio innocentem occidit hominem. Ergo.

Si bene et fortiter; laudetur et ornetur: gg) ſi male, turpiter, ignaue; vituperetur, et pro merito puniatur: praeſertim quia non tam inuitus et coactus, quam ſponte et volens paſſus eſt. Si enim omnino noluiſſet, certoque ſtatuiſſet non pati, ſponte moriendo effugere potuiſſet. gh) Itaque bene Valerius Max. Nulla in his

gg) Vt nolimus diaboli tentationibus obſequi, voluntas diuina eſt. Mundique ſeruator, Chriſtus, vnumquemque ſuorum Apocal. II. 10. adhortatur: *eſto fidelis vſque ad mortem, et dabo tibi coronam vitae.* Hanc ergo ſibi promittere nequeunt illi, qui afflictionum impatientes, malunt ſatanae perſuaſiones audire, manuque temeraria ſaeuire in ſemetipſos, quam fideliter perſeuerare, atque ipſis impoſitam crucem forti conſtantique animo, vt vitae promiſſam adipiſcerentur coronam, et probe explorarentur, ſuſtinere ad mortem vſque.

gh) Fac officium, Deus prouidebit. Qui diuinae ſemet committit, imo totum tradit prouidentiae, ſpe fiduciaque ſua nunquam fruſtratur, et quam certiſſime a Deo, fallere fallique neſcio, incomparabilem gratiam atque pulcherrimum poſt victoriam triumphum exſpectare poteſt. Inuincibili virtutis tramite, Domino praecipienti ac ſerio volenti qui deuotiſſimam praeſtare non deſinunt obedientiam: nunquam male, nunquam turpiter, nunquam ignaue agunt, tantoque minus ſunt vituperandi aut puniendi, quod tanquam inutiles ſerui, vt debuerunt, omnipotentis et clementiſſimi domini mandata exequi ſtuduerunt, qui et ipſe illis, ex amore gratiaque ſingulari, ad omne bonum opus perficiendum, vitam vireſque ſuppeditauit. Omnem vero qui cum humanitate excutiunt patientiam, ſuamque directioni et prouidentiae diuinae voluntatem et pertinaciam opponunt; illos omnium oportet eſſe miſerrimos, ignauos, turpes, malos: neque poterunt Deum

his neceſſitatis excuſatio. Nam quibus mori licuit, ſic viuere neceſſe non fuit. gi)

DE MORTE SAMSONIS, gk)

IVXTA OPINIONEM AVGVSTINI ET ALIORVM.

Porro Auguſtinus eodem hoc Cap. 21. Nec Samſon, inquit, aliter excuſatur, quod ſeipſum cum hoſtibus

iudicem fugere iuſtum et vbique praeſentem. Sponte moriuntur, qui viuere potuiſſent, neque de futuro ſoliciti et peruicaces in exitium ruunt.

gi) Valerii Maximi nihil opus eſt monitis. Coecutiens ipſe et veritatis expers eorum iactitat l. 3. c. 2. et 3. facinora, quae laudanda non ſunt. Lib. 7. c. 6. extern. n. 2. relatum legimus, Numantinos, a Scipione vallo et aggere circumdatos, cum omnia, quae famem eorum trahere poterant, conſumſiſſent, vltimo corporum humanorum dapibus vſos fuiſſe. Quapropter, capta iam vrbe, complures fuerint inuenti, artus et membra trucidatorum corporum ſuo ſinu geſtantes. Hoc ergo ſubiungit ſtultiſſimum et inſolens effatum: *nulla eſt in his neceſſitatis excuſatio: nam quibus mori licuit, ſic viuere neceſſe non fuit.* Sic ſane intelligendo facit, vt nihil intelligat. Numantini vero etiam ſuo docuerunt exemplo, quod diximus praecipi Chriſto deuotis, iuris naturae et gentium eſſe, ac ſuo cuiuis incumbere quodam inſtinctu, vel extrema calamitate et miſeria, vitam quocunque modo conſeruare, donec immortale Numen ipſaque natura moriendi neceſſitatem imponat.

gk) Samſonis mors voluntaria non fuit: vt aliqua ratione ad deſperantium ſuaque crudelitate miſerrimorum cauſſam pertrahi nequeat. T. O. M. Dei conſilia et ſapientiſſimae gubernationis rationes laudare et admirari debemus, perſcrutari et capere omnes ſatis nunquam poſſumus. Vid. animaduerſiones noſtrae ad Robecci de morte voluntaria

ſtibus ruina domus oppreſſit, niſi quia Spiritus latenter hoc iuſſerat, qui per illum miracula faciebat. „ Hic rurſus obieceris Auguſtino iſtud ſuum, Nuſquam in ſanctis libris Canon. reperiri, Spiritum vtique Sanctum

taria exercit. p. 246. et 308. Cum eſſent Iſraelitae ſub Philiſtaeorum graui iugo, neque copiis hoſti pares ſemet in priſtinam poſſent vindicare libertatem: omnipotens Deus, quod ſaepius factum, inſolentibus atque ſua ſemet efferentibus potentia, oſtendere voluit, iſtos, non dicam perexigua manu, ſed vnius etiam viri fortitudine, frangi ac debilitari, vel ad internecionem vſque vinci, poſſe; miſerrimos vero etiam, ac diuinae fidentes clementiae, vbi nihil ſperandum, praeter opinionem facillime liberari. Ad ſtupendum illud opus Samſonem inſtruxit, qui callidus, imperterritus, et manu fortis, excitatus a Deo Iſraeliticae libertatis vindex, velut imperator inuictus, iure belli aduerſus hoſtem vſus eſt, atque cum eſſet ſolus, ille contra ſtipatus ingenti armatorum copia, variis ſtrategematibus, atque laboribus Herculeis, vim fregit formidandam hoſtium. Debilior aliquando factus laſciuia, ſuaeque Delilae peramatae auaritia et proditione traditus hoſtium crudelitati, cum effoſſis oculis ad maiorem ignominiam in carcere ſeruaretur, ad vindictam victoriamque inſignem a Deo priſtinas accepit vires, vt arrepta domus columna, eius ruinam ac Philiſtaeorum in ea congregatorum caedem promouere potuerit. Iudic. XVI. Fecit ergo, quod imperatores fortiſſimi omnes faciunt in iuſtiſſimo bello: non ſemet enecare, ſed domum, vt caderent hoſtes, euertere voluit: etiamſi caſu, quo ſuus liberandus erat populus, opprimeretur eodem: vt omni copia deſtitutus militari, ſtans acie ſolus et pugnans, vincens, moriensque triumpharet. Potuiſſet etiam ſub domus ruina ſeruari: vt caſu magis, et prouidentia diuina, quam voluntate ſua, cecidiſſe videatur.

Digitized by Google

ctum latenter hóc iuſſiſſe. Itaque ipſe id comminiſcitur et addit: non quia neceſſe eſt, ſed quia ita ſuſpicatur et vult, ne mors Samſonis velut extinguat, aut eadem ruina domus opprimat ſuam opinionem. g l) Sed putemus Spiritum S. latenter id iuſſiſſe: vnde id Auguſtino ſoli, nemine alio, quem ſcio, hoc animaduertente, poſt mille amplius annos, innotuit? Deinde quomodo potuit Spiritus S. ſiue latenter (et an publice non eſt auſus?) ſiue aperte iubere id quod ſenſu Auguſtini ſemper eſt grande nefas? An Spiritus S. aperte vetat, occulte iubet peccata et ſcelera, ad eaque inſtigat ac prodigioſe iuuat? Vel an peccata iubente occulte Spiritu S., et ideo duntaxat quia ipſe ea iubet, fiunt piae honeſtaeque actiones? Prodigioſa

g l) Veritatem defendimus, non Auguſtini ſententiam et auctoritatem. Neutiquam vero eius contemnenda commentatio, quam repetit lib. 1. contra Gaud. cap. 31. *Quod cum inimicis occidit ſe ipſum, quando ſuper ſe atque illos euertit domum, mortem, quam mox ab eis fuerat perpeſſurus, communem voluit cum illis habere, quam non poſſet euadere. Quandoquidem non ſua ſponte fecit, ſed hoc ſpiritui Dei tribuendum eſt, qui vſus eſt eo, vt faceret, quando illi adfuit, quod facere non poterat, quando idem ſpiritus defuit.* Atqui etiam ipſum Samſonem dixi non ex intentione ſemet interfeciſſe, ſed hoſtes opprimere voluiſſe, quibuscum, ſic Deo volente, oppreſſus fuit ipſe: cum, ſi fieri aliter potuiſſet, ſemet ſuperſtite ſaluo, maluiſſet iſtos perdere ſolos. Vel quis dubitat, fortem in proelio, vel arce defendenda, belli ducem, etiam cum praeſentiſſimo periculo mortis, facinus aggredi poſſe; quod ſit patriae quidem ſaluti, hoſtibus autem magno detrimento futurum? Vt facinus laudatur, aduerſus Antiochum, Eleazaris audax. 1 Machab. VI.

Digitized by Google

gioſa eſt ſine dubio iſta theologia et explicatio Scripturae. gm)

Hic obſerua Spiritum S. vtique non impellere caeco modo homines ad aliquid faciendum, ita vt neſciant ipſi quare et quomodo, bene an male, faciant: ſed infundere lumen quo videant hic et nunc recte quidque fieri, et ob iuſtam cauſam. Hanc ſi prudentibus monſtrauerit ratio, ipſa in illis idem faciet, quod in rudibus et indoctis lumen Spiritus S. ſaltem quod ad actuum rectitudinem honeſtatemque pertinet. gn) Non

 enim

gm) Imo prodigioſa haec eſt hominis impudentiſſimi quaeſtio de rebus ad eum non pertinentibus. Nunquam certe probauerit, ſcriptura tacente ſacra, Samſonem ſemetipſum enecaſſe. Facinus autem deturbatis hoſtibus laudabile per fidem, atque adeo Sancti Spiritus inſtinctum, perpetraſſe, agnouit longe ante Auguſtinum etiam Apoſtolus ad Hebr. XI. 32. vbi veteris teſtamenti adſcribitur ſanctis, qui per fidem admiranda ediderunt. In quem diuorum atque fidelium indicem profecto non venire potuiſſet, ſi tantum moriendo ſcelus admittere non fuiſſet veritus. De operationibus, gratia, reuelatione Sp. S. priuatis et publicis non temere diſputandum, omnium vero minime reſpondendum inſipientibus atque profanis. Orandus autem flexis genubus coeleſtis pater, pro infinita gratia et gloriae abundantia, nos fortiter ſuo ſpiritu corroborare velit, vt Chriſtus per fidem in cordibus noſtris habitet: ſic nulla nos vnquam poterit opprimere calamitas.

gn) Vae miſeris hominibus, qui eo vſque procedunt impudentiae vel inſaniae, vt ſuas in Spiritum Sanctum non erubeſcant euomere blaſphemias! Ita mundi Seruator ipſe, omnia, inquit, peccata, et conuicia remittuntur: conuicium autem, quod eſt contra ſpiritum, non remittetur hominibus

enim Spiritus S. facit, vt actus abſolute, neceſſario, ſemper et vbique malus, fiat bonus: id quod ſine dubio fieri nequit: ſed id praeſtat, vt actus, qui in aliis circumſtantiis, plerumque et ordinarie occurrentibus, foret

minibus in hoc et futuro ſeculo. Matth. XII. 31. 32. Marc. III. 29. 1 Ioh. V. 16. peccatum vocatur ad mortem, pro quo non orandum. Eſt melior pars hominis anima ratione inſtructa, quam ſi quis audit, fateor, ratiocinio fallere nequit. Quotus vero quiſque mortalium, vt decet, eam audire conſueuit ſemper? Neque minus in rudibus et ſimplicibus illa, quam in doctis ſuaque ſcientia elatis hominibus reperitur. Niſi vero Sancti Spiritus accedat illuminatio et ſanctificatio: rationem homines ipſi peſſundant, vel obfuſcatam peſſimis aliquando non verentur ſubiicere dominantibus affectibus. Etiamſi hominis ratio vigore ſuo perſiſtat, eiuſque ſententiis et actionibus ſapienter conſulat: in rebus religionis tamen atque myſteriis diuinis obſtupeſcit, ac ſine Sp. S. ope nihil valet. Hinc norma credendorum et agendorum non eſt ratio humana, ſed ſcriptura diuinitus reuelata mortalibus: vnde cognitas veritates diuinitus quoque illuminata mirifice nonnunquam iuuare poteſt. Nam et ratio me ipſa docet, finitum infiniti, terminatum indeterminati non eſſe capax. Omnipotentem etiam poſſe, quae vt plurimum imbecillibus videntur eſſe impoſſibilia. Vnum a tribus diuerſum, ratio dicit, formam a Deo non poſſe aſſumi humanam, partum non edi a virgine, ex nihilo nihil fieri, ad habitum non dari a priuatione regreſſum, neque reuiuiſcere mortuum, et ſimilia, quorum nobis ſacer codex in operibus diuinis oſtendit contraria, ipſaque ratio Sancti Spiritus beneficio illuminata quam lubentiſſime amplectitur. Haec enim a Deo mortalibus data, non poteſt non ſuae ſcaturiginis et immenſae veritatis aut ſapientiae cupidiſſima eſſe. Nos autem, nos miſeros

Digitized by Google

ſoret malus, ſit in his et ſimilibus ob vnam pluresue cauſas ſingulares, lumine ſuo perſpectas, bonus. Quid? quod certior tutiorque vtique eſt agendi modus per rationes diu multumque in animo expenſas ac diſcuſſas, atque ob illas, quam per ſubitum aliquem motum foris quaſi prouenientem. Cicero lepide dixit, oratores, qui altum clamarent, ob imperitiam dicendi ad vociferationem, ſicut claudos ad equum, confugere. Ita hic fere dixeris eos, qui ob imperitiam explicandi rariores actus humanos, vel officia illa περιστατικά, eorumque honeſtatem, dum neſciunt quo ſe vertant, confugere demum ad Spiritum S. Hic ipſis aeternum turpia faciet ſubito recta et honeſta. Prodigioſa denuo, ac pernicioſa etiam theologia, vel ipſis autoribus ſuis. Certe ſi Spiritus S. poteſt iubere quandoque necem ſui; manifeſtum eſt, eam non eſſe ſemper malam et illicitam: ſed dari quoque eiuſmodi tempora et caſus, in quibus liceat, et vel ipſe Spiritus S. eam iubeat. g o) Ex his vero apparet

1. Quam miſeros homunciones, quorum praeiudiciis laborans intellectus prauaque voluntas, cum doctiſſimis quibusque et ratiociniis omnibus, ſine gratia diuina, et Spiritus Sancti rationem illuminantibus donis, coecutire ſtudio, et pudefieri oportet.

g o) Quorſum, impie, haec omnia? Inſanis, neque intelligis, quae Spiritus ſunt Dei. O! ſi ratione velis recte vti: profecto ſcires ſaltem, quae bona et mala, nec ſordide aduerſus Sancti Spiritus admirandum ſapientiſſimumque regimen, aduerſus rationem et naturam rerum, aduerſus temetipſum pugnares. Quotus vero quiſque, vel mediocriter doctus, non dicam theologus, ſed humanitatis

r. Quam facile ſit theologis audacioribus, quaſcunque opiniones, etiam falſas et abſurdas, defendere, ſeſeque ex omnibus difficultatibus expedire, alios vero irretire et capere. gp) Quicquid enim dixeris, et quaſcunque rationes adduxeris, ſufficit illis opponere Auguſtinianum illud, non reperiri in Scripturis. gq) Quod ſi eas quoque attuleris, confugiunt etiam, dum aliter nequeunt, ad audaciſſimas explicationes: gr) qualis haud dubie eſt haec: Spiritum S., dum nulla ſecundum ipſos apparet ratio, nulla honeſtas, prudentia, fortitudo, iuſtitia; imo dum haec directo repugnant, latenter iuſſiſſe, vt Samſon ſe vna cum aliis opprimeret, adeoque ex ſe, et ſola iuſſione illa ſecluſa, execrabile ſcelus committeret. Id quod vel ſolum vtique deſperatiſſimae cauſae eſt argumentum; idque hinc futile, inde impium. gs)

Alii

nitatis ſtudioſus, non poterit nequitiae tuae argumenta quisquiliasque refutare? Perplacet vero ita tibi cacodaemonis obſequi nefandis perſuaſionibus: vt maximum ipſe quaerens detrimentum atque dedecus ſummum, ſenſus humani et rationis abiecto vſu, cum Stoicis perire, quam cum feliciſſimo Chriſti populo viuere, malles.

gp) Hoc vero non theologorum eſt, nec vſquam facile apud Auguſtinum inuenies; ſed peſſimorum hominum et haereticorum, quos lubentiſſime noſter Stoicus imitatur.

gq) Infelix enim et maledictus, qui aliam dicit ſtatuendam eſſe credendorum et agendorum normam, quam oracula diuinitus nobis tradita.

gr) In bonos nulla redundat religionis calumnia: quae malis, proh dolor! iucunda et valde familiaris eſſe ſolet.

gs) Ea de re iam ſatis dictum: et crambe bis cocta mors eſt.

Digitized by Google

Alii alia, ſed pari et inutili, imo ipſis cauſaeque pernicioſa audacia praetexunt: vti quod Samſon fuerit perſona, vt dicunt, publica: item typus Chriſti. Ac ſi eiuſmodi perſonis et typis fas eſſet violare praecepta Dei, et nefanda patrare ſcelera: vel e contrario, ſi quae ipſis quandoque licent, ſemper eſſent ſcelera. An eorum priuilegium ſaltem eſt, facere mala vt eueniant bona? gt)

2. Peculiaria doctorum Chriſtianorum de virtutibus, praeſertim exterorum, iudicia nullius eſſe momenti. Nulla enim ſunt certa et immota fundamenta, quibus inſiſtunt. Scripturam vero detorquent quocunque voluerint: et ſicubi ipſa deficit, attrahunt Spiritum S. ad ea etiam honeſtanda, quae ex ſe inhoneſta eſſe fatentur. Qua ratione bonum, malum, turpe, honeſtum fecerint quicquid ipſis ſic, vel aliter placuerit. gv)

3. Vi-

gt) Hanc litem non facio meam: vtpote quae neutiquam huc pertinere videtur. Sufficit, Samſonis exemplo, qualis qualis ille fuerit, mortem voluntariam defendi non poſſe; multo etiam minus, ſi, quod inſaniens noſter tantopere impugnat, haec vltima Philiſtaeorum cum ipſius Herois morte coniuncta caedes dicatur non eſſe facta Sancti Spiritus inſtinctu, vt fieret prouidentiae diuinae ſatis.

gv) Iſtius apparentiae fundamentum obſerua. 1. Doctores Chriſtiani iudicant, et vere iudicant, de morte voluntaria, Stoicis veteribus adeo familiari, praeceptis aduerſari diuinis, nec vllo modo excuſari poſſe: de virtutibus ergo eorum iudicia ſunt nullius momenti. Quoniam ſacrae nituntur ſcripturae dictis: abſit blaſphemia, certis et immotis non inſiſtunt fundamentis. Perperam rurſus bonos

3 Videri exteros, vel ethnicos et profanos, quos vocamus, quandoque melius, clarius, Deoque et naturae ac captui humano accommodatius explicaſſe lumina, et impetus diuinitus excitatos. Vide quae in hanc rem diſſerit Plutarchus in Coriolano. Confer De Genio Socratis, et Max. Tyr. Diſſ. 3. vbi praeter alia ait, oraculum diuinum et ingenium humanum res cognatas eſſe. Vt ſi quid aliud vſquam, nihil ſit ſimilius quam virtus hominis et conſilium Dei. gx)

Cete-

falſitatis et malitiae arguit, quod pro lubitu ſcripturam torqueant, et Sp. S. auctoritate ad coloranda dedecora iniquiſſime, pro lubitu abutantur. Quod qui faciunt, Chriſtiani doctores non ſunt, verum peſſimi calumniatores, et illis non diſſimiles, qui longe maximum voluntariae mortis ſcelus virtutem eſſe aiunt, atque illius conceſſionem aut praeceptum in ſacris inueniri, ſi non ſibi, ea enim flocci habent ipſi, ad fucum tamen faciendum, aliis perſuadere conantur.

gx) Noui, nec facile quiſquam, credo, inficiabitur, egregia et veriſſima, rationis ope vel inſito lumine, ab ethnicis et illis, qui extra ſanctorum communionem fuerunt, eſſe dicta non pauca; clarius autem vel melius, quam a doctoribus Chriſtianis, cum Robeccio credat Iudaeus Apella, non ego. Norunt ex operibus, et ipſius dictamine rationis, eſſe Deum, ens entium, et ſumme perfectum: ſed quis ſit, et quomodo colendus, cum ſalutis via et peccatoris reconciliandi ratione, verbo diuinitus ipſe tantum ſuis reuelare potuit. Vnde alienorum diſcimus, quas iactitarunt ad hominis perfectionem, virtutes ſplendida repraeſentare vitia. Cum eſſent idololatrae criminibuſque volutarentur ſuis: ipſa iſtos aliquando excitante natura et ratione, quendam habuerunt diuinitatis guſtum: ſcele-

Ceterum Victoria allegatus hic a Coqueo, videns cauſae nocere potius commentum explicationis Auguſt., oſtendere conatur Samſonem ſine omni reuelatione, vel inſpiratione diuina excuſari poſſe. Non enim, inquit, ex intentione ſe interfecit, ſed voluit hoſtes opprimere, et interficere; vnde mors ipſius eſt ſecuta. Optaſſet enim ipſe alios, ſi fieri potuiſſet ſe ſaluo perdere: quod ſine noua reuelatione licitum habetur. Haec ille. gy) Iam

1. Conſtat, hac quoque Victoriana explicatione admiſſa, licere aliquando, quamuis ſine vlla auctoritatis diuinae exceptione, ſeipſum occidere. gz)

V 2 2. Dicit

ſceleribus ne quam obtenderent ignorantiam, eaque dicerent aut literis mandarent, quorum confeſſione ipſi olim conuincerentur. Roman. I. 19. ſeqq. At nihil praeſtantius, nihil ſalubrius diuina lege, quae perfecta, vt reſtauraret animam, atque ſimplici daret ſapientiam. Pſalm. XIX. 8. 9. CXIX. tot. De genio egimus diſſertatione peculiari. Religioſius, quam noſter, vbique Plutarchus et Maximus Tyrius, quos laudat, ſcribunt. Hic quidem allegata diſſertatione tertia agit περὶ τοῦ, εἰ μαντικῆς οὔσης ἔστι τὶ ἐφ' ἡμῖν. Inde quod noſter allegare dignatus eſt, ſano ſenſu non negandum: paucis vero etiam interiectis, *pudet me*, inquit, *referre ſingula, ne minus digne de Deo loqui videar.* Vtinam in eo Tyrium quoque noſter imitari conſtituerit.

gy) Miſſo aliquantiſper Auguſtino, eius commentatorem, Leonhardum Coqueum Aurelianenſem, aggreditur, qui comment. in Auguſtini de ciuitate Dei l. 1. c. 21. p. 81. ſententiam recenſet Victoriae, eamque, ceu veriſſimam, lubentiſſime non dubitat amplecti. Videamus ergo etiam, quae aduerſus vtrumque profert, argumentorum pondere.

gz) In angulo ſtat baculus: ergo cras pluet. Neceſſitate

Digitized by Google

2. Dicit Victoria id licitum haberi ſine noua reuelatione. Concedo. Sed

3. Inauditum et intolerabile eſt, actionem ex ſe malam, vt ponitur, fieri bonam per ſolam intentionem, ac per eam quidem quam neceſſario ſequitur effectus malus, ſiue eum intendas, velis, optes; ſiue non. Talis autem fingitur hic fuiſſe intentio Samſonis, vtpote neceſſario trahens malam ſemper, vt contendunt, necem ſui. Si id admittimus, licebit quaeuis ſcelera patrare, modo patrans intendat, velit, optet aliud, quam id, quod reipſa facit. ha) Licebit e. g. furari, ſi non intendas damnum alterius, ſed lucrum duntaxat et commodum tuum: hb) quod optares quidem

tate ac ſalute populi ſui vrgente, ſine reuelatione aut inſpiratione alia, hoſtem occidere licet hoſti. Neutiquam, hominis ipſa prohibente natura et ratione, diuina etiam lege prohibente, nunquam homini licebit occidere ſemetipſum. At falſa nititur ſua hypotheſi, quod negat cum Victoria Coqueus, Samſonem obiiſſe morte voluntaria, qui, Deo volente, profecto viuere maluiſſet.

ha) Intentio eſt ipſa voluntas: qui ergo moritur ſine intentione, mortis voluntariae non poteſt eſſe reus. Nec ordinaria ſtatuitur in eum poena, qui caſu et fortuito percutit alium ſine intentione aut voluntate ſua. Neque alio, niſi volens, poteſt peccare modo, nedum patrare ſcelera: vt noſter ſtudio confundit omnia, nec vlla ratione ſemet expedire nouit. Cum delicto ſemper coniuncta eſſe debet ipſa delinquentis voluntas.

hb) Quaſi haec diiuncta aut diuulſa eſſe queant. Qui furatur, et ſuum quaerit commodum, et alterius damnum. Si quid imprudens mihi tribuo, quod alterius eſſe neſcio: niſi immerito, furti non poſſum accuſari. Et ſic ſatis per ſe patent reliqua.

Digitized by Google

dem alio modo promouere; ſed quia nunc aliter non potes, niſi furando: itaque furaris, et bene facis, vel excuſari ſaltem potes iuxta hanc doctrinam Victorianam.

4. Falſum eſt, et verbis Scripturae contrarium, Samſonem non voluiſſe in iſta neceſſitate ſuam ipſius mortem: Moriatur, inquit, anima mea cum Philiſthiim. Et poëta recentior, Guil. Dondinus S. I.

. . . . . Sponte cadens frangenda ruinis
Membra dedit, voluitque mori, ne viueret hoſtis. hc)

Et ſi noluit, quis eum inuitum coëgit? hd) Sed optaſſet, inquit, ipſe alios, ſi fieri potuiſſet, ſe ſaluo perdere. Non quid optauerit, ſed quid fecerit, quaeritur. Deinde hoc commune eſt omnium qui in graui neceſſitate aliquid faciunt, etiam eorum qui ſe educunt. he)

 5. Ho-

hc) Perinde ſuam oppoſuit animam aut vitam imminenti periculo, ac fortis belli dux, proelium committens, vt vinceret hoſtem, ſi fortuna velit, ſibimetipſi parcere nequit. At manus ſibi non intulit ipſi: neque ſui, ſed hoſtium occidendorum cauſſa, fecit, vt corrueret domus: quamuis ipſi timendum, ne mox mox enecandus ab iſtis, eadem ſepeliatur ruina.

hd) Noluit ſeſe, at voluit perdere hoſtes: nihil ergo in eum redundat peccati. Neque aliud fecit, quam quod ipſi viſum pertinere ad ſcopum obtinendum, qui patriae communis et publica erat ſalus; neutiquam vero, ni caſus et fata voluerint, ipſius praemeditata caedes.

he) Qui, obſecro, id dicere poteſt? Sunt aliquando, proh

5. Honeſtiſſima quae Samſoni attribui poteſt intentio eſt, qua voluit quacunque morte fortiter finire captiuitatis, ſeruitutis et caecitatis ſuae mala ac opprobria, atque demere hoſtibus materiam calamitatibus ſuis gaudendi, iiſque petulanter inſultandi. Quicquid ab hac mente alienum addideris; vel fingitur, vel turpius eſt, aut minus excuſabile. hf) Alias conſtat quoque magna, militaria et heroica ingenia animoſque non ſinere ſe arctioribus philoſophiae aut theologiae legibus

proh dolor! qui extremo furore, et neſcio qua morbi vehementia et anxietate, ſemet cum inſtituunt dare praecipites, aut ſubmergere aquis, alioue ſibi nocere modo; imaginantur ſibi, ad amoena procedere loca, paradiſi appetere delicias, et omnibus incedere gaudiis. Praecoptant id certe, et faciunt quod ipſis quam maxime contrarium vel exitioſum. At qui ſtudio ſemet, ſecundum peſtifera Stoicorum placita, conantur educere, nec aliud optant, et faciunt, cuius nimis ſeram in continenti oportet ſuboriri poenitentiam.

hf) Noli fingere, vir bone, aut vehementius iraſci. Qua fuerit mente Samſon, ille per viginti annos populi Iſraelitici vindex atque Philiſtaeorum fortiſſimus hoſtis, optime teſtatur ipſe, cum excoecatus ludibrio vix viuere videretur, atque ſuas nollet in ſeſe conuertere manus, extrema ad ſummum Numen directa eaque perbreui oratione, Iudic. XVI. 28. *Domine Ieloui, recordare mei, obſecro, et confirma me tantum hac vice, o Deus! Et ſumam de Peliſchthaeis vltionem ſemel propter oculos meos ambos.* Et, quod petiit, a Deo, vt Iſraelitae liberarentur, atque vis hoſtium vnius viri manu frangeretur, non ſolum obtinuit, verum etiam ſua, ne quid laboraret vlterius, ipſe miſeria liberatus eſt.

Digitized by Google

bus conſtringi. hg) Impetum ſuum et quo gloria, decus ac ſpecies quaedam maior honeſtatis vocauerit, ſequuntur. hh) Marius aliquando dixit, inter armorum

hg) Non ſunt philoſophiae ſanioris aut theologiae leges aliae, quam quae ordinum, dignitatum, conditionum quarumque hominibus ſingulis et omnibus ab oraculis diuinis ipſaque ratione ſuppeditantur: quaeque ſimul omnia, magna et parua, militaria et ciuilia, heroica et ſubmiſſa ingenia naturaliter ac religioſe ad obſequium atque piam obſeruationem obligant. Si quis ferocius contra niti, leges ſibi fingere peculiares, aut effrenata brutaque animalia imitari velit, imo et ſuperare aliquando immanitate ac turpitudine: damnum ſero nimis ſentiet ipſe, atque ſuam, vindices domini et iudicis ſummi experiendo manus, ſtultitiam feritatemque deplorabit. Quoquo ſe res habeat modo, non hic de facto, ſed de iure quaeſtio eſt. Ac plures ſemet trucidarunt imbecilles mulierculae, delirio vel deſperatione adacti homunciones nequam, imparia ſeruituti mancipia, puſilli ac miſerrimi nebulones, quam viri fortes et magnanimi. Vel ſuam eo ipſo deſeruerunt virtutem: quod, ſi hoſtes olim vincere conſueuerunt, peſſimis non dubitant ſuccumbere affectibus ſuis. Nam fortior qui ſe, quam qui munitiſſima moenia vincit: et regium eſt regi ſaluberrimis legibus, atque ſuam illis felicitatem ſtabilire.

hh) Impetus omnis periculoſus, nec facile ſapientem aut fortem virum praecipitare poteſt. Inſtinctum vero qui ſequitur naturae, ſuaque, vt decet, ratione vtitur: eo certe nunquam perueniet inſaniae, quo deſperantes furenteſque audacia, non decus, ſed turpitudo, non gloriae, ſed exitii cupido, ne minima quidem honeſtatis ſpecies, verum ignominioſa et inſolens peruicacia, vocat aut rapit. Virtutem atque honeſtatem qui ſeruat, cane peius et angue, nefandum mortis voluntariae ſcelus fugit.

Digitized by Google

morum ſtrepitum ſe verba iuris exaudire non potuiſſe. hi)

Quae diſſertat Auguſtinus Capp. 22. 23. et 24., vbi etiam de Cleombroto et Catone, eiuſmodi ſunt, vt inde aliis interſertis extorquere conetur, mortem voluntariam nunquam reuocari poſſe ad magnitudinem animi:, quia maior, inquit, animus merito dicendus eſt, qui vitam aerumnoſam magis poteſt ferre quam fugere. Et non fecerunt, ait, patriarchae, non prophetae, non apoſtoli. „ Augebo ipſe ſtatim in immenſum numerum, dicamque, non fecerunt plerique mortalium: non ignauiſſimi quique: non infantes omnes, pueri, puellae: non innumerae anus, feminae, ſcorta, meretrices, lenones, demum plerique omnes in voluptates, libidinem et Venerem proiecti. Ecce quam facile eſt hic imitari patriarchas, prophetas, apoſtolos ipſos! Quanta ſunt agmina et antecedentium et ſequentium! hk)

Ceterum

hi) Inter arma ciuiles non audiuntur leges, illae vero, quae ſunt naturae, et ſui conſeruationem cuique imperant, vt pace, ſic bello, etiamſi foris perturbata et confuſa ſunt omnia, quam fortiſſime intrinſecus vnumquemque ad ſalutaria et honeſta perpetranda impellunt. Accedit, quam Chriſto debemus, fides certaque fiducia, quam, niſi deſperantes, ſine Chriſto ſeruatore ac domino noſtro infeliciſſimi, culpa noſtra perire velimus, ad vitae finem vſque firmam retinere debemus. Hebr. III. 6.

hk) Relicto tandem Coqueo, ad Auguſtinum ipſum redit, cuius infenſiſſimum propterea ſemet oſtendit eſſe hoſtem, quod ſibi in voluntaria morte defendenda fauere noluerit. Alioqui pontificiorum non facile quemquam reperies,

Ceterum ea quae ex Auguſtino attulimus merae ſunt (pace eius et admiratorum dixerim) confuſaeque nugae

peries, qui in S. Auguſtinum inuehere auſus fuerit. Neque adeo mirandum, quod noſter apoſtata, qui forſan atheorum magis, quam Ieſuitarum caſtra ſecutus, cum vitia in virtutes conuertere, veritates in mendacia transformare non erubuerit, ipſique diuino parcere noluerit codici, oraculorum interpretem pium atque felicem fuerit criminatus ſatis impudenter: vt blandis ſatanae tentationibus genioque liberalius indulgeret ſuo. Qui veritatis ipſius ſunt inimici, eius profeſſores ferre non poterunt. Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 1. c. 22. ſincere et veriſſime ſcribit, nullam in iſtis animi eſſe magnitudinem, qui aſpera tolerare nequeant, aut ſemet, propter aliena peccata, interimere non vereantur. Mentem magis infirmam prodere, nec duram ſui corporis ſeruitutem, nec ſtultam vulgi opinionem ferentes. Maiorem merito dicendum eſſe animum, qui vitam aerumnoſam ferre magis poteſt, quam fugere; iudicium vero humanum, quod erroris inuoluitur caligine, prae conſcia recti ſua mente, contemnit. cap. 23. Multos ait ſemet interemiſſe, in manus hoſtium ne venirent. Non quaeri, vtrum ſit factum, ſed vtrum fuerit faciendum: quando quidem ſana ratio exemplis ſemper anteponenda fuerit. In perſecutionibus ſic ſane non patriarchas, non prophetas, non Apoſtolos feciſſe: quoniam et ipſe Dominus Chriſtus, cum perſecutiones imminerent, ſuos fugere quidem monuerit de ciuitate in ciuitatem, neutiquam vero manus inferre ſibi. Ecquid rei vel cauſſae potuiſſet ſcribere conuenientius aut certius? Sed malitiam vide ſummamque in bonos noſtri auctoris excoecati impietatem. Non enim erubuit cum patriarchis, prophetis, et apoſtolis, ignauiſſimos quoſque, pueros, lenones, ſcorta, et meretrices componere: vtut praemonuerit Auguſtinus, omnino cum ſana ratione ſanctorum

Digitized by Google

nugae et fallaciae. hl) Ac primum quidem manifeſte apparet ex quaeſtionibus initio poſitis fallacia, quae dicitur Ignoratio elenchi, ſiue ſummae rei de qua agitur. hm) Fac mortem voluntariam non poſſe reuocari ad magnitudinem animi Auguſtinianam, neſcio quam, et neſciuit ipſe: certe non definiuit. hn) Ne dicam

conuenire exempla, tanto digniora imitatione, quanto excellentiora pietate. Alioqui ſpectandum ſemper, non quid ante factum, ſed quid fieri ſecundum diuinas et humanas leges debuerit. In ſanctis virtutum exempla nobis ad imitandum propoſuit Deus, vt eorum veſtigiis ad ſalutem veramque felicitatem peruenire poſſimus. Et noſter ille peſſimorum quorumque hominum vitia eodem vellet habere pretio: ſunt enim illi ſimiles, et qui ſub iugo ſatanae triſtiſſimo contremiſcentes voluntaria morte in exitium ruunt, omnium ſanctorum loco: hi ſapiunt, hi virtute pollent, hi fortes ſunt et magnanimi viri.

hl) Audin', peruerſo calumniatoris iudicio, veritates eſſe confuſas nugas, ſapientiam fallacias?

hm) Norunt omnes controuerſiae ſtatum: vtrum variis ingruentibus malis, egeſtate, fame, morbis, perſecutionibus, ſeruitutis mortisue periculo, honoris aut bonae famae naufragio, ſimilibus, homini voluntaria morte ſemetipſum liceat educere: an, calamitatum quarumque non habita ratione, homo ad vitae finem vſque auxiliatrices domini coeleſtis debeat exſpectare manus, omniaque conſtanti ac patienti animo perferens, quoad rerum ſummus arbiter eum dimiſerit, ſtatione ſua, quamuis pluribus hoſtium inſultibus turbata, perſeuerare. Et hoc defendimus: illud, hominis rationi et ipſi naturae aduerſum, diuinis et humanis quoque legibus prohiberi, quam conſtantiſſime aſſeueramus.

hn) Rem vulgo notiſſimam definire non opus erat. Conſtat

Digitized by Google

dicam in coacta patientia dirae famis, ac neceſſitatis occidendi et vorandi homines, vel alia dictu foeda, vix locum habere fortitudinem, aut magnitudinem animi; neque in patientia deliriorum et furorum: in patientia vero ſtuprorum et adulteriorum apparere etiam turpitudinem. Vtique turpe, aut ſane ridiculum eſt dicere, fortiorem maioremque eſſe animum, qui plura poſſit pati ſtupra, aut qui ea magis poſſit pati, quam fugere. ho) Praeter tot alia exempla, occur-

Conſtat enim inter omnes, animi magnitudinem eſſe conſtantem et perpetuam voluntatem ita ſecundum rationis perſuaſionem et ſummi numinis voluntatem viuendi, vt moderatione et prudentia inſigni aeque fortunam vtramque ferat. Non eſt profecto mortale, quod magnanimus optat homo, vt ſemper et vbique viuat ſua ſorte contentus, omneſque repellat iniurias generoſo contemtu. Ita mihi ſaltem videtur. Viſum dubio procul etiam Auguſtino. Quem quod noſter intelligere non vult, intellexerit certe, vt exercitatus eſt Ieſuitarum more philoſophus, ſummum Ariſtotelem. Ille ad Nicomachum de moribus lib. 3. cap. 11. *mortem*, inquit, *ſibi conſciſcere, vt vel paupertatem, vel amorem, vel moleſti quidpiam fugiamus, fortis viri minime eſt, ſed potius timidi: quippe cum laborioſa fugere, mollities ſit: neque hanc mortem ſuſtinet quiſpiam, quia honeſtum ſit, ſed vt malum euitet ac fugiat.* Idem ethicorum ad Eudemium lib. 3. cap. 1. *Neque ſi quis dolorem fugiens, quod ſolent multi, mortem acceſſat, fortis fuerit. Quemadmodum et Agathon inquit, praui namque homines, doloribus victi, mortem optant. Veluti Chironem fabulae perhibent, ob dolorem vlceris mortem optaſſe, licet immortalem.*

ho) Fugienda ſunt vtique ſtupra vel adulteria, quibuscunque fieri poteſt modis, neutiquam vero, tanquam aliena

occurrit nunc quod de Heracleenſibus refert Iuſt. 16, 5. Clearchus tyrannus, ne quid mali afflictis honeſtiſſimis domibus deeſſet, vxores eorum filiaſque nubere ſeruis ſuis, propoſita recuſantibus morte, compellit. Sed matronis tam lugubres nuptiae grauiores repentinis funeribus fuere. Itaque multae ſe ante nuptias, multae in ipſis nuptiis, occiſis prius nouis maritis, interficiunt, et ſe tam funeſtis calamitatibus virtute ingenui pudoris eripiunt.,, hp) Fac, inquam, mortem voluntariam non poſſe reuocari ad magnitudinem animi, praeſertim Auguſtinianam: ſatis fuerit, ſi reuocari poſſit ad prudentiam, ſine qua nulla eſt vera virtus, falſa autem omnis quae iactatur animi magnitudo: ſatis, ſi ad cautionem et fugam inhumanae crudelitatis, violentae ſtuprationis, demum perpetuae infelicitatis. Satis, ſi ad magnitudinem animi, vel fortitudinem Stoicis aliiſque philoſophis deſcriptam: nempe ſcientiam rerum formidoloſarum contrariarumque, aut perferendarum, aut omnino negligendarum. hq) Vide Cicer.

na ſceſera, proprio et longe maximo ſcelere, quod voluntaria morte committitur. Vis illata et omnis turpitudo, ſine partis oppreſſae peccato culpaue vlla, in auctorem redundat: vt caedis non poſſit eſſe cauſſa innocenti.

hp) Fuerat minime approbanda tyrannis et miſerrima ſane conditio mulierculanum: quae, niſi fuga alioue modo ſuam potuiſſent tueri caſtitatem, a tyranno mortem exſpectare debuiſſent propoſitam, non, nouo ſcelere, ne occiderentur, ſemet occidere ipſas.

hq) Neque vlla in deſperatione et voluntaria morte reperitur prudentia. Haec enim quocunque modo nouit cauere ſibi, neque, ad perniciem vel irreparabile damnum, cum

Cicer. 4. T. Q. n. 53. vbi affert quoque alias varias fortitudinis definitiones, quarum quamque ait aperire notionem noſtram, quam habemus omnes de fortitudine tectam atque inuolutam. Et in vniuerſum virtus realiter, vt dicitur, nihil eſt niſi animus opinionibus falſis purgatus, et ratio perfecta, adeoque prudentia, ſapientia, vel ſcientia Socratica, id eſt, clara, firma, immota boni malique humani. Haec, inquam, eſt

cum furore aut crudelitate hinc orta habet quidquam commune: eam contra homines docet cautionem atque malorum fugam eſſe miſerrimam, quae non ad ſalutem, ſed maius malo fugiendo malum exitiumque praeſentiſſimum ducit. Perperam igitur noſter ab ſimulata fictaque prudentia redit ad illam triſtem Stoicorum fortitudinem et, quae puſillanimitas vere nominanda, magnitudinem animi. Potius audiatur Ioſephus de bello Iudaico l. 3. c. 14. vbi veriſſima oratione ſocios a voluntaria nece detinere ſtuduit: quam animaduerſionibus noſtris ad exercit. de morte voluntaria pag. 245. laudauimus. Inter alia, *timidus*, inquit, *eſt, et qui non vult mori, quando oportet, et qui vult, quando non oportet. - - Quis enim ignorat, femineae timiditatis eſſe, et muliebris formidinis, ne moriare, mori velle. An quia grauiora ſupplicia exacturus eſt aduerſarius, ideo praeueniendum putatis? At viri fortis eſt, ſemet occidere: imo vero ignauiſſimi, quantum opinor. Nam et gubernatorem timidiſſimum puto, qui tempeſtatem metuens, ante vim turbinis nauem ſponte ſubmergit. Quin etiam propria manu perire, a communi omnium animalium natura diſcrepat: eoque modo in creatorem noſtrum, Deum, ſummum ſcelus admittitur.* Eademque ſententia eſt Platonis de legibus lib. 9. et Galeni de locis affectis lib. 5. Nec facile quiſquam, niſi malus, dubitauerit vnquam, αὐτοφονίαν καὶ αὐτοχειρίαν non fortis aut magni, ſed abiectiſſimi puſillique eſſe animi.

virtus: alia omnis nihil niſi σκιαγραφία, ſiue adumbratio quaedam, nihil ſani verique poſſidens: ceu pulcre oſtendit Socrates apud Platonem in Phaedone. hr) Speciatim autem fortitudo ita poſita eſt in ſcientia rerum perferendarum, vt hac ſola ſubtracta, quaecunque patientia aerumnarum, vel vitae aerumnoſae ſit inanis, ſtulta, bruta. hs) Profecto ſi ex patientia nuda aeſtimaueris fortitudinem, omnes beſtiae, vti ſunt hominibus patientiores, ita erunt quoque fortiores. Imo iuxta Auguſtinianum illum concludendi modum, cum illi non ſint fortes, quibus alii ſunt fortiores; ſolae beſtiae erunt fortes, homines vero ignaui: illi quoque, qui ferunt quidem aerumnas, ſed non ſine triſtitia, nec facile ſine gemitibus, ſuſpiriis et lamentis; aliquando nec ſine lacrymis et eiulatu: quae omnia a patientia beſtiarum abſunt, vel breui euaneſcunt. ht) Certe

hr) Atqui haec noſter contra ſemetipſum ſcribit, eo vſque obnubilato animo, vt ne vitia quidem a virtutibus apertiſſima diſcernere queat. Nec ſcelus mortis voluntariae maximum defendere conaretur, ſi animum opinionibus falſis purgatum haberet, ac ratione, non dicam perfecta, ſed aliquali, atque adeo prudentiae quadam particula vti vellet.

hs) Sit ergo, vt nobis perſuadet, fortitudo rerum perferendarum ſcientia: qui perferre nequit, aut non vult, neceſſario perferenda, quoniam a voluntate diuina dependent, neque prudens, neque fortis meretur dici.

ht) Pari modo, vt patientiam, poteſt etiam fortitudinem animalibus tribuere brutis. Eaque, per me licet, cum Rorario credat, melius ratione vti, quam homines. Hoc vero ſatis certe ſcio, ex omnibus nullum eo vſque feritatis

Certe ſoli Celtae exiſtimabuntur fuiſſe fortes, de quibus refertur, quod turpe aeſtimarint parietem aut domum corruentem fugere: inundatione autem maris ingruente armati occurrentes ſuſtinuerint, donec vndis obruerentur, ne viderentur fugiendo mortem pertimeſcere. hv) Porro diſerte ad noſtram ſententiam Clemens Strom. 7. Nonnulla quoque recte fiunt (externa ſpecie) ab iis qui non ſunt cognitione praediti: ſed non ex ratione, ſicut in fortitudine. hx) Nonnulli enim cum ſint natura iracundi, et deinde id abſque ratione aluerint, ad multa citra rationem quodam feruntur impetu, faciuntque ſimilia iis qui ſunt magni

ritatis progredi, vt ſemet enecare velit: e contrario inſtinctu naturali omnia quocunque modo vitam tueri et pro viribus conſeruare.

hv) Noli quaerere de tota eaque ampliſſima gente, vt omnes ad ſolem occidentem populi, Germani, Galli, Hiſpani, cet. venerunt Celtarum nomine: quorum alii fortes, alii magis minusue timidi, alii inertes, alii audaces fuerunt. Omnes vero ſalutis ac vitae inprimis ſuae perquam ſoliciti cuſtodes ac manu ſtrenui fuiſſe dicuntur. An ſoli fuerint fortes, quaeſtio ineptiſſima, nullaque reſponſione digna videtur. Pars aliquando in exercitu fortitudinem audaciamue tantam prae ſe tulit: vt eiuſmodi bellica fortitudo et audacia, quae cum propriae ſalutis contemtu coniuncta, vulgo Celtica diceretur. Vnde Ariſtoteles ethicorum ad Eudemum l. 3. cap. 1. oper. tom. 2. p. m. 276 exemplum petiuit, ſi Celtae ſumtis armis, occurrant fluctibus, fortitudinem prorſus fore barbarorum furioſam. Attamen erit minus tamen furioſa, quam ſi quis voluntaria morte in exitium ruit.

hx) Fortis actionibus, inconſulta ratione, dici nemo poteſt.

magni et excelſi animi: adeo vt ſordidi et illiberales opifices eadem nonnunquam recte gerant, quod attinet ad tolerantiam: ſed neque ex eadem cauſa, ex qua qui praeditus eſt cognitione, neque idem ſibi proponentes. . . Quaecunque ergo fit actio a ſciente, ea eſt recta actio: quaecunque ab inſciente, mala eſt, etiamſi maxime perſiſtat et in hoc propoſito maneat. hy) Et Iamblichus apud Stob. Serm. 7. atque alicubi Plato in eo potiſſimum ponunt fortitudinem quod eadem ſemper conſeruentur rectae opiniones. hz) Conſentit quoque

hy) Interea temporis, quod quis iraſcitur, omnino ſibi cauere debet, ne quid turpis admittat peccati. Si quando rationi dominatur ira: fieri plerumque ſolet ex homine beſtia: tantumque abeſt, vt fortitudinis mereatur laudem. Virtus incomparabilis haec atque nobiliſſimum vincendi genus, ſe ipſum vincere poſſe. Impetus citra rationem raro poſſunt prodeſſe homini, neque ex fortitudine oriuntur, ſed ex matre, quam animalia bruta communem habent, audacia feroci. Vitia, nedum ſcelera, virtutis aliquam ſpeciem prae ſe nunquam ferre poſſunt. Et qui ſciens intelligenſque peccat, atrociori ſemper fuit dignus poena. Si quis imprudens, vel ex ignorantia, perpetrat malum, in culpa ne quidem verſari videtur.

hz) At, qui deſperantes in ſemet ſuas conuertunt manus, eaſdem et rectas non ſemper conſeruant opiniones: ergo non ſunt fortes. Iamblichum certe apud Stobaeum ſerm. 7. p. 89. contra ſe noſter habet totum. Graeca vt fecerunt Latina, *fortitudo*, inquit, *primaria intelligatur quaecunque immota intellectualis facultas, et maximi vigoris intellectualis actus, mentiſque conſtantia, et immutabilis habitus intra ſeſe. - - Poſt haec demum, ea, quae circa grauia et non grauia, circa metum et confidentiam, circa voluptatem et do-*

Digitized by Google

quoque Ariſt. Eudem. 3, 1. vbi loquens de timidis et audacibus, vtroſque viſis vel opinionibus ſuis decipi ait. Illis enim non horribilia videntur horribilia; et quae leuiter metuenda ſunt, vehementer: contra vero audacibus. ia) Rurſus Serm. 8. apud Stob. Hierocles ait timiditatem eſſe corruptionem legitimi iudicii de rebus metuendis, aut non metuendis: vel ignorationem terribilium, non terribilium, et neutrorum. ib)

Sed

et dolorem, fortiter reſiſtunt affectibus, et ſemper conſeruant, eaſdem rectas opiniones atque competentes et mediocres habitus animi ſeruant, et manſuetum reddunt eum, qui rationi paret, et excitant eum pro tempore. - - Inde ſtrenuitas rerum agendarum omnino inuicta et inexpugnabilis, quae ſponte honeſta et propter ſe ipſa eligit et peragit, quaeque bonorum cauſſa omnes labores et pericula perfert, ſeque ipſam alacriter dat ad ea, quae videntur difficilia, et quae mortem meditatur, ſubitque magno animo, et cruciatus facile fert et capeſſit. Haeccine omnia ſunt morti voluntariae contraria: quae fortitudinem in vecordiam atque timorem conuertit, et nihil omnino laudis, vituperium autem longe maximum, a fortitudine praeſtantibus viris, exſpectare poteſt.

ia) Eo quidem loco, vt paulo ante dictum, Ariſtoteles vehementer in mortem voluntariam inuehitur. Et nihil timidius vel audacius illis excogitari poteſt, qui omnia deſperantes eo vſque ſuis opinionibus decipiuntur, vt furiarum inſtar non vereantur ſaeuire in ſemetipſos. His profecto, ſi cuiquam alias, horribilia videntur, quae non ſunt; ac vehementiſſime timenda, quae leuia, et parum, vel plane non, ſunt timenda ſapientibus.

ib) Atque etiam ita recte Hierocles apud Stobaeum ſerm. 8. p. 95. timiditatem deſcribit: atque ſua ſemet enecantes deſperatione pudenda graphice depingit. Ea enim

oritur

Sed ſac nec ad prudentiam, cautionem, fortitudinem; nec ad vllam virtutum principum referri poſſe mortem voluntariam: inde tamen non ſequitur, adeo non eſſe licitam, vt ſit execrabile iuxta Auguſt. ſcelus. ic) *Non poſtulo*, inquit ille apud Sen., vt *glorioſum*, ſed *vt tutum* ſit *mori*. id) Vtique autem licet ambulare, licet comedere et bibere, licet ſe lauare, fricare, tondere: quamuis ex ſe ad nullam virtutem, certe non ad magnitudinem animi pertineant. ie) Licuit

oritur e corruptione iudicii de rebus metuendis: vt formidine rerum aduerſarum atque calamitatum, quae, ſi grauiſſimae, ſunt tamen ferendae ac breuiſſimi temporis, intolerabiles aeternoſque malint ſubire cruciatus, ac ſibimet ipſi, abiecta cum ratione anima, inferre penitus excoecati longe maximum et irreparabile damnum.

ic) Ex illis, quae hactenus ſatis quidem copioſe et perſpicue dicta, facillime clariſſimeque, puto, cuilibet patebit, αὐτοχειρίαν non modo nullam virtutem, ſed vitium longe atrociſſimum eſſe, vel, quod idem, execrabile ſcelus: vt nullo modo, per diuinas aut humanas leges, poſſit eſſe licita.

id) Itane vero quiſquam tuto moritur, cui, quod ipſe ſciens volenſque ruit in exitium, aeternae mortis imminet periculum?

ie) Ludere noli, vel ineptire. Toto coelo terraque tota differunt, mori, et ſuo quidem ſcelere mori, atque ambulare, comedere, bibere, aut lauare ſeſe: quandoquidem ab hominis morte tota eius dependet ſalus: vt, quo quis caſu cadat, aeternum iacere dicatur. Caedem hominis cuiuſcunque, ſi lubet, cum lautiori compone conuiuio, furta cum iocis, aduerſus dominum ſerui rebellionem cum familiaritate. Aduerſus Deum rebellio, et ſummae

cuit Auguſtino ipſi, praeter alia multa, queri, gemere, deflere calamitates huius vitae, etiam ordinarias et communes: quis haec ad magnitudinem animi reuocauerit? imo quis non puſilli potius et mollis, aut queruli ſaltem ac moroſi animi indicia eſſe dixerit? Certe maior eſt animus, qui non queritur, non gemit, non deflet: iis ſaltem verbis et modis, quibus Auguſtinus. if) Demum licet alios graui ex cauſa occidere, licet iacturam facere, licet ſe mutilare: licet id ipſum quod Auguſt. hic negat licere, nempe fugere, et fugiendo dicteria eius contemnere. Certe fugerunt quandoque viri ingentis animi, viri fortiſſimi ac conſtantiſſimi: fugerunt quandoque ipſi patriarchae, prophetae,

ſummae crimen eſt maieſtatis laeſae, mors voluntaria hominis, qui leges violat humanas atque diuinas, qui naturae facit iniuriam, qui in ius alienum inuolat, quod penes Deum atque remp. eſt, qui ſuam ipſi ab ſummo imperante aſſignatam ſtationem peruicaciter relinquit, ac ſortis impatiens ſuae citius e vita properat, quam ipſe Deus, qui vnus vitae mortiſque humanae dominus, ſtatuiſſe videtur. Hinc S. Hieronymus bene ſuper obitu Bleſillae ad Paulam ſcribit, epiſt. 25. Oper. tom. 1. p. 103. Chriſtum inducens loquentem: *nullam animam recipio, quae, me nolente, ſeparatur a corpore. Tales ſtulta philoſophia habeat martyres, habeat Zenonem, Cleombrotum, vel Catonem. Super nullum requieſcit Spiritus meus, niſi ſuper humilem et quietum, et trementem verba mea.*

if) Licet, ac poſſumus, ſalua et fortitudine, et magnanimitate, ipſorum etiam hominum aliorum vitia, ſtultitiam, et imminentia inde pericula deplorare: cum id genus paricidae, vel immemores ſui ſuaeque ſalutis, omnem exuant humanitatem, ſaeuiantque in ſemetipſos quam crudeliſſime: vt ſceleris immanitas vix ſatis deſcribi poſſit.

Digitized by Google

phetae, apoſtoli: et mala quidem leuiora iis quae toties notauimus: mala cum nulla turpitudine coniuncta, aut ad eam impellentia: mala longe tolerabiliora viris feminiſque honeſtis, quam ſtupra, adulteria, tormenta, ignes. ig)

Sed non fugerunt, inquis, per mortem voluntariam. Quid ad rem, nempe fugam ipſam, et cauſam allegatam, ob quam non ſit fugiendum? Deinde quaecunque fuga citra mortem, ex ſe, praeſertim in tanta generis humani imbecillitate, in tantaque cupiditate et amore vitae, fuga et horrore mortis, longe minoris eſt animi, quam quae fit ſponte moriendo. Rurſus id quod fugis, vel leuius eſt morte, vel ea grauius. Si leuius;

ig) Quorſum haec omnia? Vti ſcilicet effugia quaereret, vbi nulla ſunt: aliisue ſua loquacitate, ſi fieri vllo modo poſſet, aſtute imponeret. Laborat autem fruſtra, et nihil obtinebit, imitando pueros, qui ſummo ſtudio aerem verberare contendunt. Falſa miſcet veris, ſuamque magis implicat, quam expedit cauſſam. Magiſtratui licet iure meritoque capitis damnatos occidere, licet in bello, licet priuatis quoque ſibi vim inferentes, moderamine ſaluo inculpatae tutelae. Etiamſi liceat, nemo, dum ſapit, ſponte iacturam faciet. Non, niſi ad ſalutem vitamque conſeruandam, per alios ſe mutilandum curare licet. Non licet fugere a malo in deterius, nedum ad malorum extremum, ipſamque naturam euertens miſerandum exitium. Non licet fugere a ſapientia et veritate ad ſtultitiam et mendacia. Fuga ſalutem boni quaeſiuerunt ſaepius. Non licet vero inde malis, vt perderent ſalutem, fugere ad diabolum. Licet minima ſapienti fugere mala: tanto etiam magis atrocia. Prorſus vero nemini licet confugere ad voluntariam mortem: vt ſuo ſcelere, quod longe maximum, leuius, ad ſe vt non pertinebat, alienum euitaret.

Digitized by Google

leuius; vtique ignauus es, aut minus fortis ſaltem, quam is qui moritur: ſi grauius; ſtultus es, niſi alia quaedam te excuſent, qui non oppetis potius mortem, minus tibi grauem. ih).

ih) Mala fugere cuique per naturam licet, imo in ſacris etiam legimus eſſe mandatum. Semet vero enecare, non eſt fugere, et ſuam quaerere ſalutem: ſed malum conuertere in peius exitiumque ſuum. Eamque differentiam quiſque haud difficulter intelligit, quae eſt inter vitae conſeruationem et perditionem. Hanc morte voluntaria, illam fuga quaerimus. Neque hic repetenda ſunt, quae paulo ante ſatis clare demonſtrata, etiam ab ipſo auctore conceſſa fuerunt: qui perperam ſed fruſtra iterum iterumque omnia confundere ſtudet. Nec poterunt auctorem iuuare quaſcunque produxerit, iniquiores illi omnes fallaciae. Sint honeſta morte grauiores iniuriae: Sit ipſa mors piis vita potior: nunquam tamen honeſti et pii viri mortem opperent voluntariam, ſed ad vitae finem vſque conſtantes perferent, quaecunque ſecundum prouidentiam diuinam, ipſis imponuntur calamitates vel iniuriae. Nihil autem fieri poteſt grauius, nihil euenire triſtius aut miſerabilius in orbe totaque mortalium vita, quam mors malorum voluntaria. Hanc enim, vt dixi, fruſtra exſpectaueris, niſi a malis aut furioſis, mente ſaltem captis, vt ſine rationis vſu ad tantum dedecus atque ſuum irreparabile damnum prolabantur. Iobi morte grauior erat calamitas, qui non ſolum omnia bona omneſque liberos ſuos amiſit, verum etiam intolerabilibus morbi doloribus et inteſtina calamitate oppreſſus, vix reſpirare potuit. Attamen ſuadente mala eius coniuge, noluit ſumma miſeria ſponte mori, ſed illi bene reſpondit: vt ſolent ſtultae, iam tu loqueris. Cum a Deo bonum acceperimus: num etiam licebit nobis recuſare malum? Iob. II. 10. Stultum interficit indignatio: et fatuum morte afficit zelus. Iob. V. 2.

Sed fugio, inquis denuo, non tamen vitam aerumnoſam. Verba ſunt ſenſus inuoluti et ambigui. Dic vero clare, aperte et diſtincte, praeter vitam ipſam ſolam, cuius omnes, etiam timidiſſimi quique ſunt cupidiſſimi, quamque nullus mortalium, ne ſponte quidem morientium, fugit ipſam per ſe: quid fugis niſi aerumnas et mala quaedam, eaque denuo morte vel leuiora, vel grauiora? Vtrumuis dixeris feceriſque, verba tua te conſtrictum tenent, et vel ignauiae, vel ſtultitiae damnant: forte etiam ſuperbiae, ſi putas publicam rem ex tua vnius vita et fuga pendere. ii) Sed de fuga mox pluribus: nunc reliqua videamus.

Falſum

ii) Falleris, et qui ſapit, nunquam poterit tuam probare ſententiam. Quantum quidem poſſumus, aerumnas et omnia vitae mala fugimus: ſi quae nobis imponit Deus, nullo modo auertenda, patienter, vt decet, ea ferre ſolemus, rati, ſuſtinenda ſemper ea eſſe fortiter, quae mutari nequeunt. Si qua calamitas morte grauior: eam ſuperare tamen debemus, atque mortem aut vitam potius beatam exſpectare ab eo, qui ſuis auxilium gratiamque ſuam negare non poteſt. Etiamſi morte nobis nihil videretur eſſe iucundius, ſummaque nos premeret miſeria: rerum ipſi tamen non ſumus arbitri, ſed omnipotenti maximo ſubiecti Deo, creatori ac domino coeleſti noſtro, ab cuius ſapientiſſimo nobiſque ſaluberrimo conſilio dependent omnia, et ſine cuius ſanctiſſima voluntate prorſus nihil accidere, nihilque nobis vllo modo nocere poteſt. Lucta, ſpe, fiducia et fide ad finem vſque perſeuerantibus parata eſt vitae corona. Illa qui ſemetipſos priuare non dubitant, excidunt fide, fiduciam deponunt, atque deſperantes ſimul, ac relinquunt luctam, in exitium ruunt: merito ſtultitiae, ignauiae, et, quae lerna malorum, ſuperbiae accuſandi ſunt:

Digitized by Google

Falſum autem eſt, mortem voluntariam nunquam reuocari poſſe ad magnitudinem animi: ceu vel ipſae vitioſiſſimae ratiunculae Auguſtini, et tot exempla demonſtrant. Etiam ſine illis patet, ex honeſta, iuſta et graui cauſa contemnere vitam, occupare mortem, hanc pleriſque omnibus terribilem (quae proinde tanquam vltima et grauiſſima poena denunciari ac irrogari ſolet) illam cariſſimam, eſſe magni animi, atque eo reuocari poſſe. Auguſtinus vt probet non poſſe, nouas et vix ſophiſtae cuiuſdam diſcipulo ac tirone dignas, atque facile vel a puero, qui ex Grammatica didicit gradus comparationis, refutandas congerit fallacias. Ait enim: Maior animus merito dicendus. Hic vel puer iſte ſtatim exciperet, diceretque per Comparat. maior non tolli poſitiuum magnus: imo ſublato poſitiuo tolli potius comparatiuum: aut ridiculam certe fieri comparationem, dum nulla ſit magnitudo abſoluta, certa et ſtabilis, iuxta quam fiat. Longe melius quam Auguſtinus iudicauit Luciani Minos, qui audito Hannibale, deinde Alexandro, demum Scipione, Per Iouem vera, inquit, dicis Scipio. quapropter primus quidem iudicetur Alexander, deinde poſt illum tu, atque tum, ſi placet, tertius hic Annibal. ik)

Addit

ſunt: quam ſero nimis tandem voce miſerabili deplorabunt.

ik) Cum ratione non poſſet, conuiciis atque vocabuli captatione ſuam aduerſus Auguſtinum conatur defendere cauſſam. Satis iam ſupra demonſtratum, non fortis et magni, ſed puſilli animi, vecordiae et aegritudinis effectum voluntariam eſſe mortem. Exempla putat ſupereſſe virum:

Addit Auguſtinus: Qui aerumnoſam vitam magis poteſt ferre quam fugere: captioſe rurſus et fallaciter,

rum: quae certe nihil probant, conſiderantibus, non quid, ſed quo iure ſit factum. Contra naturam, rationem, et voluntatem diuinam, contemnendae vitae et occupandae mortis prorſus nulla, nedum honeſta, iuſta et grauis, poteſt eſſe cauſſa. Et ipſe fatetur, mortem natura plerisque omnibus eſſe terribilem, vitam contra cariſſimam: eum ergo non magni, ſed furioſi animi, et nullius plane humanitatis aut ſenſus communis eſſe oportet, qui, contra ipſas naturae leges, quod cariſſimum, perdere, et, quod terribile, ſibimet ipſi obtrudere velit, ſolaque calamitatum fuga, illarum quae maxima, iuſtam ſubire numinis vindictam. Reliqua, profecto puerilia, vix noſtram attentionem merentur. Cum Auguſtinus de ciuit. Dei l. 1. c. 22. ſcripſerit ex aliquorum Stoicorum maxime hypotheſi, vid. Seneca epiſt. 12. 17. 24. 58. 59. 70. 71. 78. paſſim alibi. Curtius l. 8. et Arrianus l. 7. de expedit. Alexandri, Plutarchus in Alexandro, Suetonius in Othone, ipſe Cicero oratione pro Cluentio, ſi fortes fuerint viri, qui magnis in doloribus non dubitauerint ſibimetipſis conſciſcere mortem, vt magnitudine animi ſint fortaſſis mirandi, eos ſapientiae tamen non eſſe laudandos ſanitate: quamuis ſi rationem conſulas, animi non eſſet magnitudo: maiorque, tandem ſubiunxerit, animus merito dicendus eſt, qui vitam aerumnoſam magis poteſt ferre, quam fugere: e grammatica diſputare incipit, vbi comparatiuus, vt loquuntur, etiam gradum eſſe poſitiuum: quamuis ergo maioris non eſſent animi, qui ſemet educunt, magni eſſe eos tamen oportere. Ex opinione ſc. Stoicorum, quod poſitiuo gradu S. Auguſtinus ſuppoſuit. Ecquid tantis verborum ambagibus opus eſt? Non magni, ſed puſilli et infeliciſſimi ſunt animi: vt longiorem miſericordiam ſanorum, quam confutationem mereantur.

citer, ſaltem quia confuſe et generatim. Nam aerumnoſae vitae innumerae fere ſunt ſpecies et differentiae, ob quas proinde aliter atque aliter ſit ſentiendum. Variae quoque ſpecies et differentiae cum ferentium, tum fugientium aerumnas: varii modi rationesque, turpes et honeſtae, eas ferendi aut fugiendi. Innumeri ferunt aerumnas, ſed adeo non magno, nedum maiori animo, vt ſint fere ignauiſſimi mortalium. Fert aerumnas totum illud infimum, Tullii verbis, hominum genus, omnibus calamitatibus et angoribus propoſitum: cui inopia, fames, contumeliae, iniuriae, miſera denique omnia. An totum hoc genus forte et magnanimum? Etiam boues et aſini, aliaque animalia, ad labores et aerumnas nata, eas ferunt: an ideo haec quoque fortia et magnanima? Vtcunque fuerit, certe miſera illa ratiuncula Auguſtiniana non efficitur, nefas eſſe, per mortem voluntariam fugere grauiſſimas et perpetuas, vel quas non decet, aut expedit, nec ferentibus, nec aliis, ferre. Bene Seneca ſupra: Sapiens viuit quantum debet, non quantum poteſt. Videbit vbi victurus ſit, cum quibus, quomodo, quid acturus. Cogitat ſemper qualis vita, non quanta ſit. „ Adde quod nullus hominum poteſt diu ferre ingentes dolores ac tormenta. il)

Ad

il) Si quid captioſe, hoc profecto noſtri Stoici eſt dictum. Simus ergo liberales, atque ex Auguſtini mente ſtatuamus, calamitatem longe maximam eſſe, quae corpus etiam ſupra modum afficiat, certamque et lentam homini miſerrime afflicto minatur mortem. Illa tamen longi temporis eſſe nequit, multo minus componi cum infernalibus

aeter-

Digitized by Google

Ad id quod dicit Auguſt: Non fecerunt patriarchae, non prophetae, non apoſtoli: reſpondet apoſtolus ipſe: Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt (neque etiam conueniunt. Recole quae initio annotaui de decoro perſonae) item: Numquid omnes apoſtoli? numquid omnes prophetae? Deinde inauditum puto, nefas eſſe quicquid patriarchae, prophetae, apoſtoli non fecerunt. Inauditum, neceſſe eſſe vt omnes faciant, et ea ſolum quae illi fecerunt, atque ne Auguſtinus quidem ipſe fecit. Imo nefas eſſet, quaedam facere. im) Praeterea ego hic iuſtius, quam Auguſtinus

aeterniſque cruciatibus. Illam ſuſtinere, et inuicto animo, diuinam exſpectante liberationem, vſque ad vitae finem perſeuerare, viri fortis atque conſtantis eſt: hos, ne quid ſentiatur duri vel ignominiae, turpiſſimo ac nefario impetu incurrere, deſperantis et inſanientis eſt, non dicam hominis, nedum viri, ſed miſerrimi affectuum ſuorum mancipii. Aerumnas mortalium communes, fac, infimae plebis ferre plurimos: conſtantia et fortitudine praeferendi ſunt omnibus philoſophis et eiuſmodi heroibus, qui ſibimet ipſis ſapere et recte conſulere non didicerunt. Ridicula eſt brutorum animalium cum hominibus comparatio; quae reſponſione non indiget noſtra. Optandum vero, vt, qui ſemet enecant ipſos, animalibus brutis eſſent ſimillimi, atque ſuam cum vita calamitatem obrumpere feliciterque tandem finire valerent. Sapiens, contra quam Seneca ſomniat, ſua ſorte contentus, ſi viuere non poteſt, vt vult, viuere. nec inuitus tamen, debet, vt poteſt. O ſi cogitaremus ſemper, qualis et quanta ſit noſtra praeſens vita, eaque futura. Quod quis non diu fert, facilius ferre poteſt.

im) Malae cauſſae non fallax mihi ſemper fuit indicium, ſi quis

ſtinus ſupra de Samſone, dixero apoſtolos alioſque complures fuiſſe occulte, imo manifeſte a Spiritu S. confir-

Z 2 matos

ſi quis ad deuia confugiens miſcere ſtuduit quocunque modo aliena, et quae ad ſtatum controuerſiae non pertinent. De morte voluntaria quaeſtio eſt; non de aliis quibuſcunque bonorum actionibus: aut quatenus eas omnes imitari debeamus. Bleibe, Germani prouerbio aiunt, bleibe bey der Klinge. Diuerſam plane, a quibus neſcio, noſter didicit, aut diſputandi, aut fallendi rationem. Hunc ergo caueto. S. Apoſtoli Pauli 1 ad Corinth. VI. 12. iniquiſſime captat ſenſuque peruerſo non dubitat vſurpare verba: *omnia mihi licent, at non omnia conducunt: omnia mihi licent, at ego non redigar ſub vllius rei poteſtatem.* Non agit Apoſtolus de rebus ad ſalutem pertinentibus, vitiis aut virtutibus, de quibus praecepta ſunt vulgo notiſſima; ſed de rebus mediis, quibus pro lubitu cuique licet vti. Atqui et illarum oſtendit abuſu peccari: omnia nobis ad vſum concedi: nec tamen ſine diſcrimine omnia, ſed, quantum quaeque conducant, vſurpanda fore, atque ita, ne cuiuſquam rei abuſu, vel intemperantia noſtra, videamur ipſi illis ſubiici, tanquam dominis noſtris. Habeamus omnia, tanquam non haberemus ea. Fiat inde ad mortem voluntariam concluſio. Debemus etiam rebus mediis quibuslibet moderate vti. Ergo licet, vt Apoſtolus dixit licere ſibi omnia, vbi res nobis non ſuccedunt ex animi ſententia et voto, noſmet educere ipſos. Decorum omnino ſeruandum eſt in quibuſcunque actionibus noſtris, ergo ſummum dedecus, quod cum morte volntaria coniunctum, imo nefandum ſcelus, ad noſtrum irreparabile damnum, admittere nunquam licet. Fruſtra porro et inepte quaerit, num apoſtoli, prophetae, et patriarchae idem fecerint omnes: vt, ſibi licere, probaret, etiam id facere, quod illi nunquam fecerunt. Hoccine inauditum atque ſtultum? Fac ergo, quod illi nunquam fecerunt, ſtupra,

matos ad permanendum in vita, maliſque ac tormentis vitae. Ponamus, ea fuiſſe humano ſenſu intolerabilia, fuiſſe turpia, fuiſſe ea quae toties ſignificaui. Itaque quia prophetis et apoſtolis, iiſque, vt videtur, pleriſque ex infima plebe electis, vilique ac duro generi vitae aſſuetis, ob ſingularia dona diuina, publicaſque vtilitates ac neceſſitates permanendum fuit in vita: nulla vel ſpecie rationis ſequitur, debere cunctos, etiam ſibi aliiſque inutiles, graues et moleſtos, permanere. in)

Cete-

ſtupra, adulteria, furta, caedes, alia crimina, tibique, vel extremo delirio, perſuade, licere omnia. Viuas, vt Auguſtinus vixit: temet enecaueris nunquam.

in) Vtinam ſit aequus, de iuſtitia hominis nihil diam, qua ſibi videtur Auguſtinum ſuperare, ſuaque velit ratione vti: mea profecto non opus eſſet iterata reſponſione ad cumulatas, vt mortem voluntariam defenderet, fallacias nugasque inſulſiſſimas. Recte monet, gratiam S. Spiritus ſingularem fortiores reddere bonos, vt vincere facilius omnia mala queant: Deus enim, quod promiſit, etiam efficere poteſt. Rom. IV. 21. XVI. 25. Potens eſt Deus efficere, vt omnis in nos exundet gratia, vt in omnibus omni tempore ſimus apti ad omne bonum opus. 2 Cor. IX. 8. Et mundi ſeruator, qui ipſe cruciatus longe maximos perpeſſus, atque tentatus eſt, illis quoque ſuorum fidelium, qui tentantur, ſuccurrere et auxiliari valet. Hebr. II. 18. Iniurius mox iterum in ſanctos, eorum genus perſibilat ignobile et magis ad perferendas iniurias aptum. Inſignem haec quidem hominis impudentiam et impietatem produnt. Et Apoſtolus 1. ad Corinth. I. 27. ſeqq. ſcribit: quae ſtulta ſunt mundo, elegit Deus, vt pudefaciat ſapientes: et infirmos elegit mundi, vt pudefaceret potentes:

Ceterum innumera exempla potuiſſet Auguſtinus prophetis et apoſtolis addidiſſe: 10) ipſe defenſor mortis voluntariae Seneca facile ſuppeditauerit, et argumenta quaedam, et exempla, atquė ea inter inſigne illud Mecaenatis. Audiamus hunc maximi animi virum ſcilicet, quia vitae aerumnoſiſſimae cupidum etiam, non tolerantem duntaxat. Debilem facito manu, Debilem pede, coxa. . . De hoc homine eiuſque voto tale eſt Senecae iudicium, quod ego ſane praefero ſpectro magnitudinis animi Auguſtiniano: Quod miſerrimum erat, ſi incidiſſet, optatur: et tanquam vita pe-

tentes: quorum genus eſt tenue et ignobile in mundo elegit Deus, vt aboleret eos, qui nobilitate ſibi praeſtare videntur: ne qua in eius conſpectu glorietur caro. Apoſtoli, poſt diras perſecutiones atque miſerias vix ſuperabiles, cuncti, et innumerabiles prope Chriſto deuoti morte violenta, non voluntaria, veritatem euangelii obſignare debuerunt. Aliis, vbi vis nulla intercedit malorum, vtut ſibi aliisque inutiles, graues, et moleſti videantur eſſe, vtut maxima illos etiam vrgeat miſeria, Deo ita volente, omnino manendum eſt, donec ipſe veniat Dominus, placidaque morte obeuntes liberare decreuit. Sic mundi Seruator Petro dixit de alio ipſi chariſſimo diſcipulo Iohanne: *ſi velim eum manere, donec veniam: quid ad te? tu me ſequere.* Ioh. XXI. 22. Si cui ſaluo et incolumi, dum grauia quaedam aut dura ſubeunda, permanere non lubet: calamitatem ipſa morte immane quantum vbique cumulatam inueniet.

10) Noluit vero, quod noſter quam lubentiſſime facit, ſacris miſcere profana: et bonorum bonis ſufficiunt exempla, quae aliorum qualibuscunque nihil intereſt cumulari fatis. Videamus tamen, quae noſter illis adiungenda putat.

titur ſupplicii mora. Vide ibi plura ep. 101. Sed Mecaenatem effeminatiſſimum fuiſſe conſtat. ip) In alium, quem

ip) Ad quem lubentius confugeret, quam ad Stoicorum anteſignanum Senecam, qui ſecundum Zenonis ſententiam, illud triſte mortis voluntariae decretum quouis modo defendere debet. Salutis aeternae qui certus et electionis ſuae, maxima cum voluntate, quamprimum ſummo numini placuerit, ex hac vita diſcedere, ſuoque cum Domino coeleſti felicitate perfrui cupit: nec eſt mortale, quod optat. Quibus vero ſcelerum perpetratorum conſcia mens eſt: poſt fata maxime iudicis iuſtiſſimi iudicio aeternum luendas pertimeſcunt poenas, atque adeo nec immerito a morte formidanda abhorrent. Id genus hominibus ergo nil dulcius vita: quam ipſa cuique inprimis tuendam atque conſeruandam inſigni ſolicitudine commendat natura. Hinc Maecenas ille Auguſti miniſter primus atque deliciis aſſuetus aulicis, vt hominum viuendi naturalem exprimeret inſtinctum, verſibus apud Senecam epiſt. 101. voluit ludere ſequentibus: *Debilem facito manu, Debilem pede, coxa: Tuber adſtrue gibberum: Lubricos quate dentes. Vita dum ſupereſt, bene eſt. Hanc mihi, vel acuta ſi ſedeam cruce, ſuſtine.* Cui et Homericum illud ſimile Odyſſeae lib. 11. p. m. 105. quod ex Graeco reddendum Latine: *Ne ſane mihi de morte loquaris, inclute Vlyſſes. Mallem ruſticus mercede ſeruire ali Viro inopi, cui non victus multus eſſet, quam omnibus mortuis vita defunctis imperare.* Et lib. 3. p. m. 21. *Verum enim vero mortem omnibus moleſtam neque dii ipſi Etiam ab amato viro poſſunt arcere, quandocunque tandem Fatum pernicioſum corripuerit aſperae mortis.* Iphigenia apud Euripidem: *Lucem videre hominibus eſt ſuauiſſimum, Inferna minime deſipit, qui vult mori. Meliusque viuere male, quam mori bene.* Epicurus, in eius vita teſte Laertio, docuit, ſapientem, etiam oculis caſſum, in vita manſurum. At aliam cum noſtro in Stoa doctorum conſtat fuiſſe mentem. Veritatem atque

quem neceſſe eſt iuxta Auguſt. fuiſſe fortiſſimum ac generoſiſſimum, quia aerumnas et indigniſſima quaeque pati potuit magis quam fugere: nempe Dionyſium iuniorem, de quo Iuſt. 21, 5. Corinthi exul, humillima quaeque tutiſſima exiſtimans, in ſordidiſſimum vitae genus deſcendit, eoque vitam conſeruauit. iq) Porro magis iuuabimus criminationem Auguſtini exemplo et verbis Cleomenis, regis Spartae, viri ſane fortis et magnanimi: qui victus in Aegyptum fugiens, ita apud Plutarchum in Vita diſſeruit contra necem ſui, intempeſtiuam puta, et contra Therycionem ſuadentem: qui mox ſe ſolum interfecit, velut praeuidens, aut praeſagiens quae Cleomeni et familiaribus in Aegypto euentura erant. ir) Inde, et ex Pompeii poſtea aliorumque

atque dogma ſanctiſſimum diuina nobis tradiderunt oracula: quibuscum et ratio ipſa, et natura hominum conueniunt: vt aliorum ſententiae nos iam nihil morari queant.

iq) Ceteris paribus, fuit optimum Dionyſii Syracuſani inſtitutum, quod patria pulſus, quam male mori, bene viuere in exilio maluit, atque, vt pueros doceret, ad literas, velut ſuauiſſimum refugium, a tyrannide ſemet conuertere. Et hoc, bone Deus! quod mea quidem ſententia eſt nobiliſſimum ac omnibus deliciis praeferendum, noſter, quaſi ſtudio velit inſanire, cum affectat ſapientiam, vitae genus ſordidiſſimum appellare non erubuit. Praeſtat Ciceronem audire, orat. pro Archia, vbi, haec ſtudia, inquit, adoleſcentiam agunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium et ſolatium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur.

ir) Cleomenes Spartanorum reges fuerunt tres. De miſerando interitu primi dictum diſſert. praelim. de morte volunt,

rumque exemplis vides quoque, quam intuta ſaepe ſit fuga, is) et non niſi breuis dilatio mortis, minus honeſtae. Antiochus Hierax fugiens a latronibus interficitur.

volunt. p. 46. Exitum tertii Cleomenis eiuſque ſociorum deſcripſimus animaduerſ. ad Robeccii diſſert. de morte volunt. p. 181. et 205. ſeq. Et hic quidem nobis teſtimonio eſſe poteſt, quantum in miſeris deſperatio ad exitium valeat. Ille necem extremo ſuis atque ſibimet ipſi perſuaſit, vt deploranda ſimul obierint ea morte, quam ante, cum mentis eſſet integrae ac ſana vteretur ſua ratione; poterat nullo probare modo. Plutarchus in eius vita p. m. 153. D. vt ſequitur, memoriae prodidit. Cum Therycion eius familiaris, atque virtutum oſtentator, voluntariam ſuaſiſſet mortem, reſpondit: *inter humana omnia facillimum, quodque omnibus maxime in promtu eſt, mortem homo perdite proſequens, fortis eſſe nonnullis fortaſſe videreris, cum re vera turpior haec, quam tu laudas, fuga ſit, quam cum nuper ex pugna profugimus. - Qui labores aut aerumnas, aut ignominiam ſupra modum formidat, is a ſua mollitie ſuperari ſe non animaduertit. - Turpe eſt, ſibi ſoli viuere ac mori: ad quod tu profecto nos cohortaris, properans praeſentes calamitates effugere, cum tamen hanc mortem nihil honeſtum aut vtile ſequatur.* cet. Therycion vero ad ea nihil reſpondens, quam primum e conſpectu Cleomenis diſcedere potuit, ad littus deſcendens, ſemetipſum iugulauit. Confer. Polybius l. 2. Iuſtin. l. 28.

is) Etiamſi fuga ſit aliquando non ſatis tuta, quam maxime tamen eſt e praeſenti periculo neceſſaria homini, et prorſus nemini prohibita. Pompeii M. Romanorum imperatoris caſus non a fuga, ſed Aegyptii perfidia deriuandus: vt melius percuſſoris, quam ſua manu interiret. Prudens atque naturalis erat, vtut breuis, dilatio mortis, et honeſtioris multo, quae non ab inſanientis ſaeuitie et miſeri deſperatione, ſed a fato exſpectanda.

Digitized by Google

ficitur. it) Seleucus quoque Callinicus iiſdem ferme diebus, amiſſo regno, equo praecipitatus finitur. Iuſt. 27, 3. Sed de Cleomene, qui tum fortius, vt regem Stoicum, et virum militarem decuit, quam Auguſtinus ceterique mordaces quidem et contumelioſi, ſed enerues aduerſarii, pro vita locutus, ſuaſorem mortis pungentiſſimis caſtigauit verbis. Tu vero, inquit, improbe fortis tibi videris, mortem appetens, qua nihil omnium rerum humanarum omnibus magis in promptu eſt ſitum. Turpior haec tua priori eſt fuga. Hoſti-

it) Etiam Hierax ille, a rapacitate dictus, Antiochus III. magnus Syriae et Aſiae rex, ſuo nos docet exemplo, ſi perdita fuerint omnia, et inuincibilis immineret calamitas, vitam fuga et alia quacunque ratione cuſtodiendam eſſe: vt, ſi quid alienae interceſſerit nequitiae, culpa vacantes, nec inuiti, neceſſario moriamur. Victus ille, multorum dierum fuga fatigatus, tandem ad ſocerum ſuum Artamenem, Cappadociae regem, venit. A quo cum benigne primum eſſet exceptus, interiectis aliquot diebus, cognouit, inſidias ſibi parari, et fuga ſalutem quaeſiuit. Cum profugo nuſquam tutus videretur eſſe locus, ad Prolemaeum hoſtem decurrit, cuius fidem, quam fratris, tutiorem exiſtimabat. Sed nihilo Ptolemaeus amicior factus dedito, quam hoſti fuit, eum arctiſſima iubet ſeruari cuſtodia. Hinc opera meretricis adiutus, deceptis cuſtodibus, elabitur, atque fugiens a latronibus interficitur. Sic fuit in fatis: et inciderunt ſaepe in ſcyllam, qui voluerunt vitare charybdim. Sufficit Hieracem ſuo ſe ſanguine non voluiſſe commaculare ipſum. vid. Iuſtinus l. 27. c. 3. Neque Seleucus, eius frater, propterea accuſandus, quod iiſdem ferme diebus, amiſſo regno, cum fugeret, equo praecipitatus vitam finiuit. ib. extr.

Hoſtibus quidem alii nobis praeſtantiores conceſſerunt... Qui vero ob labores et moleſtias, aut opinionem reprehenſionemque hominum animum deſpondet, is a ſua ipſius vincitur mollitie. Mors enim ſpontanea, non fuga actionum, ſed actio eſſe debet. Turpe vero eſt, nos nobis ipſis tantum viuere et mori. „ Haec Cleomenes, qui poſtea ſibi cum duodecim familiaribus et fugae comitibus mortem conſciuit. Vide praeter Plut. l. alleg., Polybium l. 5. cuius verba quaedam appono, vt denuo et de ratione mortis voluntariae, et de prudentiorum conſenſione approbationeque conſtet. Ampliſſima domus Cleomeni tradita eſt, in qua ſub cuſtodia diuerſabatur: hoc a ceteris captiuis differens, quod in ampliore carcere degebat vitam. Quod animaduertens Cleomenes, et perexiguam de cetero ſpem habens, omnia experiri decreuit: nihil tamen vt in ſumma deſperatione perficere ſe poſſe exiſtimans, ſed potius honeſtiſſimam mortem cupiens mori, nihilque perpeti, quod magnitudine animi ſui indignum videretur. Simul autem, vt mihi videtur, illud in animo voluebat, ſibique proponebat, quod viris magnifice animatis vſu venire ſolet, Ne contemptim et ſine honore perirem. . . Obſeruata igitur regis ad Canopum profectione, poſtquam aſtu ſe, amicos et ſeruos expediiſſet, ſed omnia quae ſubito poterant tentantibus nihil ſatis ſucceſſiſſet: adhibitis ſibi manibus honeſtiſſimam mortem, et Spartanis animis dignam oppetiuere. „ Sed Cleomenem (inquit Grotius, omnes, vt alii hic, captans vmbras colorum quorundam) in crucem egit Ptolemaeus. Scilicet omnis mors voluntaria inauditum, immane, cruceque dignum ſcelus habe-

habebatur Aegyptiis, apud quos ingenti ſucceſſu docuerat Hegeſias ille. **iv)** Et ipſe quidem rex Cypri ex Ptolemaei huius poſteris veneno vitam finiit, hanc ſponte, quam opes vi iniuſta amittere malens. **ix)** De

 Cleo-

iv) De Cleomene ſatis dictum, neque placet nunc de eo relationem Polybii examinare: cum et Iuſtinus lib. 28. cap. 4. memoriae prodiderit, eum non ſemetipſum enecaſſe, ſed a Ptolemaeo cum omni familia interfectum fuiſſe. Audiendus vero magis cum Pauſania Graeciae l. 2. p. m. 132. laudatus in eius vita Plutarchus. Cum in proelio eſſet ab Antigono victus, toto corpore, ſuo pariter et hoſtium cruore madens, ſemet interficere noluit, rebus perditis omnibus, ſed conſtanti animo ſuos adhortatus eſt, vt ſe ad meliora reip. tempora conſeruarent: et ipſe cum coniuge et liberis in Aegyptum ad Ptolemaeum Euergetem confugit, a quo ſatis honorifice acceptus eſt. Poſt obitum vero eius, Nicagorae calumnia apud filium et ſucceſſorem Ptolemaeum Philopatorem in proditionis venit ſuſpicionem, vt cum aliis tredecim ſociis cuſtodiae traderetur. Carceris autem cuſtodibus deceptis et muneribus vinoque obrutis, Cleomenes et eius ſocii prodeunt incolumes, a ciuibus auxilium fruſtra petentes: atque, cum ſeſe nuſquam conuertere ſcirent, mutuis vulneribus pereunt omnes. Quae cum Ptolemaeo nunciata eſſent, vt mortis voluntariae teſtaretur horrorem maximamque ignominiam, Cleomenis corpus excoriatum iuſſit ſublimius appendi, matrem, vxores, et omnem ſobolem extingui. vid. Plutarchus Cleomenis vita p. m. 155. A. Nam, vt noſter ipſe fatetur, Aegyptii et plures alii populi credebant, voluntariam mortem inauditum eſſe et cruce dignum ſcelus. Confer. praeliminaris de morte volunt. diſſert. p. 20.

ix) Inſaniam huius Ptolemaei, regis Cypri, notauimus loc. cit. p. 39.

Cleopatra alibi dictum. iy) Duae eius ancillae, Naaera et Charmione, prouerbio etiam notae ſunt. Vide Eraſm. Adag. iz)

Ceterum ea quae Auguſtinus allegatis capp. vndequaque corraſa congeſſit, etiamſi vera et ſolida eſſent, rem, de qua agitur, ne attingunt quidem. Non enim quaeritur, an omnes, qui calamitatibus quibuscunque premuntur, debeant ſe interimere: neque etiam aſſeritur, omnes, qui ſe eduxerunt, alios omnes magnitudine animi, vel ſuperaſſe, vel exaequaſſe: denique nec id quaeritur, annon aliqui maiori animo vixiſſent, quam occubuiſſent. Ad virtutem et magnitudinem animi ſufficit, bene, honeſte et fortiter pro tempore et loco feciſſe. ka) Faciat alius, et alio tempore

iy) Exercitatione philoſophica de morte voluntaria pag. 90. 180.

iz) Chil. 3. cent. 6. adag. 36. Erat hoc in Aegypto genus firmum amicitiae, quod συναποθνησκόντων commorientium appellabant. Quibus hoc neceſſitudinis vinculum placebat, ea lege copulabantur, vt, ſi quid alteri accidiſſet fatale, alter illi ſe mortis vltro adiungeret ſocium. Ita ſaltem Antonius atque Cleopatra ſimul perire voluerunt. Extincta vero Cleopatra regina, eius duae pediſſequae, Naaera et Charmione; ſpontaneam imitatae ſunt mortem: quas inuenerunt ſemiuiuas, atque dominae iam mortuae delapſam capite reponentes coronam. Vid. Plutarchus M. Antonii vita, noſtraque praeliminaris diſſertatio de morte voluntaria p. 43.

ka) Bene ſtatum controuerſiae nouimus, nouit et S. Auguſtinus: vt fallaciatum et ignorantiae immerito accuſetur. Neque nos poterimus ire inficias, neque, credo, negabunt alii, ſufficere ad virtutem et magnitudinem animi,

pore locoque, qui potuerit, conſtantius et animoſius: non inde nocetur honeſtati alterius; nedum ſit magnum nefas quicquid non eſt aequale. kb) Obſeruat etiam Ariſtoteles, et Nicom. 3, 1. ait: Difficile eſt interdum iudicare quid cui anteponendum ſit, quidque prae quo praeferendum: atque etiam difficilius, in eo quod decretum ſit perſtare ac perſeuerare. Fere enim ea,

 quae

mi, bene, honeſte, et fortiter ſuo tempore et loco feciſſe. Atqui haec omnia quam maxime deſideramus in morte voluntaria: neque poſſumus hinc affirmare, fortitudinis aut magnanimitatis nomine commendandum eſſe, quod inter ſcelera primo loco ponendum, et nihil omnino humanitatis oſtendit.

kb) Hoc vero, ingenue fateor, non capio. Virtus vna et eadem ſemper, neque laſciuientium vnquam poteſt commaculari pruritu. Operantis vnius Dei perfectiſſima virtus. Si quis conſtans et animoſus, ſummam habet virtutis laudem, etiamſi quis eo poſſit aliquando videri conſtantior et animoſior. In medio conſiſtit virtus, neque plus minusue patitur, neque ad vnum alterumue latus declinationes, aut comparationis gradus admittit. Omne nimium vertitur in vitium. Vitium quoque defectus inuoluit. Summum ius eſt ſumma iniuria; liberaliſſimus prodigus, frugaliſſimus auarus; inferior liberali auarus, inferior frugali prodigus. Dicere non poteſt impius, pium ſe religioſiorem eſſe, non crudelis mitem ſe mitiorem, non timidus fortem ſe fortiorem eet. Conſtantia ſemper cum virtute coniuncta: quae non poteſt non actionibus quibuscunque, ſecunda et aduerſa fortuna, et maxime quidem vbi calamitates ſuperandae, ad vitae finem vſque perſeuerare, partaque victoria coronari triumphans. Mors autem voluntaria ne minimam quidem virtutis ſpeciem prae ſe ferre poteſt: atque humanitati vel naturae ipſi aduerſa magnum oſtendit nefas peſtiferumque ſcelus.

Digitized by Google

quae exſpectantur, acerba ſunt: ea vero, ad quae quis impellitur, turpia. „ kc) Sed nec praeter fortitudinem et magnitudinem animi nulla eſt virtus, quam reſpicere ac ſequi liceat. An quiſquam vetuerit, vitioque verterit, prudenter et caute feciſſe, atque effugiſſe pericula, quae vincere te poſſe, poſt innumeros alios, fortiores quoque et conſtantiores, turpiter victos,

kc) Quod actione bonum, vel malum, effectu melius, optimum, vel peius, peſſimum, fieri poteſt. Sic rhetores per transnominationem, quam metonymiam vocant, vulgo ſolent effectum confundere cum cauſſa efficiente: ſed cum virtutibus vitia confundere nequeunt. Sic malus et iniuſtus eſt, qui hominem occidit innocentem; peior et iniuſtior, qui neceſſarium occidit: vel amicum ſuum; peſſimus et iniuſtiſſimus, qui ſemetipſum occidit: eum ſufficit tamen eſſe homicidam. Sola bona, quae honeſta. Pluribus tamen etiam in officiis oſtendit Cicero, aliud alio honeſtius, vel turpius, vtilius vel damnoſum magis atque perniciofius. At quod turpe, non poteſt eſſe honeſtum: nec damnoſum vtile: quamuis difficile aliquando dictu, quid eiuſdem generis ſit praeferendum alteri. Quae generis ſunt diuerſi, facillime diiudicanda ſunt: et nemo negabit, vitiis ſemper et vbique praeferendas eſſe virtutes; appetendum quod vtile et honeſtum, contra quam maxime fugiendum quod noxium ac turpe. Vel maxima deſperatione quis vitam atque ſalutem exitio vel internecioni anteponet: ſatana tamen iſti ſuggerente, cruciatus eſſe maiores atque moriendum, voluntariae mortis, neceſſariae virtutis nomine, turpiſſimum excoecati et miſerrimi homines non verentur admittere ſcelus. Ipſo iudicante M. Tullio de officiis lib. 1. cap. 2. fortis, dolorem ſummum malum iudicans, aut temperans, voluptatem ſummum bonum ſtatuens, certe nullo modo eſſe poteſt. Caedes

ctos, cum ratione dubitas? kd) Quid? quod in vniuerſum monent prudentes, aeſtimanda eſſe ea quae aggredimur, et vires noſtras cum rebus comparandas. Debere enim ſemper plus eſſe virium in latore, quam in onere. ke) Et ſingulatim in magnis anguſtiis non ſpecioſa

Caedes autem voluntaria profecto inter ea videtur eſſe referenda, de quibus lib. 1. c. 45. ſcribit, eſſe ita foeda, ita flagitioſa, vt ſapiens ea, ne conſeruandae quidem patriae cauſſa, facturus ſit. Nihil optabilius ſapientia, nihil praeſtantius, nihil homini melius, nihil homine dignius: eam qui obtinet ac ſeruat, interimere ſemet profecto nunquam poterit.

kd) Virtus vix vna ſine altera ſubſiſtere poteſt. Deliciis et voluptatibus qui vitam ſtudet conſeruare ſuam, caute facit atque prudenter; qui calamitatibus extremis, etiam fortiter. Si quis maluerit occidere ſemetipſum: non agit fortiter, non prudenter et caute; ſed timide, inconſulto, nequiſſime. Non ſibi cauet, non proſpicit, ſed, omni ratione abiecta, ſtultiſſime in exitium ruit. Si mala me opprimunt, quibus perferendis non ſufficio, cur, ipſa etiam inſtante morte, memetipſum enecarem? Hinc maxima turpitudo: illinc vel morientis victoria inſignis.

ke) Vtique prudentia hoc requirit, vt ſuo ſe quiſque metiatur modulo ac pede, neque ſuſcipiat onus, cui ferendo impar. Dimicare non poteſt cum gigante pumilio, homunculus imbellis vnus cum armatorum magna caterua. Nihil aggrediendum, quod perficere nequeas: et probe illud obſeruandum poetae, quid valeant humeri, quid ferre recuſent: ne quid ſumamus nobis, niſi viribus aequum. Sed videamus, quid homines noſtri, calamitatibus, vt videri volunt, ſuis oppreſſi, aggrediantur. Cum in ſtatu paſſionis verſentur, et exitum poſſent imo deberent exſpectare: opus aggrediuntur longe difficillimum, atque noxium

ſpecioſa dictu, ſed vſu neceſſaria eſſe eligenda. kf) Et recte ſine dubio Cicero pro M. Marcello n. 21. Si in alterutro peccandum eſt, malim videri nimis timidus, quam parum prudens. kg) Et 1. Offic. n. 46. annotat, fortem animum et magnum in homine non perfecto, nec ſapiente feruentiorem plerumque eſſe; leniores autem virtutes illas, modeſtiam, temperantiam, iuſtitiam, videri virum bonum propius attingere. kh) Epi-

xium maxime ſibi. Afflictam volunt educere animam, quam opifex ſummus et omnipotens vitae, mortis, rerum omnium, arbiter corpori nexu arctiſſimo vult eſſe adiunctam. Peruicaciter ſapientiſſimo Numinis aeterni conantur reſiſtere conſilio, rebellare aduerſus dominum coeleſtem, expugnare naturam. Haeccine conamina, quae ratio cuiuſque ipſa abhorret?

kf) Et ſuam hic oſtendunt ſapientiam prudentiamque inſignem. E magnis anguſtiis malunt migrare in maximas, commutare leues cum grauiſſimis, breues cum aeternis. Hoc ſcilicet vſu neceſſarium, vt afflictum magis affligerent imo enecarent ac proiicerent corpus; animam infelicem atque miſerrimam infinitis traderent cruciatibus; alius ne ſuccumberent crudelitati, ſua in ſemetipſos ſaeuirent manu.

kg) Vrgente nulla neceſſitate, peccandum in neutro. Timidum vero magis etiam oportet eſſe prudentem, atque ſuum quouis modo fugere damnum; non timore ſemet in exitium praecipitare formidandum.

kh) Omnino. Mortalium nemo dicendus eſſe perfectus, nemo ſapiens: ſapientiae vero et perfectionis, quantum fieri poteſt, cupidi ac ſtudioſi debemus eſſe omnes. Qui parum videri volunt, valent plerumque magis, eamque ſeruant magnitudinem animi, quae in aliis, vtut ſibi videantur eſſe perfecti ac ſapientes, inueniri nequit. Modeſtiae, temperantiae, atque iuſtitiae vir bonus quam maxime

Epictetus Diſſ. 2, 21. ait timidum eſſe, placidi moris ſignum cenſeri. ki)

Praeterea Cleombroti kk) et Catonis exempla hic ſunt

ximc ſtudet; malus vero, vt perderet ſe ipſum, iniquiſſime aduerſatur. Qui ſibi ſapit atque ſuam quocunque modo cupit promouere ſalutem, res extra ſe omnes deſpicit, perſecutiones, inopiam, dolores, quaſcunque mortalibus communes aerumnas, ipſamque mortem generoſo diſcit ferre animo, ratus, hominem nihil, niſi quod immortale, quod honeſtum atque decorum, admirari, optare, vel expetere oportere: nulli vero homini, nullis animi perturbationibus, nulli fortunae, ſuccumbere. Eaque tanto faciliora ſunt philoſophis, quanto pauciora patent in eorum vita, quae feriat imminens calamitas, quantoque magis ſunt ſua ſorte contenti: vt, ſi quid aduerſi eueniat, ſine ſolatio tamque grauiter cadere nequeant: nedum iniquiſſimas conuertere in ſemetipſos manus, quibus, velut ab ipſa natura, ab ratione ſaltem fauentiori, conſtantiae, moderationis, verecundiae, pietatis ac temperantiae datae ſunt partes. Hinc ſapienter Cicero monet de officiis lib. 1. c. 36. multo etiam magis elaborandum eſt, ne animi motus a natura recedant: quod aſſequemur, ſi cauebimus, ne in perturbationes atque exanimationes incidamus: et, ſi attentos animos ad decori conſeruationem tenebimus.

ki) Verecundiae profecto, quae moderationis et continentiae caſtiſſima eſt filia, in iuuenibus praeſertim, laus manet ſemper inſignis atque dignitas. Eam vero omnem cum ipſa humanitate exuunt, qui, ſine pudore, nec tamen ſine timore, illo deſperationis perpetuo comite, miſerrimum proiiciunt corpuſculum, animamque ad cruciatus damnatorum aeternos educunt.

kk) De Cleombroto ſatis perſpicue et veriſſime S. Auguſtinus iudicat de ciuitate Dei l. 1. c. 22. *Si magno animo fieri putandum eſt, cum ſibi homo ingerit mortem, ille potius*

 Cleom-

ſunt aliena. Neuter enim ſe eduxit, tanquam ad demonſtrandam inſignem quandam animi magnitudinem; ſed longe alia ſpectarunt, et Cato quidem maxima iam parte vitae peracta, et poſtquam fruſtra feciſſet quaecunque poterat pro vetere rep. ac libertate conſeruanda. Itaque comites et ipſum filium dimiſit, et abire viuereque tantum non coëgit. k l) Ita quoque Otho

Cleombrotus in hac animi magnitudine reperitur: quem ſeruat, lecto Platonis libro, vbi de immortalitate animae diſputauit, ſe praecipitem dediſſe de muro, atque ita ex hac vita migraſſe ad eam, quam credidit eſſe meliorem. Nihil enim vrgebat aut calamitatis, aut criminis, ſeu verum, ſeu falſum, quod non valendo ferre ſe auferret, ſed ad capeſſendam mortem atque ad huius vitae ſuauia vincula rumpenda ſola affuit animi magnitudo. Quod tamen magne potius factum eſſet, quam bene: Teſtis ei potuit eſſe Plato ipſe, quem legerat: qui profecto id praecipue potiſſimumque feciſſet, vel etiam fieri praecepiſſet, niſi ea mente, qua immortalitatem animae vidit, nequaquam faciendum, quin etiam prohibendum eſſe iudicaſſet. Legit Cleombrotus procul dubio Platonis Phaedonem, in quo multis argumentis animarum immortalitatem docet. Atqui poſt mortem etiam ille malorum poenas, bonorum praemia ſtatuit: et Phaedonis initio ſtatim monet, licere nemini mortem conſciſcere ſibi: vt ex alterius ſcelere Platonis doctrina haud quaquam videatur eſſe redarguenda. Confer. Lactantius diuinar. inſtit. l. 3. c. 18.

k l) De Catone, illo quidem Vticenſi, Auguſtinus agit L. 1. de ciuit. Dei cap. 23. M. Porcius ille Cato, maioris et cenſorii pronepos, adhuc praetorius in bello ciuili Pompeiano aduerſus Caeſarem pro libertate reip. ſtetit: victoque ad Pharſaliam Pompeio, in Africa Scipione Metello, Pompeii ſocero, cum ſuperata videret eſſe a Caeſare omnia, neque ſemet illi credere auderet, Vticae in Africa, perlecto

tho km) mori certus Saluium Cocceianum fratris filium, prima iuuenta, trepidum et moerentem, vltro ſolatus eſt, laudando pietatem eius, caſtigando formidinem, demum erecto animo capeſſere vitam iuſſit. Non enim eadem adoleſcentium iſtorum, et Catonis atque Othonis erat perſona ac officia. kn) Itaque recte Cato prius etiam grauiter obiurgauit Ciceronem, quod ſe Pompeio adiunxiſſet. Se quidem dicebat honeſte non potuiſſe eam, quam ab initio delegiſſet, reip. conſtitutionem deſerere: Ciceronem autem, qui et patriae, et

lecto eadem ipſa nocte Platonis Phaedone, ſemetipſum gladio transfixit, vir Stoicae et Graecae diſciplinae callentiſſimus. In eius vita referente Plutarcho, ea etiam nocte, qua ſemet occidit, diſputatio fuit orta ſuper coenam de his rebus, quae ad veram hominis libertatem pertinerent: vbi Demetrius peripateticus multa dixit aduerſus ea, quae Cato conſtantiſſime affirmabat de laudibus ſemet occidentium, adeo quidem vt amicis fecerit ſuſpicionem ſuae necis futurae. Diſſuaſerunt eam quam maxime amici, qui cum eo frequentes erant, in primis Apollonides Stoicus et Cleanthes medicus. Hinc loc. cit. S. Auguſtinus: *amici eius etiam docti quidam viri, qui hoc fieri prudentius diſſuadebant, imbecillioris, quam fortioris animi facinus eſſe cenſuerunt: quo demonſtraretur, non honeſtas turpia praecauens, ſed infirmitas aduerſa non ſuſtinens. Hoc et ipſe Cato in ſuo chariſſimo filio indicauit. Nam ſi turpe erat ſub victoria Caeſaris viuere, cur auctor huius turpitudinis pater filio fuit, quem de Caeſaris benignitate omnia ſperare praecepit? Cur non et illum ſecum coegit ad mortem?* cet.

km) De Othone imperatore vid. praeliminaris de morte voluntaria diſſert. p. 40. Animaduerſ. p. 77.

kn) Vtrorumque iuuenum atque ſenum erat, perquam ſolicite vitam conſeruare ſibi diuinitus conceſſam.

amicis vtilior fuiſſe potuerit, ſi neutram partem ſecutus ad euentum ſe accommodaſſet, inconſulte et nulla neceſſitate hoſtem Caeſaris factum ad tanti periculi ſocietatem veniſſe. Seneca l. de Conſt. Sap. c. 2. vitae et mortis rationem Catonis paucis ita deſcribit. Cum ambitu congreſſus, multiformi malo, et cum potentiae immenſa cupiditate, quam totus orbis in tres diuiſus ſatiare non poterat, aduerſus vitia ciuitatis degenerantis, et peſſum ſua mole ſidentis, ſtetit ſolus, et cadentem remp., quantum modo vna manu retrahi poterat, retinuit: donec vel abreptus, vel abſtractus, comitem ſe diu ſuſtentatae ruinae dedit: ſimulque extincta ſunt quae nefas erat diuidi. Neque enim Cato poſt libertatem vixit, nec libertas poſt Catonem. Ep. 71. Catoni morituro has cogitationes et verba attribuit. Omne humanum genus, quodque eſt, quodque erit, morte damnatum eſt. Omnes quae vſquam rerum potiuntur vrbes, quaeque alienorum imperiorum magna ſunt decora, vbi fuerint, aliquando quaeretur, et vario exitii genere tollentur. . . . Quid eſt ergo quare indigner aut doleam, ſi exiguo momento publica fata praecedo. ko) Cicero de Catone et Socrate ita ſcribit T. Q. 1. Cato ſic abiit e vita, vt cauſam moriendi ſe nactum eſſe gauderet. Vetat enim dominans ille in nobis Deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare.

ko) Ita ſcilicet ſua ſcribit innixus hypotheſi, atque Catonem gaudet Stoicorum triſte ſuo tam illuſtri exemplo confirmaſſe decretum. Inſanit, qui perexiguo nouit ſibi viuendum momento, et vitae finem non exſpectans, quam placide obdormire, ſi dominus voluerit, ſua caede fieri reus, et ipſe corpus miſerrimum trucidare mauult.

grare. Quum vero iuſtam cauſam Deus ipſe dederit, vt tunc Socrati, nunc Catoni: nae medius fidius vir ſapiens ex his tenebris in lucem illam exceſſerit. kp) Sed

kp) Cicero loquitur ex ipſius Catonis Stoici ſententia: qua cum et illam Socratis ipſam conciliare ſtudet academicus. Accedit patriae libertatis incredibilis amor: atque laetatur, Catonem illum tantae auctoritatis virum ex eo, quem ſeum habuit communem, mori, quam Caeſari victori, cum rerum potiretur, adulari maluerit. Ipſe vero noluit, et recte noluit, Catonis exemplum, adeo commendatum, ſequi. Lib. 9. epiſt. 18 ad L. Papirium Paetum ſcribit: *forte mori melius fuit: in lectulo fateor, ſed non accidit: in acie non fui. Ceteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius, foede perierunt; at Cato praeclare.* Ad eundem ſua caede infamem defendendum, plane Stoica et falſiſſima profert de officiis l. 1. c. 31. vbi, *differentia,* inquit, *naturarum tantam habet vim, vt nonnunquam mortem ſibi ipſi alius conſciſcere debeat, alius in eadem cauſſa non debeat. Num enim alia in cauſſa M. Cato fuit, alia ceteri, qui ſe in Africa Caeſari tradiderunt? Atqui ceteris forſitan vitio datum eſſet, ſi ſe interemiſſent, propterea quod eorum vita lenior, et mores fuerunt faciliores. Catoni autem cum incredibilem tribuiſſet natura grauitatem, eamque ipſe perpetua conſtantia roboraſſet, ſemperque in propoſito ſuſceptoque conſilio permanſiſſet, moriendum potius, quam tyranni vultus aſpiciendus fuit.* Mortis ergo voluntariae cauſſa naturalis eſt, quam non intelligo. Neutiquam ergo fuit ille Vticenſis Cato cum Socrate componendus, qui capitis damnatus a magiſtratu, non ſua ſponte, venenum ſumſit: atque, eodem referente M. Tullio Tuſculan. quaeſt. l. 1. c. 29. ſeq. cum pene in manu iam mortiferum teneret poculum, locutus ita eſt, vt non ad mortem trudi, verum in coelum videretur aſcendere. Ita diſſeruit, duas eſſe vias, duplicesque curſus animorum, e corpore excedentium. Qui ſe huma-

Sed Auguſtino videtur Cato habuiſſe potius iuſtam cauſam viuendi. Non eſt nouum, aliud aliis, et praeſertim Auguſtino, atque hic quidem, videri faciendum. Olim Alexander Parmenioni dixit fere: Facerem, ſi Parmenio eſſem; nunc quia Alexander ſum, non faciam, nec me decet. Ita vixiſſet vtique Cato, ſi Auguſtinus, aut alius eius animi ac opinionis fuiſſet: ſed quia Cato erat, non tanti aeſtimauit paucas miſeraſque vitae reliquias; honeſtiusque ac ſe dignius iudicauit mori, non indigentem clementia Caeſaris, quem tyrannum, et patriae libertatisque oppreſſorem putauit. kq) Hic vide de Catone denuo Cicer. 1. Offic. n. 112.

humanis vitiis contaminaſſent, et ſe totos libidinibus dediſſent: iis deuium quoddam iter eſſe, ſeclusum a concilio deorum. Qui autem ſe integros caſtosque ſeruaſſent, quibusque fuiſſet minima cum corporibus contagio, eſſentque in corporibus humanis vitam imitati deorum: his ad illos, a quibus eſſent profecti, reditum facilem patere. Cato cauſſam moriendi non aliam nactus eſt, quam deſperationem atque peruicaciam ſuam: neque dominus eum, vt per naturam ſolet mortemque neceſſariam, e vita demigrare iuſſit. Ficta eſt falſaque mortis voluntariae cauſſa: quae ſceleris eum commiſſi nunquam liberare poteſt. Ecquis hunc aeque ac illum dixerit laetum ex his tenebris in lucem tranſiiſſe, aut tanquam a magiſtratu, vel poteſtate legitima quadam, ſic a deo euocatum emiſſumque deceſſiſſe? Quod de Socrate quidem affirmandum; de Catone nullo modo.

kq) Sunt fueruntque ſua ſemper cuique pulchra. Mens alia Chriſtianorum, alia Stoicorum: audienda vero ab vtriſque ratio et veritas: ſecundum quam rex vniuerſi ac dominantium dominus, abſque perſonarum reſpectu, ſeruandos

n. 112. Valerius Max. vbi de Fortitud. ait ex fortiſſimis vulneribus Catonis plus gloriae quam ſanguinis manaſſe: ſiquidem conſtantiſſime in gladium incumbendo magnum hominibus documentum dedit, quanto potior eſſe debeat probis dignitas ſine vita, quam vita ſine dignitate. kr) Sed neque Socrates patronum quaeſiuit ad capitis iudicium, nec iudicibus ſupplex fuit: adhibuitque liberam contumaciam a magnitudine animi ductam, non a ſuperbia. ks) Socrates ipſe apud

dos damnandosue iudicabit omnes. Faciat pro lubitu quiſque: ſuis indulgeat affectibus: credat, quod vult, perſuadeatue ſibi: rumpat, rumpatur, ſaeuiat in alios ſuaque viſcera. Sciat vero etiam fore, vt ipſe Deus, qui nouit ac perſcrutatur omnia, certo ſit eum poſt fata in iudicium adducturus. Rerum ſumma haec eſt: reuerere Deum, eiuſque fac obſerues praecepta: hoc enim totum eſt hominis. Deus autem ipſe omnia opera in iudicium adducet, etiam quae ſunt occultiſſima, ſiue bona, ſiue mala ſint. Eccleſiaſtae XII. 1. 15. 16. Gentium quarumcunque vero etiam vt nulla ſit excuſatio: diuinitus illis indita eſt ratio, qua ſemet ſuaque praecepta, quae ſunt vniuerſalia, naturalia, communia omnibus, abunde manifeſtauit Rom. I. 19.

kr) Haec ſc. Valerii Maximi l. 3. c. 2. n. 14. ex aliorum opinione commendatio, et nullius profecto momenti epiphonema, cuiuſmodi aliquod plerorumque actionibus ſatis imprudenter ac frigide adiecit.

ks) Sunt verba Ciceronis Tuſculan. quaeſtion. I. 1. c. 29. Nec vituperanda eſt Socratis actio tota: qui nouit, ſuam de vno vero Deo ſententiam idololatris videri capitalem, nec veritatis et innocentiae apud iudices, vt gratiam ipſi facerent, ſupereſſe locum: velut martyr veritatis, obire

Digitized by Google

apud Xenoph. l. 4. ſignificat, ſe a genio ſuo fuiſſe reuocatum. Mori enim, quam diutius viuere, ſibi melius eſſe. kt) Seneca ep. 24. In carcere, inquit, Socrates diſputauit, et exire (cum eſſent qui promitterent fugam) noluit: remanſitque vt duarum rerum grauiſſimarum hominibus metum demeret, mortis et carceris. kv) Errauerit autem Socrates, errauerit Cato,

obire maluit, quam iſtis fruſtra fieri ſupplex, aut ineptum cauſſae iuſtiſſimae, ad maiorem ignominiam, quaerere patronum. Hinc minime gentium illis annumerandus eſt, qui peſſimo inſtituto ſemetipſos occiderunt.

kt) Non inepte. Gratia enim diuina Socratem praecipue illuminauit: quod nunquam non accuratiſſime conſueuit rationem audire, eiuſque praecepta omnia ſuis actionibus obſeruare. Rationem daemonis inſtar habuit, quod in homine τὸ θεῖον eſſe intellexit, illud ſemper conſulendum, et obſequio venerandum. Eoque perpetuo virtutis ſtudio, cum vni vero Deo viueret deuotus, a peſſimis autem hominibus accuſatus, a iudicibus capitis damnatus eſſet, magiſtratus ſui iudicio cedere, quam fruſtra ſuam innocentiam apud iniquos ſuiſque captos erroribus defendere, maluit, ratus, ita ex his vitae communibus aerumnis a Deo genioque ſuo reuocari, et praeſtare, iucunda recti conſcientia mori, quam viuere diutius, atque malorum inſidias experiri. Hoc ſenſu, vt Xenophon, apologia pro Socrate, oper. p. m. 569. memoriae prodidit, bis iam defenſionem meditanti daemonium fuiſſe aduerſatum. De factis et dictis Socratis lib. 4. oper. p. m. 514. familiarem habuiſſe daemonem, quem in rebus agendis conſuluerit, qui eum interpellauerit, vt ſemet defendere non potuerit. Hoc vero etiam inter alia dixiſſe: ſi iniuſte morior: illis erit facinus hoc turpitudini, qui me iniuſte interemerunt.

kv) Fuga non opus erat illi, qui magiſtratus innocens maluit

Digitized by Google

Cato, vt antea ex opinione Auguſtini, Lucretia: kx) nihil id quaeſtioni vniuerſae et principi officit: nempe, an nulli vnquam liceat ſe educere, vel ſi mauis denuo vocem tuam, occidere: ky) vel an nulla ſit, nec eſſe poſſit vlli iuſta cauſa ſe educendi. kz) Acceſſoria eſt quaeſtio, qua pro varietate rerum hominumque negare et tueri poſſis, annon magni ſit animi, vitam ſponte dimittere, mortem contemnere et vltro oppetere. la) Mors quin habeat aliquid in ſe terribile, nemo

maluit ſatisfacere iudicio, quam ſemet ipſam vna cum iuſtiſſima cauſſa facere ſuſpectam. Et qui mortem non timuit, ne quid timere videretur, in carcere, nec inuitus, permanſit.

kx) Vti nos omnes circumſtantiae ſatis ſuperque docent, non errauit Socrates, qui iuſſu magiſtratus, non ſua ſponte, mortuus eſt. Errauit autem Cato, qui viuere potuiſſet, ac cedere neceſſitati, turpius vero ſemet cruore ſuo commaculare voluit. Errauit Lucretia, quae caſta fieri non potuit particeps ſtupri, ſua vero caede corpus miſere afflictam animamque furioſam longe maxima ignominia cumulauit.

ky) Dictum ſaepius, iſta quaeſtione propoſita, non licet.

kz) Eſt, aut eſſe poteſt, ſemetipſum occidendi cauſſa prorſus nulla.

la) Satis ſuperque iam paulo ſuperius demonſtratum, ab ipſo etiam auctore conceſſum fuit, in morte voluntaria hominis timiditatem, non fortitudinem aut magnitudinem animi quandam deprehendi. Siquidem ad felicitatis aeternae firma electione ſumus certi, atque Deo gratioſi, mortem contemnere, non vltro oppetere poſſumus: vt ipſius Ennii quoque illud a Cicerone commendatum: *emori nolo, ſed me eſſe mortuum, nihil aeſtimo.*

nemo dubitat: nec animum neceſſe eſſet in id comparari et acui, in quod inſtinctu quodam voluntario iremus, ſicut feruntur omnes ad conſeruationem ſui. Sen. ep. 36. Idem ep. 82. Etiamſi indifferens mors, non tamen inter ea quae facile negligi poſſunt: magna exercitatione durandus eſt animus, vt aſpectum eius acceſſumque patiatur. „ 1b) Alexander conſpecta ratione mortis Calani, attonitus dixiſſe fertur, Calanum potentiores hoſtes debellaſſe, quam ſe. Vide Ælian. V. H. 5, 6. 1c) Strato autem rex Sidonis, referente S. Hieron., manu propria ſe volens confodere, ne imminentibus Perſis ludibrio foret, quorum foedus Aegyptii regis ſocietate neglexerat, retrahebatur formidine, et gladium, quem arripuerat, circumſpectans, hoſtium pauidus exſpectabat aduentum. Quem iamiamque capien-

1b) Ita ſe res habet, omnium terribilium maxime terribilis mors eſt: ergo non, niſi ab animo deſperante ſuique ipſius parum memori, oppetenda. Hinc nulla fortitudo, nulla virtus, ſed vis nefaria. Virtus autem in conſeruatione ſui, quae, niſi quis humanitatem exuerit plane, hominibus a natura quibuſque indita. Nuſquam animus ad malum, ſed ad bonum ſuamque promouendam ſalutem, acuendus aut confirmandus. Contra naturam atque adeo contra ſemetipſum animi non eſt fortitudo, ſed furor et inſania. Qui ſemet didicerunt vincere ipſos, forti conſtantique animo perferunt fortunam vtramque, et mortem, piis ipſa vita potiorem, exſpectant, non inferunt ſibi, aegritudine ſuperante ac plus quam feminea mollitie.

1c) De Calano et Alexandro M. ſatis dictum animaduerſ. ad diſſert. de morte voluntaria p. 210. ſeqq. Quotus vero quiſque virum imitabitur vtriuſque, non dicam virtutem, ſed temeritatem atque adeo brutum exitium?

Digitized by Google

piendum vxor intelligens, extorſit acinacem de manu, et latus eius transuerberauit, compoſitoque ex more cadaueri ſe moriens ſuperiecit, ne poſt virginalia foedera alterius coitum ſuſtineret. ld) Cunctationem Neronis in hac re graphice deſcribit Suetonius. Ille quaeſito percuſſore cuius manu periret, ſed nemine reperto, procurrit quaſi praecipitaturus ſe in Tiberim: Sed reuocato impetu, manibus pedibuſque per vepres et ſentes correpſit in villam quandam. Ibi vnoquoque hinc inde in ſtante, vt quamprimum ſe impendentibus contumeliis eriperet, ſcrobem coram fieri, et quaedam curando mox cadaueri conferri imperauit, flens ad ſingula. Inter moras accepit ſe a ſenatu hoſtem iudicatum quaeri, vt puniatur more maiorum; et comperto, quale id genus poenae eſſet, conterritus duos pugiones arripuit: tentataque vtriuſque acie rurſus condidit, cauſatus nondum adeſſe fatalem horam. Vide ipſe plura. le)

 Porro

ld) Viri fuit ſtupor, feminae inſania, vtriuſque deſperatio ſatis luculenta. Stratonis mors melior non potuit eſſe vita. Cum Hieronymo aduerſus Iouinianum lib. 1. confer Athenaeus lib. 7 et Aelianus variae hiſtoriae lib. 7. cap. 2. vbi legimus Stratonem Sidonium hunc regulum omnes homines luxu et magnificentia ſuperaſſe, et Phaeacum comeſſationes fuiſſe imitatum. Iſti non vnum praeſto fuiſſe cantorem, qui coenam ipſius cantando oblectaret, et ipſum demulceret, ſed multas etiam mulieres muſicae peritas, tibicinas ac meretrices decora facie, et ſaltatrices: vt cum Nicocle Cyprio luxuria et laſciuia certaret.

le) Suetonii Nerone cap. 47. ſeqq. Qui fieri aliter potuit relicto deſperantique tyranno, religionum contemtori, timido, laſciuo, hominum quorumque ſaluti et ipſi inimico?

Digitized by Google

Porro Auguſtino, et vniuerſo illi fortiſſimo heroum ſophiſticorum generi, opponimus 1. tot in diſſertatione de voluntaria morte adducta exempla, ſacra et profana. 1f) 2. Tertullianum ſupra laudatum, qui tanquam illuſtria fortitudinis exempla, et magna eius incitamenta affert Lucretiam, Didonem, vxorem Aſdrubalis, aliaſque et alios ſponte extinctos. Puta veram opinionem et verba Auguſtini, mortem voluntariam nunquam reuocari poſſe ad fortitudinem et magnitudinem animi: quid ſtultius Tertulliano, qui damnatis profeſſae ignauiae exemplis vtitur ad inſpirandam fortitudinem, et martyrii etiam conſtantiam? 1g)

3. Au-

mico? Maluit generis humani maximum illud dedecus aliena tamen Epaphroditi, quam ſua manu, interfici. Sic fine caede et vulnere pauci ad orcum meritaſque poenas deſcendunt reges et ſicca morte tyranni.

1f) Diximus vero etiam ſupra, de facto non quaeri, ſed de iure. Exempla, proh dolor! innumerabilia ſunt vitiorum omnium, quae gentes omnium locorum atque temporum ſuppeditare poſſunt, neque ſi plura proferrentur vitium vnicum in virtutem conuertere audent. Exempla mortis voluntariae ſacra nulla ſunt. Contradictio alioqui fuerit in adiecto. De Samſone vidimus. Iudae ſi cui placet facinus memorandum, et in ſacris deſcriptum, habeat ſibi. Auaritiae, perfidiae, proditionis, ipſius diuinae maieſtatis laeſae, quodcunque deſperans lytrum, coepit, ſi quod ſuo corpore ſoluendum, aeternas per ſe maturius dare poenas. Si quid perſecutionibus diriſſimis, ad ſeruandam caſtitatem, patrauit imbecillitas ſequioris ſexus, deplorandum magis extrema piarum calamitate, quam imitandum eſſe videtur.

1g) In rebus diuinis autem Tertulliani auctoritas nulla eſt.

3. Auguſtino opponimus Auguſtinum ipſum, qui
I. de C. D. c. II. diſerte ait: Satius eſt vnam perpeti
Cc 3 mortem

eſt. Alioqui triſtem ac ſaepius damnatam omnes amplecteremur Montaniſtarum ſectam. Confer. animaduerſ. ad diſſert. de morte voluntaria p. 278. Multo minus iniquitas Robecci attendenda eſt, qui ſtultum opinatur eſſe, ſi quis quem ignauiae exemplis velit ad conſtantiam excitare. Quaſi vero non liceat argumenta petere a contrario, a minori ſaltem ad maius concludere, vel a maiori ad minus. Si numero plures alii non veriti ſunt interimere ſemet ipſos, vt cupiditatibus ſatisfacerent ſuis, aut alias animi paſſiones teſtarentur: quanto magis Chriſto deuoti, a nominis Chriſtiani hoſtibus atque tyrannis, hilares ac laeti perſecutiones ipſamque mortem exſpectarent, vt ſuo ſanguine veritatem euangelii confirmarent, ſuamque in fide, ſpe, atque charitate, conſtantiam oſtenderent. Ipſum ergo Tertullianum audiamus libro ad martyras, oper. pag. 225. Antuerpienſis Pamelianae editionis. *Timebit forſitan*, inquit, *caro gladium grauem, et crucem excelſam, et rabiem beſtiarum, et ſummam ignium poenam, et omne carnificis ingenium in tormentis. Sed ſpiritus contraponat ſibi et carni acerba licet iſta, a multis tamen aequo animo excepta, imo et vltro appetita, famae et gloriae cauſſa, nec a viris tantum, ſed etiam a feminis, vt vos quoque benedictae ſexui veſtro reſpondeatis. Longum eſt, ſi enumerem ſingulos, qui ſe gladio confecerint, animo ſuo ducti. De feminis ad manum eſt Lucretia, quae vim ſtupri paſſa, cultrum ſibi adegit in conſpectu propinquorum, vt gloriam caſtitati ſuae pareret. Mutius manum ſuam dextram in ara cremauit, vt hoc factum eius fama haberet. Minus fecerunt philoſophi, Heraclitus, qui ſe bubulo ſtercore oblitum exuſſit. Item Empedocles, qui in ignes Aetnaei montis diſſiluit. Et Peregrinus, qui non olim ſe rogo immiſit. Cum feminae quoque contemſerint ignes. Dido, cum poſt virum dilectum nubere cogeretur. Item Aſdrubalis vxor*,

mortem moriendo, quam omnes timere viuendo. Nec ignoro, addit, quam *inertius* eligatur diu viuere ſub timore tot mortium, quam ſemel moriendo nullam deinceps formidare. Sed aliud eſt quod carnis ſenſus infirmiter pauidus refugit (en rationem quam volunt, et legem naturae!) aliud quod mentis ratio diligenter enucleata conuincit. 1h)

Nihi-

vxor, quae iam ardente Carthagine maritum ſuum ſupplicem Scipionis videret, cum filiis ſuis in incendium patriae deuolauit. Regulus dux Rom. captus a Carthaginienſibus, cum ſe vnum pro multis captiuis Carthaginienſibus compenſari noluiſſet, maluit hoſtibus reddi, et in arcae genus ſtipatus, vndique extrinſecus clauis transfixus, tot cruces ſenſit. Beſtias femina libens appetiit, et vtique horridiores aſpides ſerpentes tauro vel vrſo, quas Cleopatra immiſit ſibi, ne in manus inimici perueniret. Sed mortis metus non tantus eſt, quantus tormentorum. Itaque ceſſit carnifici meretrix Athenienſis, quae conſcia coniurationis, cum propterea torqueretur a tyranno, et non prodidit coniuratos, et nouiſſime linguam ſuam comeſtam in faciem tyranni exſpuit: vt nihil agere ſe ſcirent tormenta, etſi vltra perſeuerarent.

1h) Nihil mutandum. Nec ſibi obloquitur vllo modo. Non de voluntaria, ſed naturali morte agit: eaque communi formidine quaerit, vtrum ſatius ſit, vnam perpeti moriendo, an omnes timere viuendo. Non ignorare ſe, quam inertius eligatur, diu viuere ſub timore tot mortium, quam ſemel moriendo nullam deinceps formidare. Noli credere quidquam illi de ſponte moriendo pro lubitu in mentem veniſſe: ſed miratur, qui fieri ſoleat, vt mortales aduentantem mortis horam perhorreſcant, cum ea mortis omni timore liberentur. Sic quoque epiſt 45. ſcribit: *Quantis laboribus agitur, vt longiori tempore laboret, et mors cum impendet, torquet, ideo cauetur, vt diutius timeatur:*

nam

Nihilominus maioris ſaltem, inquis, eſt animi, tolerare quoſcunque labores, dolores, ludibria, tormenta, quam ea moriendo fugere. Non tolerare ſimpliciter, inquam ego; ſed tolerare fortiter et animoſe. li) Deinde haec vna tantum eſt quaeſtio et cauſa. Enumera vero reliquas, et perge quaerendo, annon maioris etiam animi ſit delirare perpetuo ex ſenio vel morbo? annon furere? annon caſtrari, et conſtuprari vſque ad mortem? annon viuere in eo animi habitu, quem Scriptura depingit in Nabuchodonoſoro in beſtiam mutato; vel in aliis qui a Deo deſerti, excaecati, indurati; qui venditi vt faciant malum, qui non magis mores quam Aethiops pellem et pardus maculas mutare poſſunt? Quid in his omnibus maioris animi, imo vllius fortitudinis vel veſtigium deprehendis? niſi forte tibi ſit fortitudo quaedam, aliis omnibus inaudita: fortitudo quaedam delira et furioſa; fortitudo quaedam abominabilis, et ne in flagitioſiſſimis quidem ſcortis tolerabilis; fortitudo quaedam belluina; fortitudo quaedam continuo peccandi, et ſcelera quaeuis perpetrandi. His addendae videntur cum aliae fortitudinis ſpecies,

nam inter tot caſus fragilitatis humanae quam multae mortes timentur, quarum certe vna cum venerit, reſtat, ceteras non timeri, et tamen fugitur vna, cum omnes timeantur. Timor vero ille naturalis eſt hominum atque communis: tantoque magis cauendum, ne mortem, quam quis infert ſibi, malamue exeipit vitam, mortes infinitae ſequantur: cum bona mens atque ratio, quicquid prouidentia et voluntas diuina immittit, quam lubentiſſime amplectatur.

li) Qui ſapit, fortiter vtique et animoſe, quicquid accidit, vel diuinitus imponitur illi, ad vitae finem vſque, tolerare conſueuit.

cies, aut partes, tum ſingulatim fortitudo vorandi in magna fame, homines, ſtercora, aliaque huiuſmodi lk)

Rurſus fuerit maioris animi tolerare quaecunque mala, quam fugere et ſponte mori: fuerit, inquam, aliquando et raro, in diuinae ac conſummatae ſapientiae virtutisque viris, immortalitate etiam dignis, quos quantumcunque poſſint viuere publicae rei expedit: ſed reſpicienti in vniuerſum homines, et non tam quid, quam quomodo quiſque toleret, apparet manifeſte falſum. Nam tolerant, ceu ſuperius ſignificaui, ignauiſſimi quique, imo ſceleratiſſimi: tolerant mulierculae, meretrices, et vniuerſa illa infima plebecula, nec ſciens, nec aeſtimans fortitudinem, ac maiorem quandam animi magnitudinem.

Proh! quanto leuius mortalibus aegra ſubire
Seruitia, atque hiemes aeſtusque, fugamque fretumque
Atque famem, quam poſſe mori.

Itaque plerique per ignauiam potius et formidinem

lk) Petitio eadem ſemper eſt principii. Si quis delirio ſemet interficit, aut furore: deplorandus ille quidem, ſed dicendus non eſt ratione vti, vel conſulto agere quidquam. Reliqua, cuiuſcunque ſint generis, aequo animo ferenda, eodemque virtutis tramite, ſpe certae ſalutis, ad vitae finem vſque a Deo deſtinatum, ab cuius ſapienti conſilio et prouidentia dependent omnia, perſeuerandum. Alioqui non fortes, non pii, non fideles ſumus domini coeleſtis ſubiecti, ſed brutis animalibus deteriores et miſerrimi homunciones, qui, dum ſtudent vitare Charybdim, incidunt in Scyllam, atque furioſo impetu lubentes in exitium ruunt.

Digitized by Google

nem mortis omnia miſere ac turpiter ſufferunt; complures quoque vulgari nunc imbuti opinione timent inferorum poenas, ideoque non animi, ſed metus magnitudine aegre et periculoſe viuere perſeuerant. Multi vero quaſi maiorem animi magnitudinem oſtenſuri, turpiſſime ſunt lapſi: alii gemitibus, eiulatibus ac clamoribus tyrannos, hoſtes et carnifices delectarunt, amicorum vero animos emollierunt et fregerunt: alii rurſus, tanquam timidiſſima quaeque animalia, in quaſcunque latebras perreptarunt, ſeſeque abdiderunt. 11) Non

11) Mala imminentia fugere, praeſentia tolerare debemus; neutiquam vero ſponte mori. Non nego, homines quoque ignauos, leues, et non optimae famae tolerare mala. Quanto magis tolerare debent fortes et magnanimi? Qui mori malunt, quam patientia exerceri, vecordes ſunt atque nimis timidi, eoque genere ſaltem vincuntur a mulierculis, meretricibus, et infima plebecula, quae viuendo mala non mutanda ferre, quam moriendo fugere, ac turpiter perire, malunt. Praeſtat timere, quam incurrere poenas inferorum: eaque formidine ad veram animi magnitudinem traduci: vt calamitatibus ſuſtinendis ſi non inſignem fortitudinem, patientiam tamen atque conſtantiam prae ſe ferant. Securius aiunt atque tutius: quam qui ſemet furioſe in orcum praecipitare non verentur. Hi turpiſſime labuntur: nec poterunt poſt triſtia fata gemitibus, eiulatibus, atque clamoribus aeternos auertere aut fugere cruciatus. Caſum ergo ponamus, in vnum omnia cumulari mala: ſi ſapit, perbreuis ratus dolorem eſſe temporis, neque cum aeterno futurae felicitatis vſu componendum, forti conſtantique animo grauiſſimum onus cuiuscunque calamitatis vſque ad vitae finem perferre non deſinit: ipſaque patientia ferendo diuinitus confirmatur.

 Poteſt

Non nego licere fugam; ſed eam multo minus eſſe maioris animi indicium et argumentum, quam mortem voluntariam contendo: praecipue in hominibus, quos viuere aut mori nihil publice intereſt; adeoque in pleriſque omnibus. l m)

Porro Epit. Ann. Baron. ad A. C. 252. vbi de perſecutione Deciana: Huiuſmodi terrore incuſſo multi datis libellis ſeipſos deferentes, ne vitae, aut rei familiaris iacturam facerent, fidem Chriſti, ſuppliciis nondum admotis abnegarunt; multi fuga dilapſi: inter quos Cyprianus. . . l n) Et poſt: Greg. Thaumaturgus...

Poteſt enim cuique diuina ſufficere gratia: quandoquidem Numinis aeterni potentia per hominum infirmitatem conſummatur. Hinc Apoſtolus 2 ad Corinth XII. 9. ſcribit: libentiſſime gloriabor infirmitatibus meis, vt tanquam in tabernaculo meum habitet potentia Chriſti. Acquieſco in infirmitatibus, in iniuriis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto: quum enim infirmus ſum, etiam potens ſum. Rom. VIII. 35. Quis nos a charitate Chriſti ſeparabit? neque tribulatio, neque anguſtia, neque fames, neque nuditas, neque periculum, neque perſecutio, neque gladius. Ecquid tandem? Si Chriſtus, quem amore totum amplectimur, pro nobis, vt Deus fortis eſt: quis tandem, ad ignominiam, vel turpitudinem ſummam, doloreſque nefandos, erit contra nos?

l m) Ego contra puto hactenus ſatis quidem clare demonſtratum fuiſſe, in morte voluntaria nullam plane fortitudinem aut magnanimitatem, ſed timiditatem, deſperationem, et inſaniam deprehendi: aut ille magnus dicendus eſt animus, qui citato gradu, ad fugienda mala quaedam leuiora, in perniciem ſemet praecipitare non dubitat.

l n) Procul dubio mali ſemper fuerunt mixti bonis. Qui Chri-

gus. . . cum ſuorum imbecillitatem exploratam haberet, veritus vt ex his multi vſque ad mortem pro pietate eſſent certaturi, autor illis fuit, vt fuga periculum declinarent, ſeque his non modo comitem, ſed ducem praebuit. 1o) Alia tempeſtate Athanaſius a ciſterna in ciſternam tranſiiſſe, quandoque in ſepulcrum deſcendiſſe, et ſe viuum quodammodo ſepeliiſſe memoratur. Quid? quod e latebris aliquando trahendus, ſolo induſio tectus in domum puellae confugiſſe, et aliquamdiu

Chriſtum abnegarunt, fortibus atque fidelibus adſcribendi non ſunt. At fugere etiam fortiſſimo et ſanctiſſimo cuique licuit. Ita Caeſar Baronius et Henricus Spondanus annal. eccleſ. an. 253. num. 9. pag. 230. Cum Deciana perſecutio vehementer vbique ſaeuiret: complures, licet fortiſſimi, ſemet aliquantiſper ſubduxerunt: inter quos fuit etiam Cyprianus, magno gentilium ardore ad necem quaeſitus, proſcriptus, et omnibus bonis ſpoliatus. Et conſulto quidem, non formidine, latebras quaeſiuit, ne per eius praeſentiam perſecutio in ceteros fideles acrius ſaeuiret: vt idem ipſe teſtatur epiſt. 9. 55. 69. et Pont. in vita Cypr.

1o) Bene. Ita Spondanus pag. 233. Hac itidem graſſante perſecutione magnus ille Gregorius Thaumaturgus Neocaeſareae in Ponto epiſcopus (perinde ac Cypriano et Dionyſio Alexandrino contigit) diuino plane conſilio furorem declinans gentilium debacchantium, receſſit in ſolitudinem, ſuisque vt idem facerent perſuaſit, ne adhuc nouelli in fide deficerent in tormentis. Sed mortem voluntariam neque ſibi, neque ali cuiquam, ſaeuientibus vbique malis, perſuadere voluit. Cum ipſe nihilominus diligentiſſime quaereretur in ſolitudine, accidit aliquando, vt detectus, flexis ad orationem genubus, vna cum ſuo diacono, ambo circumſtantibus inimicis viſi ſint arbores, atque ſic manibus iſtorum euaſerint.

Digitized by Google

latuiſſe fertur. Arianorum dices hanc fuiſſe fabulam. Aſt Ariani fuerunt ſaltem Chriſtiani, neque a negata conſubſtantialitate ad mentiendum ſtimulati, quicquam incredibile finxerunt de homine vitae cupidiſſimo. 1p) Sed haec fuerit fabula: reliqua vero omnis fuga et latitatio an ideo turpis et inhoneſta, quia ad magnitudinem animi non poteſt referri? quia maioris animi vtique fuiſſet non fugere, ſaltem non tam foede timideque latere, ſed publice mala quaeque potius perferre? Certe non ita latere, nec pecunia tormenta etiam rariſſima et exquiſitiſſima redimere ſuſtinuit Marcus Arethuſae epiſcopus Arianus. 1q) Nehemias vero dicenti

1p) Quoquo ſe res habeat modo, Athanaſius bene et prudenter fuga ſalutem petiit, cum inimici vehementiſſime illum perſequerentur. vid. Baronius et Spondanus annal. eccleſ. an. 356. n. 2. 4 7. 8. Niſi vero ſibi cauiſſet, aut ſemetipſe interfeciſſet: inſania maximaque turpitudine bonam eruditionis atque virtutum famam commaculaſſet. Vbi vbi honeſte et commode latuit, docendo ſcribendoque inſignem animi oſtendit magnitudinem, ſuisque nunquam voluit ſuccumbere affectibus, aut in ſemet ſtatuere quidquam triſtius.

1q) Fuit ille Marcus Arethuſae epiſcopus ante quidem Arianus, aetate vero iam grauis, haereſi relicta, veritatem amplexus eſt. Quod olim ille ſub Conſtantio imperatore magnificum deorum templum Arethuſae deſtruxerat: Iulianus eum damnauit, vt de ſuo illud reſtitueret. Quod cum facere aut non poſſet, aut non vellet: fuga ſibi conſuluit. Breui poſt nuncio ad eum perlato, quod multi propter eum in diſcrimen venirent, Arethuſam redit, ac ciuibus ſe tradidit: qui omnes gregatim, viri ac feminae, per plateas eum trudere, ferire, trahere coeperunt, auresque

ti cuidam, Tractemus nobiſcum in domo Dei, in medio templi, et claudamus portas aedis: quia venturi ſunt, vt interficiant te, reſpondit: Num quiſquam ſimilis mei fugiet? lr) De Pertinace Herodianus l. 2. cunctis otium agitantibus turbidi ac furentes praetoriani militari curſu, meridie ipſo protentis haſtis, nudis gladiis, frequentes ad imperatoris aedes feruntur. Ceteris fuga dilapſis, pauci amicorum perſuadere vt fuga ſibi conſuleret, populique auxilium imploraret. Ille indecorum exiſtimans fugae aut latebris ſalutem debere, occurrere periculo ac procedere in medium decreuit. ls) De Leonida et Lacedaemoniis il-

 lis,

que tenuibus funiculis auulſerunt. Pueri, qui ſcholas frequentabant, inſtar globi eum voluentes, iam ab ſe proiecerunt, iam denuo exceperunt ſtilis, ac miſerrime corpus deformarunt vulneribus: et ſpiritum adhuc ducentem melle et alio liquamine vnctum impoſuerunt in ſportulam ex iunciș contextam, ac ſublime ſuſpenſum veſpis et apibus exedendum obiecerunt. Conſtanter ac fortiſſime iſta perpeſſus eſt: neque vitam ſibimet ipſi adimere voluit. vid. Sozomenus l. 5. c. 9. Gregorius Nazianzenus orat. 1. in Iulianus. Spondanus annal. eccleſ. an. 362. n. 34. pag. 399.

lr) Nehemiae VI. 10. 11. Nouerat ſcilicet Nehemias periculum non eſſe, nec fugae tempus; Semaſam autem, vt falſa loqueretur, et imponeret ſibi, a Tobia et Sanebal-lato corruptum. Alioqui fortiſſimus quisque, vbi vis maior, et periculum imminet, fuga vitam conſeruare debet, non coeco impetu in exitium ruere, aut ſemet enecare.

ls) Non credidit Pertinax, ſe iam in capitis periculo verſari, aut fore, vt militum ſuorum facto impetu obtruncaretur. Sperabat, perſuaſurum, quae vellet, et furentes in praeſens animos placaturum, vt eius orationem legi-

lis, lt) compluribuſque aliis qui turpem ſibi pro tempore et loco iudicantes fugam, mori quam fugere maluerunt, conſtat ex hiſtoria. Itaque nunc ſaltem clariſſime vides

1. Futiliſſimam eſſe ratiunculam iſtam, Quia maior eſt animus. lv)

2. Non obligari omnes ad ea quae ſummae animi magnitudini conuenire videntur, quaeque fecerunt quandoque viri ea magnitudine ac robore praediti: ſed multa licita et honeſta eſſe, lx) quam-

legimus apud Herodianum lib. 2. cap. 5. editionis Boeclerianae pag. 79. ſeq.

lt) Militibus, niſi victis iam proelio, fugere nunquam licet. Leonidas Spartanus, cum CCC. ciuibus apud Thermopylas Xerxi totique Aſiae obiectus, occidere dimicans, quam aſſignatam ſibi a patria ſtationem deſerere, maluit: ſuosque alacri animo ad id proelium, quo perituri erant, cohortatus eſt, ea etiam voce vſus: ſic prandete, commilitones, tanquam apud inferos coenaturi. vid. Herodianus l. 7. Iuſtin. l. 2. Valer. Max. l. 3. c. 2. extern. num. 3. Turpis in bello fuga, minime vero extrema vrgente neceſſitate, vt ſibi quis prudenter caueat, imminensque vitet, ſi fieri poteſt, vitae periculum. Praeſtat aliquando ſtantem pugnantemque aduerſus hoſtes mori, quam fugere: ſed nunquam vlla calamitas voluntaria morte auertenda.

lv) Futiliſſimum, ad voluntariam mortem commendandam, argumentum eſt, ab animi magnitudine deſumtum. Quod ſaepius dixi, iterum iterumque dico, in ea turpiſſimam eſſe deſperationem aut furorem: prorſus vero nullam in nefario ſcelere virtutem apparere.

lx) Quae ſumma ſit animi magnitudo, vt verum fatear, neſcio. In virtutibus, quod ſupra etiam monui, via perplacet

Digitized by Google

quamuis talium virorum exemplis factiſque inferiora. ly)

3. Pro

placet media, et gradus ſufficit, quemadmodum grammatici loquuntur, poſitiuus. Sunt homines alii aliis tamen meliores; optimus vnus non niſi Deus. Mihi profecto ſufficeret eſſe et haberi bonum. Sic vt vitia quaeuis ſunt quouis modo vitanda; procul dubio ſunt ſemper amplectandae et exercendae virtutes, ſine quibus vitia imperant. Nec inficiabitur quisquam, extra virtutes, ſalua tamen iuſta moderatione vel temperantia, actiones eſſe non ſolum licitas et honeſtas, verum etiam omnino neceſſarias, ex. gr. edere, bibere, dormire, moueri, obambulare, loqui, ſcribere, laborare.

ly) Hic vero latet anguis in herba. Quae boni facere nec voluerunt, nec potuerunt: licita et honeſta eſſe non videntur. ſicubi factis vitii quid adhaeret; omnium vero minime ſi legibus et honeſtati aduerſantur. Bene ac prudenter Antigone, patri Oedipo voluntariam mortem diſſuadens, apud SENECAM Thebaidos actu primo verſ. 188.

- - Decebat roboris tanti virum,
Non eſſe ſub dolore: nec victum malis
Dare terga. Non eſt, vt putas, virtus, pater,
Timere vitam, ſed malis ingentibus
Obſtare, nec ſe vertere, ac retro dare.
Qui fata proculcauit, ac vitae bona
Proiecit, atque abſcidit, et caſus ſuos
Onerauit, ipſi, ceu Deo, nullo eſt opus.
Quare ipſe mortem cupiat, aut quare petat?
Vtrumque timidi eſt velle. Contemſit mori,
Qui non cupiſcit. Cuius haud vltra mala
Exire poſſunt, in loco tuto eſt ſitus.

Digitized by Google

3. Pro perſonarum, locorum ac temporum diſcrimine eadem eſſe et honeſta, et turpia. lz)

4. Non fortitudinem quandam animique magnitudinem, pro imaginationis cuiuſque ſpectris fictam ac conſtitutam, verbis ſpecioſis exornatam exaggeratamque; ſed rationem et prudentiam eſſe omnium conſiliorum actionumque regulam. Itaque dum ratio et prudentia ſuadent dictantque melius, tutius et honeſtius eſſe mori, quam viuere et fugere, quicquid aliquorum caeca ac ratione deſtituta fortitudo, ſi fas dicere, animique magnitudo in contrarium dixerit, tanquam temerarium, ſtultum et inſanum eſt ſpernendum. ma)

Hic

lz) Ea ſcilicet, quae media dicuntur, neque ad virtutes, aut vitia referuntur. Quae contra leges naturae communes et hominis rationem fiunt, non poſſunt non vbique et ſemper, et in omnibus eſſe turpiſſima. Quae ſecundum leges et rationem fiunt, ſemper et vbique ſunt honeſta, ipſamque virtutem ſatis aperte prae ſe ferunt. Alia, vt Nepos recte monuit, non omnibus ſunt honeſta atque turpia, ſed omnia maiorum inſtitutis iudicantur. Ita mors voluntaria Zenonis ſectatoribus honeſta eſt, ſanioribus et Chriſtianis turpiſſima, et nullo modo inter res medias numeranda, vtpote a qua temporalis atque aeterna hominis ſalus dependet.

ma) Subiratus ipſe hac theſi opinionem infringit ſuam. Sunt enim fictiones et ſpectra ſatis ridicula, quae Stoici, ad nefarium ac triſte ſuum decretum aliquo modo colorandum, de fortitudine et magnitudine animi proferunt multisque verborum lenociniis exaggerare ſtudent. Quandoquidem vero nec rationem, nec prudentiam, ſtatuunt rectam conſiliorum et actionum regulam: decretum iſtud Stoicum

Digitized by Google

Hic obſerua denuo doctores Chriſtianos eſſe ineptos, et ſibi diſcordes iudices ac cenſores officiorum virtutis, praeſertim fortitudinis. mb) Nam eadem quae nonnulli hic aliis obiiciunt, aut obiicere poſſent ex prouidentia, voluntate, ſapientia, bonitate, decreto, ordinatione ac diſpoſitione diuina: item ex gloria Dei, exemplis Chriſti et Sanctorum: ex amore, ſpe et fiducia in Deum: ex vtilitatibus calamitatum: et ſi quae ſunt alia, quibus pro more ſuo luxuriant, tripudiant

Stoicum recte ſpernitur, vt temerarium atque inſanum. Aliud eſt mori ſecundum voluntatem diuinam ordinemque naturae; aliud pro lubitu ſuaque ſponte, quoties calamitas aut periculum aliquod imminet, vitam finire, et enecare ſemetipſum. Illud praeſtat aliquando, et melius eſt, quam viuere in ſumma et inuincibili miſeria: cum fugere eam nemo poſſit. Hoc plane diabolicum eſt, neque ſperandum vſquam ab homine, niſi deſperante, inſano, et furioſo.

mb) Calumniam repetit, illam ſupra iam ſatis collabefactam: vt neutiquam reſponſione videatur eſſe digna. Chriſtianos doctores oportet Chriſti doctrinam et veritatem euangelicam profiteri. Qui Chriſti ſequuntur doctrinam, ineptire non poſſunt, non fouere diſcordiam, aut de virtutibus perperam iudicare. Etiamſi aliquando in rebus, ad ſalutem et veritatem euangelicam non pertinentibus, atque adeo nullius momenti, errauerunt: noui, errare humanum eſſe, et optimos viros humanum nihil a ſe alienum putauiſſe. Atqui etiam noui, neque Lactantium, neque Auguſtinum, neque alium e Chriſtianis doctoribus quemquam, adeo iniquam ineptamque hominis Stoici, qui Chriſtianus videri volebat, iſtam cenſuram fuiſſe meritum.

Digitized by Google

diant et triumphant: eadem obiiciuntur ipſis a Tertull. L. de fuga in perſecutionibus. m c) Vbi eiuſmodi potiſſimum argumentis, accumulatis quoque Scripturis, et interſperſis, vt Lactantius et Auguſt., coloribus et ratiunculis rhetoricis vtitur ad demonſtrandum, non licere in perſecutionibus fugere, neque ſectae, vt ait, licentiam emere, aut praemio paciſci. m d) Quicquid

m c) In Tertulliano, et pio, et docto viro, Montaniſtarum probe obſeruanda eſt haereſis: vt, fugienda non eſſe pericula in perſecutionibus, ſed multo magis martyrium captandum, ſibi perſuaſerit. Ipſe, antequam incidit in eam haereſin, fugam in perſecutione non improbauit. vid. de patientia liber c. 13. p. m. 238. Deinde libro ſingulari, ad Fabium ſcripto, fugam in perſecutione diſſuadit; vt libris quoque de corona militis, et de virginibus velandis. Prorſus vero nihil inde ſolatii aut refugii mors voluntaria repetere vel reperire poteſt. Si fuga non licet in perſecutionibus euitare martyrium, multo minus licet euitare voluntaria morte.

m d) Siccine ipſe prodit malam voluntariae mortis cauſſam? Tertullianum aliis doctoribus Chriſtianis, Lactantio praeſertim et Auguſtino, in alia tamen controuerſia, opponit: neque illi magis, quam his, fidendum cenſet, quod iiſdem vtantur argumentis, ſacrae NB. ſcripturae cumulent loca, et rationibus colores rhetoricos addere ſoleant. Diſplicent noſtro quammaxime propterea, quod in fide conſtantiam, et in perſecutionibus ad vitae finem vſque perſeuerantiam poſtulant: ſalua etiam honeſta et neceſſaria fuga, cui noſter cum Stoicis iniquiſſimam turpiſſimamque ſui necem ſubſtituere mallet. Sufficit Chriſti praeceptum de fugiendo ex vna in aliam vrbem: qui et ſaepius ipſe fugit, et ſanctiſſimos fugere docuit ſuos. Vnde et eius diſcipuli, quoties potuerunt, fuga ſibi conſulere inſtituerunt: et Pau-

Digitized by Google

quid ergo illi hic reſponderint Tertulliano, id ſibi quoque reſponſum putent. m e) Eſt vero cauſa noſtra in multis melior, honeſtior, ab ignauia et omni turpitudinis ſpecie remotior, atque a Tertulliani telis tutior. Neque enim in nos aeque ac fugientes illos, ementes et vbicunque latentes valet: Fugam eſſe turpe, et indignum, et ſeruile praeſidium: Chriſtum ſanguinem ſuum fudiſſe pro nobis: animas noſtras eſſe pro fratribus ponendas: et alia quibus is aduerſarios fortiter premere videtur, praeſertim laudatores illos maioris fortitudinis. Non enim nos ad fugiendum, aut emendam quaſi miſeram vitam latebraſque hortamur; ſed potius vt ſpretis tam hoſtibus, quam vita ipſa fortiſſime quiſque, quantum poteſt, moriatur, ſanguinem vltro fundat animamque ponat. Quo ipſo praebemus fratribus aliquod ſaltem fortitudinis contemptuſque vitae exemplum:

et Paulus ſe per murum de perſecutione expediri curauit. Ratio quemque docet etiam ſua, mortem et calamitates quocunque modo vitandas eſſe. Si fugere aut alio modo necem euitare non poſſumus: ſcelere praeſtat obire alieno, quam ſuo.

m e) Differunt autem toto coelo mors voluntaria et mali fuga: imo haec illam refutare vehementius, omnemque cauſſae iuſtitiam euertere poteſt. Iuſſit Chriſtus diſcipulos ſuos fugere, neutiquam vero ſemetipſos occidere. Nec illorum quiſquam, longe maximis calamitatibus, miſeriis, doloribus, ignominia, egeſtate, neceſſitatibus, maluit ſponte mori, quam alius, vel peſſimi hominis, tyrannidem experiri. Nolumus pro fuga quidquam aduerſus Tertullianum dicere: neque credimus, ſi dicta fuerint plurima, vnicum nobis verbulum aduerſari, ſed omnia tanto fortius, ſpecie ac nomine Chriſtiano, Stoicum diſſimulatum eiuſque cauſſam euertere.

Digitized by Google

plum: m f) Deo et Chriſto Domino tales nos approbamus, qui malimus iuſto ac prudente imbecillitatis noſtrae metu ac conſcientia mori, quam in periculum incidere peccandi, aut peccatoribus conſentiendi, tortoribuſque cedendi: vti innumeris ante nos aliis id contigit. m g)

Porro

m f) Quotus vero quiſque eorum, quorum mens ſana in corpore ſano eſt, non intelligit, cauſſam auctoris omniumque Stoicorum, voluntariam mortem ſuadentium, eſſe peſſimam atque turpiſſimam? Fugiunt enim non martyria ſolum et ſubeundas pro veritate perſecutiones, verum etiam quaſcunque mortalium communes aerumnas: neque ſibi legitimo ſtudent conſulere modo, vt fugerent ad ſalutem et vitam conſeruandam, ſed maius patrandum ſcelus, mortemque voluntariam eligunt, vt ſemetipſos, velut paricidae, furentes audacia et deſperatione, in meritas praecipitarent poenas. Indignum et ſeruile quaerunt in ſatanae, crudeliſſimi generis humani hoſtis, conſilio ac tentationibus impudentiſſimis praeſidium: vt breuia leuiaque mala cum aeternis longeque grauiſſimis commutare non vereantur. Haec maior illorum fortitudo, vt opus non habeant tyrannorum exſpectare molimina, ſuamque dolores inter patientiam probare. Hoc ſanioribus deteſtandum extremae turpitudinis et impietatis, non ad imitationem, ſed maximum ad horrorem, exemplum praebent, ac ſibimetipſis, ne quid peius dicam, poſt fata immanitate ſua infamiam faciunt. Hic vitae, hic ſalutis aeternae contemtus non poteſt non hominis ſtultitiam atque ſummum furorem ſapere.

m g) Vae ſimulatoribus ineptiſſimis! Si fures atque latrones Deo dicerent opus facere gratum quod bonis eripiant, quibus olim ſuperbire poſſent. Si adulter ſuam velit iactare virtutem, quod ſoboli procreandae ſtuderet. Noſtin,

Porro annotatum eſt ſupra, ex Tertulliani ſententia ipſam quoque interpretationem Scripturae e diſciplina rationis petendam eſſe. mh) Bene id demonſtrare videtur L. De Praeſcript. adductis verbis Chriſti, Quaerite, et inuenietis. mi) Haec quidam trahe-

Ee 3 bant

ſtin, homo ingenioſiſſime nequam, Deum, iuſtiſſimum iudicem, odiſſe homicidia, et punire mendacia, mortalium quoque ſcrutari corda, fiduciam, ſpem, ſinceram pietatem, caſtumque amorem deſiderare, nec alium velle cultum quam a ſemetipſo praeſcriptum. Siccine aduerſus Deum atque dominum ſuum rebelles ac laeſae maieſtatis rei ſummum ſcelus iactitare inſtituerint, imbecillitatis metu defeciſſe, atque grauius peccaſſe, ne olim captarent peccandi occaſionem. Sint ergo, qui Panico iſti ſuccubuerint terrori: nefarium ita ſcelus nunquam defendere, aut fucum ſummo iudici facere poterunt. Si qua videtur excuſatio ſupereſſe: hominis inſania forſan erit ac ſummus furor, quo abreptus in ſe patratum facinus ipſe ignorarit.

mh) Ratio vtique homini diuinitus conceſſa eſt, vt ea recte vtatur: alioqui brutis animalibus ſimilis nihil intelligere aut diiudicare poterit. Rationis auxilio etiam optime ſacram ſcripturam interpretari valemus, cooperante Sancti Spiritus illuminatione. Sic ratio inſtrumentum eſt, quo, vel medium, per quod ad ſalutarem doctrinam ducimur. Sed non eſt principium, ex quo veritatis diuinae poſſumus capere fundamentum, aut quo niti poteſt omnis credendorum et agendorum norma. Rationis multiplex vſus eſt in illuſtratione, collatione, illatione, et argumentatione: ipſa vero ex diuinis dogmatibus et Sp. S. ſanctificante illuminatione inſtrui et corroborari debet. Sic cultus diuinus rationalis eſt. Rom. XII. 1.

mi) Fuſius ea de re Tertullianus agit libro de praeſcriptionibus aduerſus haereticos cap. 8. 9. oper. p. m. 391. ſeq.

bant ad defendendam curioſitatem, qua Tertullianus non eſſe opus ait poſt I. C. Itaque 1. non omnibus dictum eſſe, Quaerite. 2. Etiamſi id permitteretur, tamen et hic, inquit, ſenſus expetit certare cum interpretationis gubernaculo. Nulla enim vox diuina ita diſſoluta eſt et diffuſa, vt verba tantum defendantur, et ratio verborum non conſtituatur. Rationem autem verborum allegatorum in tribus articulis conſiſtere: in re, in tempore, in modo. Quod ſi haec accommodaueris verbis, Non occides, apparebit, interpretationem Auguſtini penitus aberrare ac deficere. In re: non enim vetatur niſi occiſio proximi, eaque non omnis, ſed iniuſta innocentis. Hinc patet quoque et de tempore, et de modo. mk)

Cap.

ſeq. Noſter vero malitioſe illum intelligere non vult. Pertinet omnino, illo fatente, ad omnes et ſingulos, quod Chriſtus dixit non ad Phariſaeos ſolum, ſed ad quoſcunque diſcipulos Matth. VII. 7. *petite, et dabitur vobis: quaerite, et inuenietis: pulſate, et aperietur vobis.* Luc. XVI. 29. *Habent Moſen et Prophetas: illos audiant.* Ioh. XII. 48. *Qui aſpernatur me, nec recipit verba mea: habet, qui condemnet ipſum: ſermo, quem locutus ſum, ipſe iudicaturus eſt eum vltimo die.* Captat ſiniſtre Tertulliani verba, ſed nihil expedit.

mk) Accommodabimus, quod vult, verbis *non occides*, de quibus ſupra iam dictum ſatis: et rationalis interpretatio haec erit: ſtudio, et praemeditato ſcelere, innocentem non occides hominem, neque alium, neque temetipſum. Interpretationis rationem Deus ipſe ſuppeditat Geneſ. IX. 5. 6. *De manu ipſius hominis, de manu cuiuſque fratris animam hominis repoſcam. Qui effundit ſanguinem hominis, per hominem ſanguis illius effunditor: quoniam ad imaginem ſuam Deus*

Digitized by Google

Cap. 25. et ſeq. aliam velut telam orditur Auguſtinus, et comperto multa extare illuſtria exempla eorum qui ſe honeſto et magno animo eduxerunt, varias et neceſſarias ob cauſas: non ſolum apud exteros omnium gentium, ſed apud ipſos etiam Chriſtianos; atque in ſexu etiam infirmiore plerumque, et minus animoſo: in tot feminis, virginibus et puellis, quae ad ſeruandam pudicitiam, dum aliter ſeruari humanitus non potuit, quodcunque mortis genus, quod magis in promptu erat, cupide arripuerunt. m l) Bene Seneca

Deus hominem fecit. Haeccine ſufficiens ratio eſt? Innocens trucidandus a nemine, non ab alio, nedum a ſemetipſo: quoniam prae ſe fert imaginem Dei. De qua ſi quis deſperarit, atque ſemet, contra diuinum praeceptum, occidere maluerit: quandoquidem ab hominibus non poteſt, certiſſime tamen a Deo, iudice iuſtiſſimo, vindice fortiſſimo, meritas exſpectabit poenas. Et aliam verba nobis rationem oſtendunt. Deus omnes homines ſine vlla exceptione ab homicidio abſterret, cauſſamque ſubiungit aequiſſimam, quod omnes inter ſe fratres ſint, atque ſummum habeatur nefas, eos, qui tam arcto vinculo ſunt inter ſe coniuncti, ſemet caedibus inuicem mutuis conficere. Vnus vero quisque proximus eſt ſibi: et vinculum longe arctiſſimum inter corpus animamque intercedit. Omnium ergo minime homo ſemetipſum, ſine grauiſſima poena, occidere poteſt: ſi quando ſcelus tam horrendum praemeditatus fuerit.

m l) Vtinam, quae D. Auguſtinus contra mortem voluntariam ſapienter et copioſe ſcripſit, ad emendationem atque ſalutem perpendere voluerit, neque adeo peruicaciter ac ſtolide, ne minima quidem vrgente, omnibus contra ſolide prohibentibus cauſſis, in exitium ruere. Poſtquam Augu-

Seneca ep. 70. Iniurioſum eſt rapto viuere: at contra pul-

Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 1. cap. 24. exemplum Iobi ex ſacris propoſuit, cum Catone Regulum confert, atque hunc docet illo praeſtantiorem virtute et animi fortitudine fuiſſe: qui Poenis primum a ſe victis, victus tandem ſubiici maluit, tormentaque perpeti omnia, quam ſibimetipſi conſciſcere mortem. Argumentatur deinde a minori ad maius. Si tanta fortitudine animi excelluerunt Regulus et alii deorum falſorum cultores, vt mortem nihil formidarent, eam ſibi tamen non afferrent, ac hoſtibus multo magis ſubiici vellent: quanto maiori iure ac ſolidiori fiducia veri Dei cultores, illi Chriſto ſeruatori ac domino deuoti, a tanto facinore abſtinebunt, ſi eos diuina prouidentia vel probandos, vel emendandos aliquantiſper ſubiecerit hoſtibus. Cap. 25. docet, quod peccatum non debeat declinari per peccatum, Apoſtolicae doctrinae memor, Rom. III. non eſſe facienda mala, vt inde eueniant bona. *Si deteſtabile*, inquit, *facinus et damnabile ſcelus eſt, etiam ſe ipſum hominem occidere, ſicut veritas manifeſta proclamat: quis ita deſipiat, vt dicat, iam nunc peccemus, ne poſtea forte peccemus: iam nunc perpetremus homicidium, ne forte poſtea incidamus in adulterium.* Ne quidem ad proprium euitandum peccatum, cuiquam licere manus inferre ſibi, probat duplici argumento. Primo, quia, etſi tantum dominetur iniquitas, vt peccata eligantur, minus tamen formidandum, nec certo futurum, inſtans fortaſſis adulterium, quam certum in praeſenti et illud quidem crudeliſſimum homicidium. Deinde, quia, etſi committas olim adulterium, poenitentia tamen atque delicti venia ſequi poteſt, ſiquidem gratiae diuinae ad extremum vſque ſpiritum vitae relinquatur locus; ſi quis vero inſaniat eo vſque, vt manus ſibi violentas afferat, cum tanti flagitii poenitere amplius non poſſit. A mente Chriſtiana quam longiſſime, etiamſi vim patiatur, omnem impuritatem abeſſe: maximum vero quibus-

pulcherrimum, mori rapto. „ mm) Hinc vt ſe expediat Auguſtinus, ſed eadem arte qua ſupra circa Samſonem, varie ſe verſat, nihil probans: ſed modo coniicit de Spiritu S., quem ſuaſorem rurſus autoremque obtrudit; modo principium, quod dicitur, petit, ſiue tanquam certum ac probatum ponit, et ad probandum aſſumit id ipſum de quo quaeritur, et quod probare ac firmare conatus labefactauit magis, incertiusque ſibi reddidit: nempe grande peccatum, et immane ſcelus eſſe ſeipſum educere, vel interimere; idque ſemper, quacunque in neceſſitate, et quacunque ex cauſa: et ſingulatim, etiamſi breuis, incertae ac miſerae vitae reliquiis ſeruatis perdendum, aut in tanta fragilitate humana praeſentiſſimum incurrendum ſit periculum perdendi certiſſimum ac maximum hominis bonum, virtutem et pudicitiam. mn) Iobi 6. dicitur: Qui

quibuscunque calamitatibus hominis fore ſolatium, vacare culpa.

mm) Ita ſatis quidem intricate loquitur Stoicorum anteſignanus; verius autem prudentiusque Rhodius ille, quem eadem epiſtola 70. vituperat, cum in caueam coniectus eſſet a tyranno, et tanquam ferum aliquod animal aleretur, ſuadenti, vt a cibo abſtineret, *omnia*, reſpondit, *homini*, *dum viuit*, *ſperanda ſunt.*

mn) Ita pergit S. Auguſtinum non refutare, ſed calumniari. Poſtquam ille iam argumentis ſolidis atque ſufficientibus voluntariae mortis turpitudinem et nomine Chriſtiano maxime indignum ſcelus oſtendit: cap. 26. diſquirit, ſi forſan aliquando fuerit a bonis patratum, qua ratione, quod non licet, fieri potuerit. Cum exempla, velut martyria quaedam, mulierculárum, pudicitiam defendentium,

 eccle-

Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix. Id hic conuenit in eos, qui ab Auguſtino corrupti timent laruam quandam peccati, id eſt, mortem voluntariam: atque eo ipſo, niſi conſtantiſſimi et perfectiſſimi ſint mortalium: quod nemo de ſe cogitauerit: aut ſine rara et prodigioſa gratia, quam Deus nemini promiſit, in eos verum et mortiferum, Auguſtini ſaltem et aſſeclarum ſenſu, peccatum irruat, vel ipſi in peccatum. m o)

Satis

eccleſia catholica celebrare ſoleat: de his nihil temere auſus eſt iudicare. Noluit errorem obiicere praeſulibus eccleſiae, qui mulierculas pudicitiae ſeruandae cauſſa inter manus perſecutorum ſponte mortuas non dubitarunt adſcribere ſanctis. Affectuum contrariorum abreptae procellis, atque ſui ſexus imbecillitate, velut inſanientes morbo, cuius maluerunt ſuccumbere mortis generi, quam hoſtium crudelitati. Miſericordiae et gratiae ſemet commiſerunt diuinae: ſint ergo miſerrimarum deplorandi caſus, imitandi nequaquam.

m o) Iobi VI. 16. mentem cum vulgata peruertit noſter, vbi continua legitur ἐξεργασία: *fratres mei perfide egerunt, ſicut torrens, vt validiſſimi torrentes tranſiuerunt, qui tetri ſunt a glacie, in quibus nix abſcondit ſeſe.* Sumamus, vt noſter dixit, ita: qui timent pruinam, i. e. qui timent, vt calamitatem quamcunque imminentem ferre queant, aut alio alioque modo peccent: ſuper eos irruet nix, i. e. ſuper eos longe maxima irruet calamitas atque peccatum mortis voluntariae turpiſſimum, illud vix vnquam venia dignum. Qui fortunam vtramque ferunt aequo animo, et, premente grauiſſima calamitate, ad finem vſque vitae perſeuerant conſtanter, diuina freti gratia et auxilio certiſſimo: illi fugiunt euitantque omne peccatum, ſemet non efferentes turpiter, aut perfectionem in aerumnis arrogantes ſibi, ſed humillima deuotione ſemet voluntati ſubiicientes diuinae.

Soli-

Digitized by Google

Satis eſt, ſi ignoſcatur imbecillitati humanae, et ob tam alte inſitum amorem vitae et conſeruationis ſui, atque naturalem horrorem mortis, praeſertim voluntariae, dicatur nemini id a Deo diſertis verbis praeceptum eſſe, vt metu, aliena praeſertim culpa, peccandi ſeſe extinguat. Quamuis ſine dubio maximum, et Deo gratiſſimum ſit ſacrificium, corpus et vitam, ex ſe rem paene nihili, et breui deſituram, ſponte immolare virtuti, in externo, violento, praeſente, ineuitabili et pleriſque inſuperabili eius amittendae periculo. mp) Itaque horum complures, Sanctorum titulis exornatos, etiam honorat et colit, olimque coluit eccleſia Romana, ceu fatetur Auguſtinus ipſe: quamuis dubitet, aut neſcire ſe dicat (ac ſi id ſufficeret vel ad excuſandum dementiſſimae illud inſaniae genus, quod ipſe alibi vocat) quibus fide dignis teſtimoniis nitatur: partim con-

 fugiat

Solicitudinem curaſque omnes permittunt ſummo rerum arbitro: et amore, ſpe, fiduciaque pleni ſemet conſolantur: rati, T. O. M. Deum, dominum patremque coeleſtem, cuius potentia et gratia in afflictis atque debilibus efficax et magna, ſuis non imponere crucis, graue onus, quo ipſe illos neſciat leuare, aut iuuare nolit ferendo.

mp) Ignoſcit Deus imbecillitati humanae, quam, vt modo dixi, gratia et robore ſolet ipſe fortiter ſuffulcire. Odit vero praemeditatam hominis rebellionem atque malitiam: qui, dictante natura et ratione ipſa, prohibuit, non praecepit, mortem voluntariam: tantumque abeſt, vt quod vetuit, et abominatur, ipſi gratum poſſit eſſe ſacrificium. Hominis vita breuis eſt, tantoque pretioſior, vt futurae praeparatio: vt, niſi ab ingratiſſimo et furioſo rebelle, res nihili, quae ſponte proiicienda, dici nequeat.

Digitized by Google

fugiat ad occultam iuſſionem Dei, vel Spiritus S. qua de re ſupra ſatis dictum. m q)

Nec meliore fide, ratione ac iudicio, Sarisberienſis Policrat. 5, 17. adductis pauciſſimis exemplis eorum, qui raro miraculo ſeruati, vel praeter omnium opinionem ab imminentibus malis liberati fuerant: perinde ac ſi talia exempla, adeoque ea, quae raro contingunt, facerent generalem regulam, diuinamque omnium hominum actionumque normam ac legem: Vnde nullus, inquit, eorum qui manus iniecerunt ſibi, ſatis excuſatus eſt mihi (ſcilicet id magnum malum, et iuſta timoris cauſa, ob quam ea quae toties dixi, et omnia potius toleranda) licet magnis praeconiis eccleſiaſtica hiſtoria aliquos efferat prouocantes mortem: quia temporariam vitam apud ſe, quam pudicitiam periclitari malebant. Vide, ſi lubet, plura Auguſtinianis coniecturis ſimilia. Nempe coniecturis etiam quorundam contra omnem rationem (ac ſi vita pluris eſſet, quam virtus, quam pudicitia; ideoque hanc, quam illam periclitari praeſtaret) et contra innumera virtutum exempla, ſtandum eſt. Quo ipſo penitus me pudet et miſeret generis humani, cui inutilis quoque foret, niſi et noxia quandoque

m q) Quibus lubet, ſanctos ſanctasque colat ac veneretur: quod cuiuſcunque dictum eſto pace, omnium apud me nulla auctoritas, ſed vnius ſacrae ſcripturae vtraque pagina valet. Quibus, vt ſaepius dictum, ſana in corpore ſano mens eſt, illi profecto ſemet occidere nunquam poterunt. Multo minus ſemetipſum poterit quiſquam occidere Spiritus ſancti iuſſu, qui nihil, niſi quod bonum et ſalutare piis ſanctisue hominibus ſuadere vel imperare conſueuit.

Digitized by Google

que ratio. mr) Certe quid ratione opus, vbi non iuxta eam, et naturam rerum, vitae, mortis, virtu-

 tis;

mr) Petitionem principii, quoties nouum mortis voluntariae aggreditur hoſtem, eandemque criminandi rationem ſaepius repetitam legimus. Quoniam Sarisberienſis peſſimae Stoicorum opinioni non fauet: eius fidem, rationem, et iudicium accuſat: exempla, praeſentiſſimum Dei auxilium demonſtrantia, reiicit, vel in dubium vocat: vt ſuam apertius diffidentiam aut malitioſam Numinis diuini deſertionem oſtendat. Vitia virtutibus praefert. Tolerantiam calumniatur. Veritatem diuinam Auguſtini et coniecturarum nomine ſuſpectam reddere non erubeſcit. Rationi, quam ſupra dixi iam infallibilem eſſe, neſcio quam, opponit rationem ſuam, quam rectius inſaniam et aegritudinem dixeris. Vitam deſpicit, ac ſi virtutibus contraria eſſet, aut illae poſt fata quoque exerceri queant, nec morte voluntaria omnes ſimul extinguantur. Ego contra teſtor omnes, qui actionum ſuarum atque fortunarum ab ineunte aetate ſunt memores, annon miranda, et admiranda, et bona, quae ſunt innumerabilia, et quae vix auſi fuerint optare, euenerint, ipſisque fuerint diuinitus concesſa. Et ille beneficus, miſericors, omnipotens, ſapientiſſimus Deus, ad vitae finem vſque ſuos non iuuaret, aut, quoties fuerit ipſis neceſſarium et ſalutare, periculis imminentibus non eriperet. In ſacris exempla habemus cumulata Lothi, Abrahami et Sarae, Iſaaci, et Iacobi, Ioſephi, Iſraelitarum in Aegypto, Dauidis, Eliae et Eliſae, Danielis, aliorumque prophetarum, Ioſephi et Mariae, ipſius Ieſu Chriſti, et fidelium innumerabilium: quibus docemur, nunquam de coeleſtis domini auxilio et ope deſperandum eſſe, vtpote qui ſuis praeſto ſemper, et implorantibus operam gratiamque ſuam negare nequit. Etiamſi necandus eſſem: a Deo ſaluberrima quaequae ſperare non deſinam, vnde mihi venit vnicum in omnibus aerumnis ſolatium: atque

Digitized by Google

tis; ſed iuxta aliorum opiniones, ſuſpiciones ac coniecturas agendum, viuendum ac moriendum eſt. ms) Extant quoque aliqua inexſpectatae ſalutis exempla profana, ſine eo quod quiſquam putauerit, iis tanquam vitae agendae conſeruandaeque regulis confidendum eſſe: praeſertim in tot contrariorum exemplorum copia, ex quibus certius quid Deus facere velit, et facturus ſit, iudicetur. Quod raro contingit, parum id attendendum eſſe, monet cum Ariſtotele prudentia et ratio. mt)

En

atque dum credo diem iam diluxiſſe ſupremum, gratam ſuperuenire ſentio, quae non ſperabatur, horam.

ms) Et hoc tibi dictum puta. Rationem fruſtra iactas, quam ipſe impugnas: et minus apud te valent naturae leges, quam Stoicorum placita: vt viuere et mori cupias pro lubitu, nec aliam habeas agendorum normam, quam deteſtabilem peruicaciam.

mt) Noli ſapientiſſimo et potentiſſimo Numini, ſine cuius ſanctiſſima voluntate, et arbitrio certiſſimo, fieri nihil poteſt, agendorum praeſcribere modum. Sunt profecto aetatum et locorum omnium non numeranda bonitatis et prouidentiae diuinae exempla, quae non ſatis admirari poſſumus. Sunt, praeter opinionem, multi ſuis calamitatibus liberati, alii oppreſſi: omnes vero, etiam illi, qui ad vitae finem vſque, dolores, ignominiam, plagas, perpeti debuerunt, manum agnoſcentes diuinam profiteri non deſinent vnquam, quod fecerit Dominus, bene factum eſſe, vt ſoli Deo relinquatur gloria: omnesque huius aeui paſſiones non componendas fore cum coeleſtibus gaudiis, quae victoribus fidis atque fortibus reſeruentur. Boni, de malis enim nulla quaeſtio, quicquid rerum obuenit aduerſarum, ſemet ſuaque omnia commendant Deo,

qui

Digitized by Google

En vero hic vnum recentius exemplum arte quadam quaeſitae mortis, tanquam certi virtutis et pudicitiae praeſidii ac tutelae, ex Wietrovvsky S. I. hiſtoria de Bello Sacro l. 10. ſub finem, vbi de expugnatione Ptolemaidis. Barbaros, ait, omnia cladibus et lanienis impleuiſſe, et quibus ferrum pepercit, in captiuitatem abduxiſſe, poſtquam omnigena diſſolutione et violentia belluinam libidinem ſuam ſatiaſſent. Vtique in illis matronis, feminis, puellis, quae vel naturali dulcedine vitae, vel ſuſpicionibus et coniecturis Auguſtini et Sarisberienſis captae detentaeque, adulteria ac ſtupra pati, quam ſponte mori praeſtantius, honeſtius, fortius, ipſique pudicitiae conuenientius putauerant. Erant vero et virgines, quae iuxta hoc Iuuenalis,

Summum crede nefas animam praeferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere cauſas,

iudi-

qui tempus et modum ſeruandi nouit, neque volunt, quod ille vnus vitae mortisque arbiter non vult, voluiſſe videri. Si omnia direpta et perdita ſunt bona: illorum vox Iobi eſt: nudi ex vtero materno venimus: nudi quoque ſumus olim ex orbe reuerſuri: Dominus dedit, Dominus recepit: nomen Domini ſit benedictum. In morbis, doloribus, ignominia, et quibuſcunque calamitatibus, rurſum illius vtuntur verbis conceptis: bonum accepimus a Deo: et malum non acciperemus? Fiat, Domine, voluntas tua. Impie vero noſter, non ſecundum prudentiam et rationem, cum neſciat, quid Deus facere velit, et rariora ſint liberationis diuinae exempla, putat, quod raro contingat, parum eſſe attendendum. Sed opera diuina in omnium ordinum, omnium aetatum, omnium qualitatum, ſexus vtriuſque hominibus, ſemper et vbique offerunt ſemet conſpicienda et admiranda. Ergo probe ſunt ab omnibus obſeruanda, et ſummis ad coelum euehenda laudibus.

Digitized by Google

iudicaſſe videntur, aliumque proinde ſe illaeſas, accerſita aſtu quodam morte, conſeruandi modum excogitarunt. Nempe nares ſibi abſciderunt, cruoreque perfuſas horrendum in modum ſeſe deformarunt. Itaque barbari eas, tanquam monſtra et Furias abominati, illico omnes trucidarunt. Id vero eſt petere, cupere, aduocare, attrahere mortem. Id eſt ſponte, aliorum opera et manibus, extingui. mv) Non excludo lumen Spiritus S.; ſed nego inde fas fieri quod ex ſe et vbique

mv) Miſerrima et deploranda eſt ciuitatis a barbaris expugnatae ac militum libidini permiſſae conditio; eademque triſtiſſima calamitas communis omnibus. Sed noli credere, quidquam ſine Numinis aeterni arbitrio fieri, atque tyrannorum quemque turpiſſimum, diuinae haud ſubiectum vindictae. Sunt procul dubio homines vtriuſque ſexus trucidati plurimi, quibus erat ſatius alieno perire, quam ſuo ſcelere. Et ſtultum fuiſſet, ſi ſemet occidiſſent, ne occiderentur. Fuerunt alii in ſeruitutem abducti, et graue profecto ſubire debuerunt onus; ſed cum alio grauiori non commutandum, quod mors voluntaria forſan illis impoſuiſſet. Fuerunt ſtupratae mulieres aliquot, non omnes ſane eiuſdem virtutis et caſtitatis probatae. Si quae ex illis fuerunt bonae, ſceleris non factae participes, neque cum laſciuientibus vllum credendae ſenſum habuiſſe laſciuiae, aut animam illa turpitudinis macula infeciſſe. Aliae deformitate adſcita, aliae aliis modis ſtuprum vitare potuerunt. O! ſi quis accurate in ipſo vrbis excidio voluiſſet obſeruare et memoriae prodere, quot vtriusque ſexus homines inter barbaros ſaeuientes omni moleſtia liberare, ſaluoſque et incolumes ſeruare voluerit. Quoquo ſe res habeat modo, quiſque ſuam debuit experiri fortunam, atque mortem exſpectare, non oppetere, aut hoſtium inter furores atrocius furere in ſemet ipſos: vt peccata peccatis grauioribus cumularentur vtrinque.

Digitized by Google

vbique neſas eſt. Nego licere theologis et patribus ipſis obtrudere Spiritum S., quando id ipſis ad defendendas opiniones abſurdas viſum fuerit, eumque ſceleribus, quae alioquin putant, tanquam velamen obducere. mx)

Quae Cap. 27. afferuntur ab Auguſtino, prioribus, licet in ſe leuiſſimis, leuiora ſunt. my) Ait enim: Si vtile putetur, vt quiſquam ſe occidat, ne in peccatum irruat, vel blandiente voluptate, vel ſaeuiente dolore, hortandi eſſent homines tunc ſe potius interimere, cum lauacro ſanctae regenerationis abluti, vniuerſorum acciperent remiſſionem peccatorum „

Pudet me, vel Auguſtini nomine, tot futilium captiun-

mx) Quod nos non ferit, neque ad cauſſam pertinet, argumentum concedimus totum. De donis et operationibus Sp. S. non temere diſputandum. Hoc facile intelligimus, nonniſi quod ſanctum et bonum a ſanctitate et bonitate ipſa proficiſci: neque ad opiniones falſas quodammodo colorandas cuiquam licere ad inſpirationes diuinas confugere.

my) Haeccine ineptiſſima calumniae auxeſis? Leuiſſimis quae poſſint eſſe leuiora, equidem intelligere nequeo. Vidimus autem et intelligere, vel ex ſuperficiaria eorum, quae Auguſtinus contra voluntariam mortem protulit, inſpectione vnusquiſque haud difficulter poterit, non leuia, ſed grauiſſima, veriſſima, et omnium attentione digniſſima eſſe. Cum ante ſatis luculenter docuerit, plane nullam eſſe mortis voluntariae cauſſam, de ciuitate Dei l. 1. c. 27. examinat aliquorum futile argumentum a peccatorum fuga deſumtum: honeſtius et ſalubrius eſſe, ſponte ſemetipſum interimere, quam in ſcelus aliquod ruere, vel abblandiente voluptate; vel dolore nimis ſaeuiente. Melius

ptiuncularum, earumque nunc his ſimilium. my*) Si vtile putetur, vt eſuriens comedat, ſitiens bibat, qui libidinis facibus vritur, ducat, iuxta apoſtoli conſilium, vxorem, vel innupta nubat; qui metuit ne par ſit tormentis honeſte ferendis, cum priſcis illis Chriſtianis vel fugiat, vel magna pecunia emat immunitatem, latendi ſaltem inter fures et lenones, vt dixit Tertull. mz) Adde quotquot volueris exempla, et inter alia, ſi vtile putetur, ad ſe defendendum, occidere alios; ſi in acie verſari et cum hoſte confligere; ſi medicamenta ſumere, corpus exhaurire et purgare; ſi ambulare vel requieſcere et dormire, ſi ridere vel flere; ſi veſtes calceosque conſuere. na) Si, inquam, vtile putetur, et quandoque neceſſarium, haec aliaque facere, hortandi eſſent homines (et qui? infantes, qui plerumque bapti-

lius ergo, ſi fieri poſſit, arbitratur, hominem ſtatim mori poſt baptiſmum, quo regenerationis ſacro lauacro peccata fuerint omnia emaculata. Imo non debuiſſemus naſci homines, qui peccatis ſunt omnes obnoxii. Sed alia deſperantium ratio, ſiue potius nulla. Si quis forte putat eſſe fugiendum ſcelus, atque ſua nece, vt alterius vitetur, ipſe illud omnium longe grauiſſimum committere non veretur: cum profecto inſanire, et mentis non eſſe compotem oportet.

my*) Me vero non pudet veritatis et ſapientiae, ſed mendaciorum et ſtultitiae. Diui doctoris virtus et merita laudantur vbique, nec poenitenda erunt longae poſteritatis exempla. Videat alius, vt ſibi quam rectiſſime cauere poſſit: ne ſuae ſortis et ineptiarum eum olim poeniteat. Ratio audienda, non hominis malitia.

mz) Fieri haec omnia poſſunt ſine vitio, mors voluntaria non item.

na) Nihil impedit.

Digitized by Google

baptizantur? moribundi, qui olim baptizabantur?) vt haec faciant ſtatim poſt baptiſmum. nb) Quod ſi vero non deceat, nec expediat omnes ita hortari, id indicio eſt eiuſmodi adeo non licere, vt ſint capitalia et execrabilia ſcelera. Eſtne quidquam futilius et abſurdius? nc)

 Praeter-

nb) Quae et qualis illorum omnium comparatio cum αὐτοχειρίᾳ, illo omnium turpiſſimo ſcelere, quo alia ſibi perſuadere volunt euitari peccata?

nc) Imo haec abſurda et futilis argumentatio, quae nunquam potuit Auguſtino in mentem venire. Quae non poſſunt infantibus ſtatim poſt baptiſmum praecipi, non dicenda etiam non licere. Blaſphemiae, furta, homicidia, alia capitalia et execrabilia ſcelera non poſſunt infantibus ſtatim poſt baptiſmum praecipi. Ergo non dicenda etiam non licere. De morte voluntaria quaeſtio eſt: quae vel puriſſimis hominibus nunquam ſuadenda: vt theſin, eam aliquando, vt peccata fugiantur, ſubeundam eſſe, propter abſurdum, Auguſtinus ipſe rideat. Hunc potius, quam calumniatoris ineptias, audiamus. *Si quis*, inquit, *hoc aggrediendum atque perſuadendum putat, non dico deſipit, ſed inſanit. Qua tandem fronte homini dicit: interfice te, ne paruis tuis peccatis adiicias grauius, dum viuis ſub domino barbaris moribus impudico, qui non poteſt niſi ſceleratiſſime dicere: interfice te, peccatis tuis omnibus abſolutis, ne rurſus talia, vel etiam peiora, committas, dum viuis in mundo, tot impuris voluptatibus illecebroſo, tot nefandis crudelitatibus furioſo, tot erroribus et terroribus inimico? Hoc quia nefas eſt dicere, nefas eſt profecto ſe occidere; non, ſi hoc ſponte faciendi vlla cauſſa iuſta eſſe poſſet. Quia vero nec iſta eſt, ergo nulla eſt. Non itaque vobis, o fideles Chriſti! ſit taedio vita veſtra: ſi ludibrio fuit hoſtibus caſtitas veſtra. Habetis magnam veramque conſolationem, ſi fidam conſcientiam retinetis, non vos conſenſiſſe peccatis eorum, qui in vos peccare permiſſi ſunt.*

Digitized by Google

Praeterea lauacrum illud toti orbi vſque ad tempora Chriſti penitus ignotum fuit: vniuerſis itaque maioribus defuit ea mortis ſuadendae et capiendae cauſa. Sed nec per illud, labefactatum aut mutatum fuit ius naturae, et quae per id licent. Deinde ambigue, confuſe, doloſe hic, vt alias, loquitur Auguſtinus. Sunt dolores breues, exigui, tolerabiles: ſunt alii longi, perpetui, ingentes, intolerabiles. Ad haec Chriſtus Dominus ait: Si manus, pes, oculus ſcandalizat te; abſcinde, erue, proiice. An hic quoque dixeris, Si vtile putetur cet.? Sed haec pluribus refutare eſt in ventum brachia iactare. nd)

Quae

nd) Ita eſt. Et aerem vbique noſter auctor in hoc calumniarum examine magno impetu verberare conſueuit, multaque agitando prorſus nihil agere. De antiquitate et vſu baptiſmi diſputatio huius loci non eſt. Chriſtum, a Iohanne baptizatum, lauacrum hoc ſacrum noui foederis ſignum inſtituiſſe, vulgo notiſſimum. Neque adeo mirum, Chriſtianos ante Chriſtum fuiſſe nullos, nec ab illo initiationis ſacramento moneri potuiſſe. Ecquis dixerit, Chriſti doctrina ius naturae mutatum eſſe? Sed mutant Zenonis ſectatores, vel tollunt potius, vt homo ſaeuire non vereatur in ſemetipſum. Ex abſurdo, cum dicant, ſic ſtupra, et generis cuiuſcunque peccata vitari, Auguſtinus argumentatur, ſatius itaque fore, ſi, qui modo per Chriſtum fide reconciliati ſummo iudici quorumque peccatorum obtinuerint veniam, ſemet ſtatim interimere vellent, priusquam, vt homines ſumus, in illos denuo redundaret culpa. Quod cum fieri non ſoleat, nec fieri poſſit: tanti ſceleris incitamentum cauſſamque fruſtra deriuari ab illa pietate. Sint generis cuiuſcunque dolores: ſolamen et auxilium a Deo exſpectandum, qui affligere et ſanare, vulnera

Digitized by Google

Quae ſequuntur apud Auguſt., praeterquam quod minus quam ſuperiora cuncta rem ipſam, de qua agitur, tangant, ſapiunt anilem et ſcrupuloſam ſuperſtitionem: quae longe magis nocet, quam quaecunque, etiam praeceps et inconſulta mors; atque grauium peccatorum caput eſt, pietatisque omnis, amoris ac fiduciae in Deum ruina. Solatia vero, et velut remedia mala allaturus Auguſt. affert ea, quae malo ſunt peiora, quaeque animo alte impreſſa, ſi tanquam vera firme complectaris, conſtanterque ſequaris, nullam vel particulam quietis et tranquillitatis animi, amorisque, vt dixi, et fiduciae in Deum, adeoque nec purae ſinceraeque pietatis vlli mortalium relinquere videntur. Solaturus enim honeſtas matronas et virgines, damnum qualecunque pudicitiae aliena libidine et crudelitate paſſas, iubet meminiſſe, annon forte obrepſerit ipſis aliquando vel voluptas aliqua imaginaria, vel gaudium, aut delectatio ex integritate virtutis ſuae. ne) Adiungit

nera dare et ligare nouit, ſuorumque nemini, quam ferre poteſt, grauius imponit onus: quidquid illis, quocunque modo contigit, miſericors et ſapientiſſimum numen ad ſalutem conuertit. Et miſeri nos homunciones aduerſaremur Deo, illique rebelles opem nobiſmetipſis adeo triſti et furioſo conatu ferre interea temporis inſtitueremus, quo virtutem noſtram experiri quam maxime ſentimus. Quae Chriſti, ſeruatoris noſtri, de membris abſcindendis ſententia, ſatis puto ſupra iam demonſtratum fuit.

ne) Ecquis non obſtupeſcit calumnias? Pius atque beatus doctor nihil peccauit, ea quidem ſolidiori de perſeuerantia doctrina, niſi quod veritatem profiteri, quam ſponte morientium inſaniam laudare, maluit, ac ſolide rem ipſam,

git alia quaedam, ſi recte memini, in eundem ſenſum, ex quibus vult cogitari Deum iratum cauſam ſupremam fuiſſe illatorum ſtuprorum, tanquam poenarum, vel volupta-

ipſam, velut acu, tetigit. Quae noſter contra monere auſus eſt: perditi hominis profecto ſapiunt peruicacem inſaniam perfidamque numinis aeterni deſertionem. Haeccine anilis et ſcrupuloſa ſuperſtitio, ſi quis monetur in faſtum, ambitionem, animae praua deſideria, et malorum originem inquirere? Aut ſi quid aduerſi nobis accidit, ingenue confiteri, noſtra id peccata meruiſſe, quae turpis philautiae ſipario nonnunquam latere cognoſcuntur. Auguſtinum ipſum audiamus de ciuit. Dei l. 1. c. 28. *Alta*, inquit, *eſt prouidentia creatoris mundi atque rectoris: et inſcrutabilia ſunt iudicia eius, et inueſtigabiles viae eius. Veruntamen interrogate fideliter animas veſtras, ne forte de iſto integritatis et continentiae, vel pudicitiae bono vos inflatius intuliſtis, et humanis laudibus delectatae, in hoc etiam aliquibus inuidiſtis? Non accuſo, quod neſcio, nec audio, quod vobis interrogata veſtra reſpondent. Tamen ſi ita eſſe reſponderint, nolite mirari, hoc vos amiſiſſe, vnde hominibus placere geſtiiſtis, illud vobis remanſiſſe, quod oſtendi hominibus non poteſt. Si peccantibus non conſenſiſtis, diuinae gratiae, ne amitteretur, diuinum acceſſit auxilium: humanae gloriae, ne amaretur, humanum ſucceſſit opprobrium. In vtroque conſolamini puſillanimes: illinc probatae, hinc caſtigatae: illinc iuſtificatae, hinc emendatae.* Si ſane maxima bonis venit ex prouidentia diuina conſolatio; ratis, quicquid rerum ſit, non caſu fieri, aut fortuito, ſed ex voluntate numinis efficaciſſima, cui mortalium prorſus nemo reſiſtere poſſit: ac fidelibus ipſum, pro infinita bonitate et clementia, huius vitae omnibus aerumnis, doloribus, ignominia, et quibuscunque calamitatum generibus, ſubuenire. Certiſſimam vero etiam, hominibus eſſe neceſſariam ſui cognitionem, quacum accuratiſſima peccatorum et vitioſorum affectuum inqui-

Digitized by Google

luptatis, vel gaudii illius prioris. nf) Plutarchus in De Superſtit. recte et firme oſtendere videtur, ſuperſtitioſos eſſe impiis et atheis ipſis quodammodo deteriores: ng) quippe qui Deum putent iracundum, vindictae

inquiſitio coniuncta: vt Deo nos non excuſemus, ſed agnita profiteamur ſupplices delicta, veniamque illorum acquiramus. Hinc longe maxima piorum tranquillitas, imo et perſecutionibus atrociſſimis inuincibilis voluptas, ſi quid iudici iuſtiſſimo videatur puniendum, in his terris potius illam perſentiri poenam, quae leuis et breuis quam differri, vt poſt obitum nos obruat cum damnatis aeternum. De prouidentia diuina, credo, ne peſſimum quidem dubitare: noſter vero, eam quoque ab Auguſtino laudari, aequo non poteſt ferre animo.

n f) Auguſtini loc. cit. verba haec ſunt: *Nec iſtae quidem, quae* bonae *ſunt, ſi earum quoque aliquas barbarica libido compreſſit, permiſſum hoc eſſe cauſſentur: nec ideo credant, Deum iſta negligere, quia permittit, quod nemo impune committit. Quaedam enim velut pondera malarum cupiditatum, et per occultum praeſens diuinum iudicium relaxantur, et quaedam manifeſto vltimo reſeruantur.* cet. Recte et ſapienter docet, Deo quidem permittente, committi tot mala, et inter cetera vim inferri caſtis et pudicis quidem mulierculis: non tamen id aliquando Deum impune laturum. Scelera permitti, ſed approbari nunquam, vt grauiſſimae iſta maneant poenae.

n g) Cum Plutarcho in ſuperſtitionem inuehitur: quae hic profecto nulla eſt. Iterumque ſatis luculenter obſeruamus, noſtrum argumentorum defectu, et omnibus adaperta cauſſae turpitudine et iniuſtitia, quo ſe vertat ignorare. Superſtitionem bonus quiſque nobiſcum et Deus ipſe abominatur. Sed eo minime referenda ſunt, quae diuinis oraculis nitantur, ipſamque veritatem luculentam prae ſe ferunt.

Digitized by Google

dictae cupidum, et qui minimis rebus offendatur. nh) Idem annotauit ſuperſtitioſos, nemine alio hoc ipſis dicente, ipſos ſibi denunciare, miſeros ſe prouidentia iuſſuque diuino iſta pati. ni) Et alio loco: Eiuſmodi homi-

ferunt. Sed neque Plutarchi, neque Robeccii ſuperſtitionem meam facere vellem.

nh) Deus, qui ter optimus, maximus, ſanctiſſimus, omniſcius, et amantiſſimus iuſtitiae, non poteſt non omnia ſcire et iudicare, mala odiſſe et punire, bona fouere ac remunerari. Plutarchus fortaſſis non legit dictum Iehouae Exod. XX. 5. fortis zelotes ſum, viſitans iniquitatem patrum in filiis, nepotibus, et abnepotibus, iis videlicet, qui odio me proſequuntur. Aut Pſaltis VII. 12. ſeqq. Deus iuſtus eſt iudex, et Deus, qui minatur per ſingulos dies. Si non conuerſus fuerit impius, gladium ſuum acuit cet.

ni) Praeſtat audire oracula diuina. In Deo ſumus, mouemur, et viuimus. Actor. XVII. 28. Deus in nobis operatur velle et perficere. Phil. II. 13. Omnia in omnibus operatur. 1 Corinth. XII. 6. Cor regis in manu habet, ac inclinat, quocunque vult. Prouerb. XVI. 1. Exempla in promtu ſunt plurima, Labanis Geneſ. XXXI. 29. Eſaui Geneſ. XXXIII. 4. Ioſephi Geneſ. XLV. 8. Aegyptiorum Exod. I. II. XII. 36. Bileami Num. XXII. ſeqq. Saulis 1 Sam. XXIV. ſeqq. Vilius nihil paſſerculis, quorum nullus cadit ſine voluntate patris coeleſtis: noſtri vero etiam numerati ſunt pili, tantoque magis vita et ſalus noſtra eſt in manu Domini. Luc. XII. 7. Matth. X. 29. Atque adeo in orbe nulla calamitas, quae a Deo non veniat. Et omnia mala permiſſiue, ad malorum damnationem, ad bonorum certiſſimam felicitatem, non ſine numine fieri, nemo facile negabit eorum, qui Deum fatentur creauiſſe, conſeruare, et regere mundum. Qui enim totius auctor et mode-

Digitized by Google

hominibus recte hoc dicto occurreris, Non tibi Deus nocet, ſed ipſe tu tibi. Et denuo: Spes virtutis, non ignauiae, nec ignauae ſuperſtitionis praetextus eſt Deus. n k) Vtcunque fuerit, neque ex ſuſpicionibus illis poenarum diuinarum Auguſtinianis conſequitur, omnem mortem voluntariam eſſe illicitam. n l) Corraſeri, autem

moderator eſt, omnia in eo opere dirigit quoque et obſeruat: vt ſine diuina voluntate fieri vel operante, vel permittente, nihil poſſit. Si ergo hoc dicendum ſuperſtitioſum, ſemet ſuaque omnia committere diuinae prouidentiae: huius me ſuperſtitionis certe nunquam poenitebit.

n k) Et hoc veriſſimum eſt. Quamuis a Deo nouimus dependere omnia: ipſi tamen non debemus torpere, aut nos ignauiae, malitiae ac turpitudini tradere; ſed virtutis et ſanctitatis ſtudioſi, Deum recte colere ac reuereri, eius nos committere ſapientiſſimo conſilio et incomparabili gratiae; nihil vero in omni vita agere, quod patris ac domini coeleſtis noſtri maieſtatem et ſanctitatem ſummam offendere aliquo modo poſſit. Non nocet Deus cuiquam, ſed quilibet ipſe ſibi; neque bonis praetextus ignauae ſuperſtitionis eſſe poteſt, quorum ſpes vna vnumque auxilium, vt ſuas illi quaſcunque actiones earundemque ſucceſſus ſemper et vbique commendent, rati fore, vt ſecundum voluntatem et praecepta diuina feliciter eueniant omnia. In aerumnis vero cuiuſcunque generis, non deſperant, non diuinae prouidentiae pertaeſi et impatientes enecant ſemetipſos, ſed precibus ad Deum confugiunt, curas et ſolicitudinem domino et ſeruatori ſuo relinquunt: certamque inde opem et conſolationem, ad vitae finem vſque capiunt.

n l) Quas propoſuimus, veritates ſunt diuinae, non ſuſpiciones Auguſtinianae, et, contra peſſimorum quorumque hominum pertinaciam, ſatis clare demonſtrant, omnem

tem pro more tuo, et obieceris quaedam verba et exempla Scripturae: an putas me iis tuo ſenſu intellectis, contra ſenſum, experientiam et rationem communem; contra certiora, clariora et frequentiora verba atque exempla eiuſdem Scripturae; denique contra frequentiſſima, quotidiana et aſſidua exempla, ac veluti legem, aut ordinem prouidentiae, mundum vniuerſum hominesque regentis, moueri? n m) Si libere verum dicere liceat, tuis illis ſuperſtitioſis ſenſibus vocibusque non magis moueor, quam ſi alius perſuadere vellet, Deum habere humana membra et affectus, quia Deo paſſim

mortem voluntariam eſſe illicitam, atque nefariam aduerſus Deum, penes quem vnum ius vitae ac necis eſt, rebellionem.

n m) Perſpicua et clariſſima ſunt, quae protulimus, ſacrae ſcripturae verba et exempla: vt, quicquid machinetur, contra ea, noſtramque pluribus demonſtratam ſententiam, prorſus nihil reperire poſſit. Teſtimonium Iehouae eſt certum et illuminat oculos. Pſalm. XIX. 9. CXIX. 105. Et probe obſeruandum eſt illud Deuter. IV. 2. ne addite ad verbum illud, quod ego vobis praecipio, neque detrahite de eo. Galat. I. 8. etiamſi nos, ipſius ſeruatoris apoſtoli, aut angelus e coelo vobis aliud annunciauerit, praeter id, quod annunciatum diuinitus, anathema eſto. Vndenam, quaeſo, noſter, ad defendendum, contra veritatem ipſam, Stoicorum triſte ac ſtolidum iſtud decretum, in ſacro codice certiora, clariora, et frequentiora capturus eſt aut verba, aut exempla? Iactitans mendacia ſua nobis certe nunquam imponet. Vnde, vel in quem vſum, contra vnam credendorum et agendorum normam, frequentiſſima, quotidiana et aſſidua hauſerit exempla? Quam legem, quem diuinae prouidentiae ordinem oſtenderit, vt ſummum illud ſuum probaret ſcelus?

paſſim in vniuerſa Script. tribuuntur: nn) vel eum eſſe cauſam auctoremque peccatorum, quia dicitur excaecare, indurare, imo praecipere, vt homines male agant, vel dicant: quemadmodum Semei praecepiſſe dicitur, vt malediceret Dauidi: no) nec magis quam ſi

Hh 2 mentem

nn) Alia ſacrae ſcripturae propria et plana eſt, alia translata et figurata locutio. Vtramque ſenſus et ratio probe nec difficulter diſtinguere poteſt. Deus eſt Spiritus, et cum in ſacris ſemetipſum vbique manifeſtauit: ſpiritus autem, vt ſua quemque ratio docet, non carnem vel oſſa, aut corporis humani membra habere poteſt (confer Luc. XXIV. 39. Ioh. IV. 24. Hebr. XII 9. Iob. IV 18 19 X. 4. Ieſ. XL. 18. Sed viſcera et corporis humani membra Enti perfectiſſimo per ἀνθρωποπαθῶς adſcribuntur, quod ea ſpirituali potentia operatur et peragit, quae homines membrorum ope tantum agere poſſunt. Nihil autem luculentius verbis: *non occides*.

no) Abſit blaſphemia. Si quis, quod perperam vulgo cultoribus Chriſti reformatis obiiciunt criminis, Deum facit cauſſam auctoremque peccati: anathema eſto. Mundum et omnia regentis, vt paulo ante diximus, ſapientiſſima prouidentia, ad immortalis ſui nominis gloriam, dirigit, operatur, perficit, et permittit, hominum quorumque actiones: malum vero, quod ſolum a diabolo eſt, vtut ſapienter ac prouide permittenti, ſanctiſſimo et optimo Deo quam maxime diſplicet, dignamque olim ſentiet poenam: vt bonum, quod ſolum a Deo eiuſque ſancto ſpiritu deriuandum, ex gratia ſingulari ſua remuneratio manet. Quandoquidem vero ſine Numine fieri nihil poteſt: dicitur excoecare et indurare eos, quibus non ſuppeditatur reſipiſcentiae facultas. Semeium ita iuſſit maledicere Dauidi, 2 Sam. XVI. 10. quamuis illi ſcelus ſua tantum perſuaſit malitia. Directio autem innuitur Dei arcana: per quam nec

mentem abductam a conſideratione Dei et perfectionum eius, ſolitaeque, conſtantis ac perpetuae eiuſdem prouidentiae, iuberes totam conuerti ad rariſſima et pauciſſima quaedam exempla, quae nuſquam vllam regulam faciunt, quaeque tanquam in tranſitu admirari, non diu fruſtraque rimari conuenit. n p) Abditos principis ſenſus, inquit ille, et ſi quid occultius parat, exquirere inlicitum, anceps; nec ideo adſequare. Tertullianus aliubi ait: Vnde vnde ſint iſta, ſignis potius et oſtentis deputanda, naturam facere non poſſunt. Addo ego, nec vitae, prudentiae actionumque humanarum in omnibus caſibus et euentibus regulam. n q)

Hic appono breuem velut catalogum quendam vtriuſque generis exemplorum, cum eorum qui pauci et raro fuerunt mirabiliter liberati ac ſeruati, tum innume-

nec maledicentiam eius cohibuit, et obiectum nequitiae congruens ſubminiſtrauit, vt latentem in eius animo ſummam iniuriam euomeret. Eoque ſenſu nuſquam vlla poteſt eſſe afflictio vel malum, quod a Deo non veniat. Amos III. 6. Ieſai. XLV. 7.

n p) Coloribus ita ſuis accuratiſſime depingit auctor, et ipſe affirmat, quod ſupra dixi, prorſus nihil probare malorum exempla: cum de iure, non de facto quaeratur.

n q) Bene monet. Sunt admirabilia, nec peruestigari poſſunt, Numinis aeterni conſilia: vt Apoſtolus nequidem ſapientiae profunditatem indagare aut praedicare ſatis potuerit: qui et aperte, nec ſine ſancti ſpiritus illuminatione, ad Romanos IX. 18. ſcribit, Deum, pro voluntate ſua, cui nemo reſiſtere queat, hominum miſereri aliorum, aliosque indurare: nec dicere cuiquam licere, cur ita faciat. Quiſnam tu es? o homo! vt non verearis de iure contendere cum Deo. Num etiam opus figulum rogare poteſt, cur id, nec aliud, feciſti me?

Digitized by Google

numerabilium aliorum, qui miſerrime perierunt. In his vero fuerunt vtique piorum quoque complures, impiorum vero illi quoque, quibus vita etiam mille annorum ad emendationem ſui adeo non profuiſſet, vt indies peiores ac ſceleratiores euaſiſſent. nr)

A. M. 1657. diluuio vniuerſali omne genus humanum interiit non niſi octo hominibus ſeruatis. ns)

nr) Conſule omnium temporum, omnium locorum, regionum, principatuum, populorum omnium hiſtoriam: et prouidentiae diuinae admirandam et copioſam deſcriptionem reperies: cui opera ſtupenda, res geſtae, factaque ſiue pacis, ſiue belli temporibus, omnia tribuuntur merito: niſi meridiana luce velis ſtudio coecutire, ſemper et vbique dices iudicia Dei fuiſſe iuſta, gubernationem ſapientiſſimam, et longe maximam poteſtatem: niſi obbruteſcere velis ſponte et ignorare manifeſta, grato animo profiteberis, quae bonis ſalutaria et optima, ſed malis terribilia, quibuſque admiranda, conſiliorum diuinorum et ſapientiae coeleſtis plena eſſe omnia, perfectaque omnia, ſi velis vtramque ſpectare fortunam, et orbis opera, magnificentiſſime. Homines, quotquot fuerunt, vtpote mortales nati, morte alii placida, alii violenta obire debuerunt. Sed non debuerunt, qui eo vſque peruenerunt inſaniae, ſemet enecare ipſos. Eum vero ſtultorum oportet eſſe turpiſſimum, qui operum diuinorum, vt bona ſunt omnia, reprehendere quidquam auſus fuit. Impie ac ſtolide profecto noſter cum illis, qui ſeruati, alios, qui periere, quorumque longe maior fuit numerus, cui vſui non video, confuſe nimis iam componere ſtudet. Num etiam iudicia fuerit conatus iudicare diuina: vt bonos periiſſe, malos autem ſeruatos fuiſſe, conqueratur?

ns) Omnes merito periere diluuio, qui longo temporis ſpatio, ad emendationem vitae, Noachum, veritatis et iuſtitiae praeconem, audire noluerunt.

Digitized by Google

A. 2189. vel vt alii 2207. contigit diluuium Ogygium, et ducentis circiter ac 50. poſt annis, Deucalionium. Hoc ſeculo duae aliae admirabiles clades fuiſſe putantur, Phaëthontis incendium, et Ægypti plagae. nt)

Seculo 24. vel 25. poſt O. C. ſexcenta millia Iſraelitarum liberata quidem, per mare rubrum traducta, et variis ſingularibuſque b neficiis affecta; ſed variis quoque, ſingularibus horrendiſque malis identidem afflicta: demum vniuerſi, duobus, aut certe pauciſſimis exceptis, in deſertis Arabiae conſumpti. nv)

Deinde ſub iudicibus, regibus et principibus ſuis quae paſſi ſunt mala et clades nx) vſque ad A. poſt C. N. 72. quo Hieroſolyma a Tito Veſpaſ. expugnata, ſi computes; pro vno fortaſſis, abſque inſigni damno ſui, familiae, rerumque magis neceſſariarum, aut cararum, ſeruato, reperientur multa millia, quae poſt ingentes calamitates, vitam et omnia miſere perdiderunt. Lipſius l. 2. de Conſtant. obſeruat ſeptem duntaxat, iiſque non totis annis, ciuili externoque bello vltra duodecies centena et quadraginta millia Iudaeorum fuiſſe abſumpta.

nt) Operae non fuit pretium fabuloſa miſcere veris, atque adeo ſuccincto iudiciorum diuinorum catalogo recenſere. De plagis Ægyti ſcriptor ſacer conſulendus eſt Exod. VII. ſeqq.

nv) De his quoque et illius poenae cauſſis legimus Numer. XIV.

nx) Quoties immorigeri Dominum reliquerunt, Philiſtaeorum fuerunt praeda. Ad meliorem frugem redeuntes ac Domino ſupplicantes, vt hoſtibus reſiſterent, ſuiſque calamitatibus liberarentur, fortes obtinuerunt iudices, atque ſua ex animi voto tranquillitate gauiſi ſunt.

pta. Qui vero ſuperfuerunt, ea paſſi ſunt vt beatos praedicare potuiſſent, quibus perire contigerat. Itaque mille Maſſadani illi, de quibus infra, ſe ipſi potius interfecerunt. Breui tempore interiecto, Traiano et Hadriano Impp., ingentibus denuo cladibus proſtrati Iudaei, et paſſim ad internecionem deleti. Sed et ipſi prius duce Barchocab quadringenta amplius hominum millia ferro, igne, omnique crudelitatis genere extinxiſſe traduntur. ny)

Cete-

ny) Quorſum, obſecro, haec omnia? Gentis peruicaciſſimae, ſuumque aduerſus Dominum coeleſtem rebellantis, imo et mundi ſeruatorem poſt iniurias longe maximas cruci affigentis, et in poſteros illius ſanguinis vindictam prouoluentis, excidium iuſtitiae diuinae luculentiſſimum oſtendit nobis teſtimonium, atque digniſſimum notatu exemplum. Latrones erant, rebelles aduerſus imperantem Romanorum principem ſuumque dominum, perfidi, contemtores religionis, et omnium ſcelerum fautores. Ecquid in iſtos potuit ſtatui iuſtius, quam ea Hieroſolymarum, et populi totius iniquiſſimi, calamitas atque triſtis vaſtatio. Caedes erat nebulonum praeſentiſſima; tantoque maior iſtorum labes, qui ſemetipſos maluerunt enecare, quam vindicis iuſtiſſimi et ſanctiſſimi exſpectare manum. Superſtites ſi qui felices praedicare potuerant, quibus perire contigerat: feliciſſimos ſemet praedicandi habuere cauſſam, quod poenitentiae et emendationis ante obitum ipſis eſſet locus. Etiamſi duriſſima fuerint perpeſſi: conditio laudanda eorum, qui praeſentia cum praeteritis componere, de futuris proſpicere ſibi atque inprimis animarum ſalutem curare, vel ex anteceſſorum periculis interituque miſerabili cautiores fieri potuerunt. Qui diſperſi ac debilitati aduerſus Romanos non ſolum rebellare, verum etiam ipſos

Chri-

Ceterum non minores, nec leuiores fuerunt aliarum gentium calamitates: vti praeſertim earum, vnaque tot antiquorum regnorum ac imperiorum atrociores caſus et excidia teſtantur. Nota ſunt quae de internecione antiquarum gentium Palaeſtinae, copiarum omnium Zarae Æthiopis, et Sennacheribi regis Aſſyriorum, refert Scriptura. Notae quoque ingentes illae Perſarum ſtrages ſub Cyro ad extremum, Dario Hyſtaſp., Xerxe, et vltimo Dario Codomanno. Graeciam vero olim populis, viris victoriisque adeo celebrem,

Chriſtianos ad internecionem vſque perſequi non deſtiterunt, denuo ſemetipſos praecipitarunt in exitium, et, quam perſentire debuerunt, poena digniſſimi fuerunt. Anno poſt Chriſtum natum CXXXIIII. Hadriano imperante, iudaei a Romanis deficientes arripuerunt arma, et Palaeſtinam depopulati ſunt. Seditionis auctor et dux impoſtor iſte fuit Barcochab, i. e. ſtellae filius, qui Meſſiam ſemet iactitans, illud de ſe interpretatus eſt, orietur ſtella ex Iacob, gentique ſuperſtitioſae et credulae perſuaſit, fore, vt regnum Iſraelis inſtauraret, abiectoque Romanorum iugo, victricibus armis Hieroſolymam totamque Palaeſtinam recuperatam gentilium abominatione liberare poſſet. Chriſtianos quoque ſtuduit quouis modo in ſuas partes pertrahere: nolentes variis ſuppliciis affecit, et, quos potuit arripere, illi renitentes crudeliſſime necauit. Superueniens autem Romanorum exercitus anno ſequente cum pſeudo-Meſſia rebellantem plebeculam internecione deleuit: et ipſi iudaei poſt tantam cladem calamitatis auctorem nominarunt Bencorban, i. e. filium mendacii. Haeccine ſatis manifeſta ſunt vindictae et iuſtitiae diuinae monumenta: quam in ſemetipſos ſuamque poſteritatem Chriſti hoſtes prouocarunt furentes et exclamantes, vt innocentiſſimi eius ſanguis veniat ſuper ſe ſuoſque filios omnes?

Digitized by Google

brem, ſuo aeuo adeo fuiſſe exhauſtam tradit Plutarchus, vt non fuerit conficiendis tribus millibus militum. Vnum bellum Punicum ſecundum in ſolis Italia, Hiſpania et Sicilia ſupra quindecies centena millia hominum conſumpſit: vt teſtatur Lipſius ſupra, et curioſe quaeſiiſſe ſe ait. Bellum, addit, ciuile Caeſaris et Pompeii ad trecenta millia: et largius Bruti, Caſſii et Sexti Pompeii arma. nz)

Sed forte Chriſtiani ſaltem indulgentius habiti, aut atrocioribus certe malis cladibuſque exempti. Imo nulli fere minus, quibus praeter communes calamitates omnes, et quandoque grauiores, quaedam fuerunt propriae, antea inauditae, atque tales vt non

nz) Teſtantur haec et alia omnia de ſumma potentia, ſapientia et iuſtitia Regis coeleſtis, a cuius arbitrio dependent in orbe imperia, et regionum quarumque meliores vel deteriores fortunae: vt bonorum ſit ſarta tecta ſalus, et mali non ſuperbirent nimis. Dauidis hinc probe notanda ſunt Pſalm. II. Quare tumultuantur gentes? Quare meditantur nationes inane? Siſtunt ſe reges terrae; et proceres conſultant ſimul contra Iehouam et eius Chriſtum. Sedens autem in coelis Dominus eos ridet, aeſtuanſue ira perturbat iſtos. Animaduertite, reges, et diſcite hoc iudices terrae: colite reuerenter Iehouam. Pſalmo XXIV. Terra eſt Iehouae, et quod implet eam, orbis et omnes habitantes in eo. Qui animo purus et inſons, non perfidus aut fraudulentus, ſeruatur a Domino felicitate ſua, et iuſtitiam reportat a Deo ſalutis ſuae. Ipſe rex gloriae robuſtiſſimus, et potentiſſimus bellator, Iehoua exercituum, qui victor bellis eſt omnibus, ſuoque pro arbitrio quoſcunque agit exercitus, ſuamque gloriam victoriis nouit ſtabilire in aeternum.

Digitized by Google

non niſi ipſis contingere potuerint. oa) Ex his ſunt

1. Quae vulgo perſecutiones vocantur, et 26. ad noſtra vſque tempora a nonnullis annotantur: quarum prima, vel ſecunda ſub Nerone A. C. 64., vltima ſub Taicoſama rege Iaponiae A. C. 1587., renouata A. 1616.

oa) Nulla Chriſtianis eſt in orbe promiſſa tranquillitas felicitaſque peculiaris: ſunt illis contra generis cuiuſcunque calamitates, perſecutiones, et inimicitiae malorum perpetuae, a Seruatore ipſo praedictae. Non eſt ſeruus maior domino. Qui dominum ipſum perſecuti ſunt, perſequuntur eius quoque ſeruos. Et qui magiſtrum odio habuerunt, non poſſunt non etiam odiſſe fideles diſcipulos: adeo quidem, vt, ſi quem illorum occiderint, ſibi perſuadeant, Deo cultum vel opus gratiſſimum praeſtitiſſe. Ioh. XV. 18. ſeqq. XVI. 2. ſeqq. Hominum ſic fuit experienda probandaque pietas, conſtantia, virtus: et qualibuſcunque perſecutionibus et aerumnis mortem prorſus nemini voluntariam ſuaſit, verum vſque ad finem vitae perſeuerantiam et inſignem patientiam. Ioh. XVI. 20. ſeq flebitis et lugebitis vos: mundus autem gaudebit: vos triſtes eritis: triſtitia vero in gaudium mutabitur veſtra. - Triſtitia vos quidem tenebit: ſed rurſum vos videbo, et magnum erit gaudium veſtrum, quod a vobis nemo auferet. Hinc ad Romanos VI I. 35. Apoſtolus ſcribit: Quis, quidue nos a charitate Chriſti ſeparabit? non anguſtia, non perſecutio, non fames, non nuditas, non periculum, non gladius. Vt ſcriptum eſt, tui cauſſa occidimur quotidie, et reputati ſumus eſſe mactandi, ſicut oues mactationi deſtinatae. In his omnibus quammaxime ſolemus vincere per eum, qui nos dilexit. Ita perſuadeo mihi, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque poteſtates, neque praeſentia, neque futura, neque ſublimitatem, neque

Digitized by Google

1616. et ſeqq. ob) De intermediis aliquid iudica vel coniice ex prima et poſtrema. De illa paucis Tacitus Ann. 15, 44. vbi relato incendio Romae, quodque Nero abolendo rumori reos ſubdidit Chriſtianos, igitur, inquit, primo correpti qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens. . . Et pereuntibus addita ludibria, vt ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque vbi defeciſſet dies, in vſum nocturni luminis vrerentur. Circa poſtremam vide ea quae autor deſcriptionis inſulae Formoſae Amſtelod. A. 1705. De Statu rei Chriſtianae in Iaponia ab A. 1549. ad 1616. compendio tradit. Vt pauciſſimis dicam, ethnici immani furore in Chriſtianos impetum faciunt, et crudeliſſime variis ſuppliciorum ac tormentorum modis ſaeuiunt: iugulant, ſuſpendunt, mergunt, comburunt. Quingenta millia periiſſe traduntur. oc)

neque profunditatem, neque vllam rem aliam ſeparare nos poſſe ab amore Dei, qui eſt in Chriſto Ieſu, Domino noſtro.

ob) Atque etiam in hunc vſque diem Satanae regnum, quod in hoc mundo eſt, regno aduerſatur Chriſti, et malis boni ſemper ad ignominiam et cruciatus exquiſitiſſimos vſque fuerunt exoſi: nunquam vero ſemet enecare, quam atrociſſima quaeque ſuſtinere et inſigni conſtantia perpeti, maluerunt: ſed animo iubilantes atque laeti carnis omnem abiicere ſenſum viſi ſunt: vt coelitum habeantur ciues, et, quorumcunque cruciatuum, non habita ratione, veritatem euangelicam profiteantur.

oc) Sint exquiſitiſſima perſecutorum et crudelitatis extremae tormenta: piae et Chriſto ſeruatori deuotae animae

2. Frequentes et funeſtae opinionum religioſarum, indeque animorum diſſenſiones. Iam inde ab initio fere coeperant, ſed in publicas mutuaſque caedes non niſi imperio et regnis ad principes Chriſtianos deuolutis, erumpere potuerant. Tum vero videre ſaepe erat, Chriſtianos in propria velut viſcera furorem ſaeuitiamque conuertere, et ſeipſos immaniter, fere vltra ethnicae crudelitatis exempla, perſequi. Cogita perſecutiones quae Vandalicae vocantur. Porro Sec. VII. Conſtantinus IV. Imp. Orientis ad Occidentales ſcripſiſſe fertur de Monotheletis: In tantum impietatis furia animam ſuam cremauerunt, vt etiam diſcerpere atque diſſecare inuicem membra Chriſti perſuaderent: vt nec barbari tantum, quantum Chriſtiani Chriſtianos oppugnarent. Nota ſunt, quae de crudelitate paparum, et eos venerantium congeſſerint Proteſtantes: et nota ſunt

mae diuina ſuffultae gratia, furentibus tyrannis, prope nihil ſenſerunt cruciatuum, ſed iubilantes ad coeleſtia gaudia euolarunt, atque cruentum, velut generoſum et efficax eccleſiae ſemen, veritatis teſtimonium reliquerunt. Nouimus autem, quod omnes cuiuſcunque generis paſſiones, quae vſquam aliquo tempore fieri poſſunt, futura non ſint dignae gloria, quam certo nobis tandem poſt fata reuelandam promittimus. Rom. VIII. 18. Sed nemo tot tantiſque cruciatibus ſemetipſum interimere voluit: omnes autem ſuo nos omnes docuerunt exemplo, ad extremum vſque halitum, quam conſtantiſſime Domino coeleſti fidendum, atque adeo ringentibus diabolis, in fide, charitate, ſpe, et omnibus virtutibus perſeuerandum: vt vitae victoriaeque capiamus incomparabilem coronam. Qui bene vixit, male mori non poteſt. At ſuae mortis reos poſt obitum melior vita non ſuſcipit.

Digitized by Google

ſunt in vniuerſum quae duobus his vltimis ſeculis religionis cauſa vel ſpecie vtrinque factitata ſunt, atrocibus omnium fere praecedentium ſeculorum exemplis paria, forte etiam ſuperiora. od)

3. Nouae, inſolitae, vltraque aliorum hominum morem pertinaces ſuperſtitiones. Cauſa haec eſſe videtur. Ratio ita obtentu religionis, pietatis, Scripturae, autoritatis interpretum eius, eccleſiae, oppreſſa eſt, vt nunquam reſurgere ac conualeſcere queat. Quod ſi quandoque connixa ſe commouerit, ſtatim tot hinc malis et iniuriis, inde contumeliis obruitur, vt vix ipſa ſe dignoſcere poſſit. Dicitur enim eſſe coeca, ſtulta, tenebris inuoluta, impia, Deo repugnans. Vtique praeſtat nullam, quam talem habere faterique rationem. oe)

 4. Nouae

od) Qui vero ſpiritum Chriſti non habent, i. e. qui eius non ſtudent fieri ſimiles, pacis et veritatis non ſunt amantiſſimi, nec inuicem ſe mutua amplectuntur charitate, velut vnius corporis membra, et manſuetudine, liberalitate, omnibus virtutibus, alter alterum ſuperare non videntur: nomine Chriſtiano indigni, ad eum non pertinent, multoque grauiores inuicem ſaeuiendo cumulant poenas. Exempla ſunt odioſa. Ego vero ſatis etiam mirari nequeo, hominem pontificium, et ſacri ordinis, de ſocietate Ieſu dicti, de ſummo pontifice, et eius in haereticos, quos ſibi perſuadet execrandos eſſe, decreta perſecutione iam parum liberaliter loqui.

oe) Omnis relinquenda ſuperſtitio: cum illa vero haud quaquam abiicienda ſacrae ſcripturae, velut diuinorum oraculorum auctoritas ſumma: cui non aduerſatur, ſed miniſtrat ſanam interpretationem, in homine ratio. Ea qui non

Digitized by Google

4. Nouae quoque et inſolitae barbarorum, etiam prius ignotorum, irruptiones: Hunnorum primum, deinde Bulgarorum, demum Turcarum et Tartarorum. Hi circa A. C. 1242. vniuerſam Hungariam, Poloniam, Bohemiam vicinaſque regiones deuaſtarunt, tanta Chriſtianorum laniena, vt nouem ingentes ſaccos auribus occiſorum impleuiſſe ferantur, altera tantum ſingulis reſecta. Alſtedius in Chronol. Mirabilium Dei ad A. C. 364. ſcribit: Nunciato Iuliani obitu arma conclamat vniuerſus orbis: Germani cum Sueuis in Galliis et Rhaetia: Quadi cum Sarmatis in Pannonia et Moeſia: Gothi in Thracia: Picti, Scoti, et Saxones cum Anglis in Britannia: Mauri in Africa. of)

5. Expeditiones Cruciatae, magno impetu, ſed non valde feliciter coeptae (ex ingenti vndique conglobata multitudine vix 25000. ſuperſu ſſe traduntur expugnata Hieroſolyma) infelicius continuatae, infeliciſſime finitae. og)

6. Atro-

non in rebus diiudicandis omnibus, vt decet, recte vtitur: inſanit ac fallitur ſaepius turpiſſime. Tantumque abeſt, vt rationem illam infallibilem quis coecam, ſtultam, impiam, dicere poſſit.

of) Gentium migrationes in orbe, et bella fuerunt continua: vbique etiam, quod nemo negabit, miſerandae ſtrages et calamitates non numerandae. Nuſquam vero inuenies iuſtam necis voluntariae cauſſam: vt ipſe velis in te ſtatuere et exercere crudelitatem, quae hoſtium et barbarorum, nec tamen omnium videtur eſſe propria.

og) Incertus bellorum ſemper fuit exitus: neque ſatis conſulto fuerunt ſuſceptae aduerſus vim Saracenorum, longe maximam illae Chriſtianorum expeditiones cruciatae. Sed

6. Atroces et diuturnae contentiones imperatorum et paparum, indeque Gibellinorum et Guelphorum. Hae ſex claſſes calamitatum generales infinitas particulares, et quaſdam vel turpitudine, vel atrocitate intolerabiles comprehendunt. oh)

En nunc peſtis et famis exempla quaedam poſteriora, et vt ſic dicam, Chriſtiana. oi)

A. C.

Sed de illis hic nulla eſt quaeſtio: nec dubium, multos etiam poſt recuperatam vrbem in itinere, in acie, in aeris intemperie, lue, penuria, inſidiis, proditione aliis atque aliis calamitatum cumulis et longa rerum viciſſitudine obiiſſe. Quotus vero quiſque illorum omnium non armis hoſtium caedi maluit, quam ſua deſperans perire manu?

oh) Deploranda profecto in Italia maxime fuit hominum perfidia et inſania: neque minus inſtinctu principum et religioſorum hominum aduerſus imperatorem dominumque legitimum abominanda fuit ſubiectorum rebellio: vnde non vna triſtis potuit ſuccedere clades. Omnium vero maxime abominanda eſt hominum, qui ratione videri volunt recte vti, aduerſus Deum, regum regem atque coeleſtem dominum, iniquiſſima, imo ſtultiſſima, rebellio: quam in continenti non poteſt non iuſtiſſima ſequi poena.

oi) Noli quaerere, o homo! de iudicis ſummi et iuſtiſſimi, bello, peſte, et fame exequendis hominibuſque immittendis iudiciis. Satius fuerit, laudare et admirari ſapientiſſimam et iuſtiſſimam totius mundi et vnius cuiuſque hominis gubernationem. Agnouit ipſe rex Dauid, cum illi vniuerſalium totius populi calamitatum vna, fames, bellum irato Marte gerendum, aut peſtis, eligenda proponeretur: et exhorreſcens dixit, praeſtat, ruere in amplexus domini cuius infinita eſt miſericordia. 1 Chron, XXII. 13. Quicquid Deus facit, bene factum, credito.

Digitized by Google

A. C. 409. et 410. ſub Honorio Romae tanta caritas et raritas omnis annonae fuit, vt homines hominibus iam imminerent, et in Circo palam auditae ſint voces, Pone pretium humanae carni. ok)

Circa A. 547. ſub Iuſtiniano peſtis graſſata Byzantii finitimisque locis tanta vi, vt in ſingulos dies quinque millia, interdum etiam decem perierint.

ok) Noluerunt ergo ſponte mori, neque abhorrere ab inſolitis cibis, vt, quantum quidem fieri poſſet, rerum omnium pretioſiſſimam, conſeruarent vitam. Plurimi tandem etiam ſeruati ſunt, qui ſuo ſcelere noluerunt perire, ne fortaſſis olim perirent fame. Elias propheta in deſerto, vbi nihil ſperandum, a coruis accipit cibum. Et vidua, cuius hoſpitio vtebatur, extrema paupertate et fame prenente, praeter opinionem diuinitus annonae et olei data copia nullum poteſt ſentire defectum. 1. Regum XVII. Idem laudatus propheta, cum non eſſet, quo ſuam potuerit ſuſtentare vitam, ſemet interimere noluit eſuriens et miſeria fatigatus, ſed animam diuinae miſericordiae commendans obdormiuit, ac refocillatus ab angelo quadraginta diebus mirifice ſuſtentatur. 1. Regum XIX. Eliſa, ſuccedens Eliae propheta, panibus aliquot centum viros cibauit. 2. Regum IV. Samariae ab Syris obſeſſae rebus deſperatis, et fame ciues excruciante, breuiſſimo temporis ſpatio, annonae ſummam caritatem ingens copia et vilitas excepit: vt extincti prope quam liberaliſſime recrearentur. 2. Regum VII. Quae mundi ſeruator ſuis oſtenderit, vulgo ſunt notiſſima, et pios docent omnes, niſi quotidiana loqueretur experientia, Deum, creatorem, arbitrum, et conſeruatorem, manuum ſuarum opera, miſeros homunciones, ſiquidem eius fidant infinitae bonitati et gratiae, vbi nihil ſperandum, quam liberaliſſime, ad longe maximam ſui nominis gloriam enutrire.

Digitized by Google

rint. ol) Sub eodem in tota Italia, vaſtantibus eam Gothis, tanta fuit fames, vt in ſolo Piceno quinquaginta hominum millia interierint, et paſſim in vſum ciborum verſae ſint non carnes ſolum humanae, ſed etiam merdae et ſtercora. Duae mulieres 17. viros per inſidias noctu interfecerant et deuorauerant, ipſae a decimo octauo trucidatae demum. Matres quoque filiorum carnibus paſtae ſunt. om) Hac tempeſtate vir Romanus quinque liberorum parens, hos cibum miſerabiliter flagitantes ſequi ſe iuſſit, tanquam accepturos. Vbi ſupra Tiberis pontem conſtitit, capite obuoluto velatisque oculis in fluuium ſe deiecit. on)

A. 851.

ol) Tanto facilius, ſi qui calamitatum pertaeſi, ne ſuis in corpus miſerum ſaeuirent manibus, vitae finem exſpectare potuerunt. Haec vt antecedentia pleraque totidem verbis leguntur Ioh. Henr. Alſtedii theſauro chronologiae num. 32. pag. m. 301.

om) Ita rem retulit Alſtedius loc. cit. p. 301. Conſtantia et fides laudanda eorum, qui fame, quam ſua manu interire, maluerunt: damnanda caedes, nec inſperata vindicta. Matres non ſuos mactare liberos, mortuorum carnibus veſci poterant.

on) Factum anno ıↄxxxxvı. quod ex relatione Caroli Sigonii hiſtoriarum de occidentali imperio lib. 19. p. 328. ſeq. audire iuuabit. Totila rege Romanis prope iam fame conſumtis inducias negante, ciues lacrumarum ſordiumque pleni ab vrbis praefectis Beſſa et Conone petiuerunt, ſibi tanquam ſeruis alimenta praeberent, aut, ſi non poſſent, manus inferrent, neque honeſtam mortem inuiderent. Tanta vero calamitate noluerunt ſemet occidere ipſos. Et praefecti reſponderunt, neque commeatus dare ſuae facultatis, neque manus inferre ſuae pietatis eſſe. Beliſarium

A. 851. tanta fames in Germania, vt parentes vorauerint liberos, et liberi parentes. oo) Rurſus A. 1010. et 1042.

liſarium autem ipſis auxilio propediem affuturum. Fames cibos abſurdiores et a natura alieniores aſſumere coegit. Praefecti, fraudatis neceſſitate ſua militibus, frumentum in vrbe ſepoſitum pecunia magna primoribus vendiderunt ciuibus: alii, furfure emto, panem ex eo ſordidum, in ea tamen neceſſitate ſuauiſſimum, coquere coeperunt, omnemque domeſticam ſupellectilem pro cibo diurno mutarunt. Vbi frumentum omne conſumtum, ad vrticas et herbas ſponte locis incultis naſcentes, equos, canes, muresque ſe contulerunt. Sic macie extenuati ſtatuarum ſimilem colorem contraxerunt, et multi exanimati ſunt. Noluerunt ipſi tamen nocere ſibi, felicem exſpectantes vitae finem: quam, naturae inſtinctu, quocunque modo ſuſtinendam arbitrati ſunt, etiamſi corporum excrementa ciborum loco ſumenda eſſent. His triſtium ſane rerum circumſtantiis deploranda ſuorum penuria victi ciuis deſperatio: vt, cum ſuos eiulantes iuuare non poſſet, in Tiberim ipſe mallet ſe dare praecipitem, quam a Deo proximum capeſſere auxilium. Cum enim iſtius deplorandi caſus diritate attoniti, et eadem laborantes egeſtate, ſaeuos in ſua membra verterent morſus: vrbis praefecti omnibus, qui vellent, exeundi fecerunt copiam, et pecunias dederunt, vt vitae ſibi compararent neceſſaria.

oo) Scilicet mortuos, vt ſupra monui. vid. Alſtedius p. 304. Vnde et ſequentia hauſit. CIↃX. fames et peſtis omnium maxima toto orbe graſſantur: ſed cuius regionis memoriae non proditum: toto autem terrarum orbe ſimul graſſari non potuerunt CIↃXXXXII. per ſeptennium integrum graſſatur. Quibusnam vero in locis? CIↃLXII. horrenda fames et peſtis graſſantur toto orbe. Germanico fortaſſis. CIↃLXX. tanta fuit rerum (profecto non) omnium raritas,

et 1042. ac ſeqq. item A. 1062. 1070. 1311. 1315. 1348. horrenda fames et peſtis.

Porro tyrannidis et crudelitatis exempla compendio vide apud Lipſium ſupra, Valerium Max. l. 9. c. 2. et alios paſſim. op)

Haec ex multis pauca. Iam vero ſi in eiuſmodi tempora, vt tot alii, incideris, quid praeſidii ac ſolatii? oq) An id ipſum occidi, cruciari, dira lentaque

 fame

raritas, nominatim vini, vt, ob illius defectum, miſſifici quibusdam locis non potuerint celebrare miſſam. CIↃCCCXI. ſub Henrico VII. imperat. tanta peſtis orbem terrarum afflixit, vt vix tertia hominum pars ſupereſſet. Intelligenda vero, notiſſima omnibus, ſynecdoche: quam in hiſtoria et philoſophia vix aequo poſſum ferre animo. CIↃCCCXV. peſtis et fames adeo ſaeuiunt, vt plures iudicati fuerint mortui eſſe, quam ſupereſſe. Parentes deuorarunt proprios liberos. CIↃCCCXXXXVIII. ſub Carolo IV. peſtis epidemia triennalis per totum terrarum orbem graſſata eſt. Lubecae et Florentiae multa millia periere cet.

op) Immanes vbique locorum fuerunt tyranni, quorum ſatis nunquam abominanda crudelitas: quandoquidem inter homines diabolorum induunt habitum et omnia peruertere videntur. Sed tamen fieri ſine numine nihil poteſt: vt iſte ſemet olim flagellum Dei nominauit. Atque adeo praeſtat omnium furiarum experiri plagas innocentem, quam ſua manu furioſum ac deſperantem ſaeuire in ſemetipſum.

oq) Mihi et omnibus, quotquot ſunt Deo deuoti atque adeo pietatis ſtudioſi, in Deo forti et omnipotente ſatis eſt praeſidii atque ſolatii. In Deo ſemper inueniendum auxilium. Pſalm. III. 9. Matth. VII. 7. VI. 25. ſeqq. Luc. XII. 22. 1. Petri V. 7. Omnem ergo ſolicitudinem curasque

Domino

Digitized by Google

fame tabeſcere, aut ſtercora ſaltem comedere? or) An forte, vt ſuperius, cogitare Deum aliqua obliuione, vel cogitatione tua, vel imagine voluptatis, aut ſimilibus fere nugis labeculisue tuis offenſum, tam saeue meritoque punire? os) Non valde placet, nec iuuat roboratque animum; imo plane debilitat frangitque. ot) An ſperare te malis, licet propter te quoque, propter aliquam, vt dixi, obliuionem, aut cogitatio-

Domino relinque, ille profecto tibi conſulet, tuamque ſalutem curabit fortiſſime: nec patietur, vt pius in aerumnis verſetur diu. Pſalm LV. 23.

or) Perpetiendum, quicquid immiſerit Deus. Praeſtat occidi, quam occidere ſemetipſum; tabeſcere, cruciari, et placida morte obire, quam ſuas in corpus miſerum conuertere manus, et perire, ne quid ſentiamus aduerſi.

os) Vtique iuſtiſſima ſunt Dei iudicia: nihilque tam atrox nobis accidere poteſt, quod noſtris non meriti ſumus peccatis. Etiam ſatius profecto piis, breuiſſimo temporis ſpatio in his terris, quam aeternum poſt fata, luere poenas. Nobis ergo ſemper, vel inter cruciatus longe grauiſſimos, in mente oreque verſari debet illius Chriſto deuoti optio: Solls ja ſo ſeyn, Daß Straf und Pein Auf Sünden folgen müſſen: So fahre fort, Doch ſchone dort, Und laß mich hier wohl büſſen.

ot) Piis atque adeo ſapientibus ſemper et vbique perplacet, quod vult Deus. Iuuat roboratque animum fortiſſime ſpes atque fides, optime conſilia cedere diuina: ſaluberrimam quoque filiorum eſſe quamcunque caſtigationem, eaque omnia fieri optime et piis iucundiſſime, quae faciet Deus. Debilitant franguntque animum inſolentia, cupiditas, atque malitia: quae vitia infelix tandem ſequitur deſperatio, vt miſer homuncio, opis diuinae egentiſſimus, extremo furore ſibi perſuadeat, conſulere melius ipſum ſibi.

gitationem tuam immiſſis circumfuſum, a Deo prodigioſe, inter tot millium ſtrages, conſeruatum iri? o v) An igitur pauca quaedam exempla aliorum a Deo ſingulariter conſeruatorum reſpicere, ſepoſitis et ſpretis omnibus aliis, licet frequentiſſimis ac continuis? o x) An maiore parte mortis modo per ferrum, peſtem, famem in corpus recepta, obſtinare animum ad viuendum? o y) Haeccine ſunt munimenta mentium, praeſertim doctarum et placidarum, atque ſolatia calamitatum humanarum? o z)

o v) Poteſt omnino me, ſi vult, conſeruare. Quod non mortale, ſperandum. Etiamſi, poſt mille cruciatus, nobis certe moriendum: ſpe certa fiduciaque tamen a diuina charitate, obſequio, et conſtantia nunquam recedendum, aut rebellandum, ſed, quoad Dominus voluerit, in ſtatione qualibuſcunque expoſiti calamitatibus ad vitae finem vſque perſeuerandum. Contra ſi quid molimur, noſtraque deliria ſanctiſſimae Numinis aeterni praeferimus voluntati: ſtultitiam quidem iſtam non poteſt non ſummum dedecus exitiumque ſequi.

o x) Exempla meam fidem confirmare poſſunt: vt meam diuinae ſubiiciam voluntati. Quoad me viuere iubet, aliasque ſuper aliis ferre miſerias: factioſus et audax, imo nequiſſimus omnium eſſem dicendus, ſi rebellare domino coeleſti, meamque vitam ipſe mihi adimere vellem.

o y) Vtique firmandus eſt animus aduerſus quamcunque calamitatem, adeo quidem, vt, ſi altero pede iam fuerimus in orco defixi, immota mente amplexus non relinquamus domini: donec, ferro, peſte, fame ſuperatis, ipſo corpore tandem quibuſcunque miſeriis extincto, vincentes atque triumphantes ad coeleſtia gaudia peruenire queamus.

o z) Mentis humanae munimenta non ſunt alia, quam cum

Sed oportet, inquis, ſemper in Deo ſperare. Vtique: non ſtolide tamen, improbe et ſuperbe, exſpectando aliquid inſoliti, et a communi ſorte diſcreti; ſed modeſte, prudenter et congruenter iis, quae Deus plerumque ac conſtanter agit egitque. Quid? quod per te tuamque ſuperſtitionem vix poteſt quiſquam ſolide ſperare. Sed multis millibus pereuntibus liberetur vnus aliquis, ſeruetur, viuat: quamdiu viuet? et tantine eſt ſemper, omnibuſque viuere, vt propter exiguam aliquam incertamque moram conſultum ſit diu torqueri? pa)

S

cum Numinis incomparabili gratia et bonitate coniun[illegible] rationis vſus; neque alia, quam a ſummi rerum arbitri [illegible]ctiſſima voluntate, capienda ſolatia.

pa) Hominis non eſt, rerum gerendarum pro lubitu modum praeſcribere Deo. Inſolita non exſpectamus, ſed quae ſuis clementiſſime promiſit, auxilia certiſſima: non ad praeſentis vitae, quae breuis et aerumnoſa, verum potius ſubſecuturae ſalutis et felicitatis aeternae conſeruationem. Spes mihi vnica Chriſtus, et, quae mihi ſuo ſanguine meruit, gaudia nunquam interitura coeleſtia. Noſtro neſcio quae huius vitae commoditas, qua perdita, vel ex animi voto non ſuccedente, conſultius (peſſime) arbitratur, oppetere mortem, aut ſemet enecare, ne forſan diutius torqueretur. Rebus ſecundis ſperare vult; aduerſis, quibus fiducia et ſpe maxime opus eſt, proh pudor atque veſania! velut a benefico Numine relictus deſperare, rebellanſque aduerſus Dominum ruere in exitium. Piorum contra, quocunque modo premantur, longe maximum in gratia diuina ſolatium. Perfidus et ingratiſſimus eſſem, qui tot tantiſque per vitam a Deo cumulatus beneficiis, ſi, quacunque, vel maxima, imminente miſeria, diuinae clementiae

mentiae

Digitized by Google

Sed viuendum, inquis denuo, quamdiu vult Deus. Recte: et quamdiu ſuadet voluntatem Dei hominibus aperiens ratio; pb) adeoque quamdiu volunt iudicantque

mentiae et potentiae immemor, auxilium vel exitium a memetipſo petere vellem adeo nefanda et horrenda caede. Ratio, quoad mens ſana in corpore ſano vel truncato, ipſaque natura prohibet. Propitio mihi Numine coeleſti non facio, atque, dum ſpiro, ſpero. Ringatur, quiſquis ringitur malitia, opprimat, excruciet qualiscunque afflictio, te tamen non deſeram, bone et miſericors Deus, te tamen amplectar fide conſtantiaque decenti, tecum manebo tamen: tu tua me tenes ducisque dextra, ſecundum voluntatem et arbitrium, quod mihi ſaluberrimum, tandemque me recipis ad tui nominis gloriam. Quis in coelis mihi eſſet, praeter te? Quis in terra me recrearet, praeter te? Carne mea debilitata, et animo deficiente meo, aeternum tu rupes et portio mea es. Omnes vero, qui te relinquunt, perire oportet: homines exſcindis, quotquot perfide recedunt a te, omnes. Haec perennis mea delectatio, propitium mihi et propinquum eſſe Deum: ad eum refugio, in eo mea conſolatio, ſpes, atque voluptas aeterna. Pſalm LXXIII. 23. ſeqq.

pb) Ratione vero ſi recte vti velis, atque te ipſum, non deſipientem, audire, certiſſima perſuaſione dictabit, eſſe perferenda, quae non ſunt mutanda: dependere a diuina voluntate omnia: aliam eſſe Dei, aliamque et peruerſam hominum voluntatem: quae Deus velit, etiam facere pro ſapientiſſimo et immutabili conſilio: te ſine te factum eſſe: te pro arbitrio tuam non poſſe mutare conditionem, neque priſtinam reſtituere valetudinem, neque prolongare vitam: te ſine tua voluntate mori: neque licere cuiquam ſemet vita priuare: omnipotentem, cui vitam referas ſoli acceptam et vitae conſeruationem, cui ſoli ius vitae ac necis competat, ſi velit, momento facillime, quam dedit, adimere

eantque Deo conſentientes boni prudenteſque viri: non quamdiu volunt et opinantur noua ſuperſtitione caeci. p c) Canit poëta:

Ipſe Deus, ſimul atque volam, me corpore ſoluet. p d)

Iuxta rationem, inquam, prudentiam et experientiam caſuum humanorum, vti viuendum, ita etiam moriendum eſt: et id ipſum vtique vult Deus: non iuxta ſtultas et aniles perſuaſiunculas, quas Deus aſpernatur et odit. p e) Praeterea quaedam, quae Deus interdum velle

adimere poſſe: ad vitae conſeruationem ac diuinae voluntatis executionem impendenda eſſe omnia.

p c) Cum Deo ſcilicet arbitratur, quaſi nihil intelligat, conſentire Stoicos veteres, quorum neque bonorum, neque prudentum, miſerabile decretum de voluntaria morte, vt ſuam oſtenderent peruicaciam, hominum ſtultiſſimos quoſque faſcinauit. Deo fideles, obſequentiſſimos, atque conſtantes, qui ſemet quam lubentiſſime diuino ſubiiciunt arbitrio, et patienter, vt decet, exſpectant vitae finem appellare non veretur noua ſuperſtitione coecos. Hem! quantum eſt ſapere.

p d) Siccine ſuam Deus humanae ſubiicit voluntati? Non ſaeua manu ruptum corpus, non rebellantem proiectamque animam ſoluit recipitque Deus, ſed iuſto iudicio, ſi qui humanitatis ſupereſt ſenſus, maieſtatis ſummae ream, poſt obitum deplorandum, relinquit.

p e) Secundum praecepta diuina viuendum ſancte, caute, ac prudenter: eandemque pietatem, moderationem, et honeſtatem ſua cuique ratio ſuadet. Moriendum beate et placide, quando ſupremo rerum arbitro, arctiſſimum, quod ipſe corpus inter et animam eſſe voluit, ſoluenti vinculum, placuerit, atque adeo lubentiſſime ad felicitatem aeter-

Digitized by Google

velle dicitur, ita vult, ſi velit, vt potius nolit. Multa bella ex inſatiabili principum ac populorum quorundam ambitione et auaritia oriuntur. Haec dixeris Deum nolle potius quam velle. Itaque rogat pſaltes: Diſſipa gentes quae bella volunt. Fames et peſtis ſaepe ex bellis iſtis naſcuntur: alias quoque habent ſuas cauſas naturales, ſicut monſtra, quae abominamur et delemus. Ad haec debet fortaſſis homo quandoque, certe poteſt, imo reſpiciendo naturam hominis, ſicut a Deo ipſo facta ac conſtituta eſt, non poteſt non directo nolle quae Deus vult: nempe haec ipſa quae dixi, bella, famem, peſtem, tyrannidem, patriae, parentum, neceſſariorum, amicorum et ſui ipſius interitum. Quod ſi quis rara virtute velit; non aliter tamen, quam quia neceſſe eſt. Et hac ratione volunt etiam boni prudentesque viri ſponte mori. Et idem velle Deum patet, cum ex magna neceſſitate moriendi, quam nunc iniecit; tum ex intima conſtitutione et appetitione naturae humanae quam fecit: denique quia in vniuerſum et abſolute vult, vt homines viuant moriantur que iuxta rationem, vt dixi, prudentiam et experientiam rerum humanarum. p f) Recole

aeternam diſcedendum, vocante Deo. Ita profecto ſecundum rationem, prudentiam, et experientiam quotidianam: non ſecundum anile, ſtultum, ac triſte Stoicorum decretum, quod ipſi naturae et rationi aduerſum ac generi humano peſtiferum, aſpernatur et odit, velut nefandam rebellionem, omnipotens et ſanctiſſimum Numen, cuius ſapientiſſimis, iuſtiſſimis, et immutabilibus decretis omnia ſubeſſe ac obedire debent.

p f) Recte permittendo Deus velle dicitur, quae abominatur atque punit ſeueriſſime: vt ſumma cum maieſtate, ſapien-

Recole et adde, quae ſupra annotaui ex Scriptura quoque: nempe Deum nolle vt homo tentetur ſupra vires ſuas: vt ſit ſicut equus et mulus, in quibus non eſt intellectus, non ratio, non prouidentia: vt ambulet ſicut inſipientes: vt amet periculum: vt cuſtodiendo animam ſuam perdat eam: vt patiatur imponi ſibi onera nimis grauia, et quae pauciſſimi recta ceruice portare poſſunt. p g)

Iam

ſapientia et iuſtitia manifeſtetur. Sunt belli, famis, peſtisque, calamitatum omnium, reſpectu Dei, iuſtiſſima iudicia, quae, quibus immittuntur, euitare nequeunt. Maleſici autem, qui praecepta diuina transgrediuntur, affligunt, rapiunt, occidunt, et calamitatum auctores ſunt, ab regum rege ſummoque rerum arbitro grauiſſime punientur, qui ſuae relicti malitiae et crudelitati. Bonis bene omnia et ipſae calamitates eueniunt: cum mali certiſſimas ſuorum ſcelerum dabunt poenas. Pro ſanctitate ſummaque bonitate mala Deus nunquam non poteſt abominari, quam ſapientiſſime tamen ea malis, ſuam ſibimet ſtruentibus damnationem, permittit, et iuſtiſſime vindicat omnia. Quemadmodum omnia mala, ſic quoque voluntariam mortem permittit omnia deſperantibus: vt, niſi extremo furore, vim inferentes ſibi, peruicaciae, rebellionis, et ſummae nequitiae poenas luerent. Summae crimen eſt laeſae maieſtatis, velle, quae Deus non vult: atque dum viuit quis, Deo volente, viuere nolle, atque adeo ſaeuire in ſemetipſum. Nulla vero fuit vnquam neceſſitas moriendi, niſi quam, ſoluente natura, Deus ipſe mortalibus imponit; aut violenta intercedente alterius manu. Semet ipſum enecare, non poteſt non eſſe iniquitatis nefariae, aut furoris extremi: quocum nulla ratio, nulla prudentia, nulla rerum humanarum experientia conciliari poteſt.

p g) Et ſupra monuimus, hanc eſſe religionis calumniam:

Digitized by Google

Iam diu ſatis cum Auguſtino, verbisque eius, ef-fugiis, audacibus aſſertionibus et interpretationibus Scripturae, aliisque a re, de qua diſceptatur, alieniſſimis etiam, altercati ſumus; oſtendimusque, nihil eum attuliſſe quod valeat contra mortem voluntariam in iis, quos ſaepius indicauimus, caſibus accerſitam, contraque rationes pro ea adductas. ph) Imo nunc vel ex propriis illud ab initio ſignificatum, contra Auguſtinum

mniam: quam denuo demonſtrare, noſtra non refert. In omnibus nihil eſt, quod aliquo modo voluntariae morti fauere poſſit. Certe non vult Deus, tentari quemquam vltra vires: ſed ipſe facit tentationum finem, ſuisque omnia ſuperandi facultatem largiri conſueuit. Qui ſua ſponte ruunt in exitium atque ſaeuas in ſemetipſos vertunt manus: non dicam ſimiles, ſed longe deteriores ſunt equo et mulo effrenatis, in quibus nec intellectus, nec ratio, nec prouidentia. Inſipientes, imo furentes, amant periculum adeo quidem, vt quod longe maximum atque certiſſimum praeferant minori atque dubio, vitamque ipſam profundant. Rupto ſolutoque arctiſſimo, quod corpus inter et animam eſt, vinculo, non propter euangelicam doctrinam, ſed pro lubitu, propter imminens fortaſſis malum, et corpus, et animam perdere non verentur. Perditum id genus hominum onera ſibimet ipſis imponunt longe grauiſſima: et ne quid calamitatis perferant, omnibus commune, contra naturam aliquid captant peculiare, ſuaque non erubeſcunt in viſcera ſaeuire, et mittere animam in triſte neſcio quod exilium, vel ſceleratorum atque rebellium ſocietatem.

ph) Multa oſtendit, prorſus vero nihil probauit, aut firma S. Auguſtini contra mortem voluntariam argumenta producta infringere potuit. Calumnias atque conuicia ne tanti quidem facimus.

num et aſſeclas omnes clare eduxeris, firmeque inſtruxeris argumentum. Nempe Quae cauſa a magno patrono, omnes ingenii, doctrinae, facundiae neruos intendente, atque omnia quae inuenire potuit, ac expedire iudicauit, conquirente et afferente, non niſi miſerrime per ſuſpiciones, coniecturas, incertas, niſi falſas etiam, interpretationes; denique non niſi per ea, quae verum cauſae ſtatum non attingunt, defenſa (vel oppugnata) fuit: ea vtique veris, grauibus ſolidisque rationibus defendi (vel oppugnari) nequit. Atqui cauſa mortis voluntariae, tanquam ſemper, et in omnibus caſibus vetitae ac damnatae, non aliter ab Auguſtino defenſa fuit: ergo eam nec aliter defendi probarique poſſe, concludendum eſt. pi)

Confirmatur ſimilibus, id eſt loquacibus, infirmis, vanis, friuolis, ſophiſticis aliorum argumentis, defenſionibus et oppugnationibus. Certe pauca illa et ficulnea, verbo ἀπολύεσθαι, aliiſque obumbrata; quae annotauit Grotius 2, 19. nihil momenti habent. pk) Nec

pi) Cauſſam vnius cuiuſcunque et prudentis, et aequi lectoris ingenio diiudicandam relinquimus. Certiſſima ſunt atque ſolida Auguſtini argumenta aduerſus iniquiſſimam voluntariae mortis defenſionem. Eam itaque nullo modo admittendam eſſe, concludere haud difficulter vnusquiſque poteſt.

pk) Imo ſunt maximi momenti, quae Hugo Grotius de iure belli ac pacis l. 2. c. 19. §. 5. monet. Demonſtrant certe, quam abhorruerint ſemper moratiores populi a voluntaria morte. Ioſepho teſte lib. 3. de bello iudaico c. 25. apud Hebraeos non ſepeliebantur, qui ſibi mortem ipſi conſciuerant. Neque ſupplicium aliud in iſtos potuit conſtitui,

Digitized by Google

Nec grauiora ſunt, quae in ſuis Principiis I. N. affert Guil. Grotius, bis exſcribens et laudans locum ali-
Ll 3 quem

ſtitui, qui mortem pro ſupplicio non habent. Sic olim Mileſiae virgines a voluntaria morte abſterritae. vid. A. Gellius noct. Attic. l. 15. c. 10. Plutarchus de virtutibus mulierum, oper. moral. p. m. 219. Romani abiicere ſolebant inſepultos, qui ſemetipſos occiderant. Seneca epit. l. 8. controu. 4. Tarquinius autem Superbus rex ſua manu interemtorum corpora iuſſit crucibus affigi ad horrorem ſpectanda, feriſque et volucribus dilaceranda. Plinius hiſt. natur. l. 36. c. 15. Confer. diſſert. praeliminaris noſtra de morte voluntaria p. 19. ſeq. Plutarcho teſte, Ptolemaeus Cleomenis III. Spartanorum regis corpus, quod ſemet eneeauerat ipſum, cruci iuſſit affigi, in culeum capite tenus inſutum. Et Ariſtoteles de moribus ad Nicomachum l. 5. c. 15. memoriae prodidit, ignominia iſtos paſſim affici, qui mortem ſibi conſciuerunt. Recte quidem Iohannes Stobaeus ſermone 124. contumeliam docet in defunctos non redundare: nihil enim ſentiunt, neque damno vel pudore afficiuntur: neque tamen etiam honorari merentur iſti, ni forſan magis aliquando inſania videtur eſſe deploranda, qui ſibi nolunt parcere ipſis: et ſufficit, quod mortuis accidit, a viuis metui, ne peruicaces olim in ſimile peccatum prolaberentur. Aeſchinis tempore, vt ipſe teſtatur oratione in Cteſiphontem, Athenis illorum, qui ſemet interfeciſſent, manus a corpore abſciſſae tandem ſeorſim recondebantur. Confer. Hegeſippus l. 3. c. 17. Ita quouis modo paſſim locorum magiſtratus iſtis obicem ponere ſtuduerunt, qui ſeruitutis aut morbi fugam, famem et gloriae quamcunque ſpem pro iuſta mortis voluntariae cauſſa perperam habebant, atque in primis Stoicorum deliriis defendebantur: cum academici, vel Platonici, contra docerent e rei veritate, animum in cuſtodia corporis eſſe retinendum, nec iniuſſu imperantis ſummi numinis, a quo mortalibus

quem Auguſtini, quo is, vt ſupra, dicit, aſſerit, approbat; ſed nihil eorum quae dicit, vel aliqua ſpecie rationis ſolidae probat: ac ſi vbique ſufficeret, ipſe dixit. En locum illum, quem egregium vocat Grotius! Hoc dicimus, hoc aſſerimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, ne fugiendo moleſtias temporales incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipſo incipiat habere grauiſſimum proprium, quem non polluebat alienum. Neminem propter peccata ſua praeterita, propter quae hac vita magis opus eſt, vt poſſint poenitendo ſanari. Neminem velut deſiderio vitae melio-

talibus ille datus, pro lubitu ex hac vita demigrandum. Pl. vid. Macrobius in ſomnium Scipionis l. 1. c. 13. Innuit quoque Seneca epiſt. 70. *Inuenies etiam profeſſos ſapientiam, qui vim afferendam vitae ſuae negent, et nefas iudicent, ipſum interemtorem ſui fieri. Exſpectandum eſſe exitum, quam natura decreuit.* Docet vero magnus Grotius, Hebraeos, Perſas, Indos, moratiores, quotquot fuerunt, populos a voluntaria morte abhorruiſſe: quamuis mali ſemper fuerunt mixti bonis, nec defuit ex ipſis domini noſtri I. C. diſcipulis, qui ſemetipſum enecauit. Hoc vero magis miror, noſtrum e Grotio non captare aſſeuerationem, Hebraeorum nonnullos de lege ſe non interficiendi vnam cauſſam excipere, tanquam εὔλογον ἐξαγωγὴν, ſi quis videat, ſe deinceps victurum in probrum ipſius Dei. Quo referunt Samſonis, Saulis, et Razis Hieroſolymitani ſenatoris in hiſtor. Maccab. exempla: quorum ſimilia e Chriſtianis fuerint, mortem inferentium ſibi, ne tormentis adacti religionem eiurarent, et virginum, quae ſemet in flumina iecerint, ne pudicitiam amitterent. Sed Auguſtinum conſulere dixit operae pretium eſſe. Et nos ſupra ſatis ad omnia reſpondimus.

melioris quae poſt mortem ſperatur, quia reos ſuae mortis melior poſt mortem vita non ſuſcipit. „ Haec frigida velut calamiſtra, aut argutias et inania acumina antithetorum ex Auguſtino Grotius, quae fruſtra quaeſieris in vniuerſa Scriptura, extra quam clare et diſerte tantas praeſertim res, ne ob centum quidem antithetorum rhetoricorum, vel ſophiſticorum millia recipiendas, definientem, nemini alii quidquam dicere, aſſerere, approbare permittit Auguſtinus. p1) Sane

p1) Ab Hugone ad eius fratrem Guilielmum Grotium calumniando tranſit, par nobile fratrum, aegre ferens in re apertiſſima odioſum ſibi Auguſtinum ſequi. Guilielmus Grotius de principiis iuris naturalis enchiridio cap. 7. §. 2. oſtendit, in corpus ſuum hominem abſolutum non habere dominium, vt de eo pro lubitu diſponat: habere tamen eam facultatem, quae domino ſit proxima. De vita §. ſequenti agit, eamque docet omnibus modis defendendam, etiamſi periculum inde veniat aut iactura vitae alienae: quod pluribus Cicero in oratione aurea pro Milone demonſtrat. §. 4. ſatis quidem clare docet, cum a Deo vita homini ſit conceſſa, quamdiu ipſe voluerit, eum manifeſte in Dei ius inuolare dicendum, qui decretum eius facto ſuo quaſi praeuenit, neque vult exſpectare quid de ſe ſtatutum: quemadmodum in militia miles grauiſſime peccat, qui aut militiam deſerit, aut ſtationis munus relinquit. Tanto plus peccare, qui ſe, quam qui alium occidit: quod alium occidens corpori tantum eius noceat, non item animae: at, qui ſe ipſum necat, et corpus, et animam nefande perdat. Ecquid Auguſtini verbis allegatis luculentius? Quae et operae pretium credidit iterum citare cap. 11. §. 10. Et hoc patet: *ſi non licet priuata poteſtate alicui, hominem occidere, vel nocentem, cui occidendi licentiam nulla lex concedit: profecto etiam, qui ſe ipſum occidit, homicida eſt.*

ne nemini mortalium permittendum et permiſſum eſt, vt ſine euidentibus vel Scripturis, vel rationibus denunciet poenas perpetuas, atque propria autoritate ſeligat, quos poſt mortem vita melior ſuſceptura ſit, quos non. pm) Ad haec ſueta ſibi fallacia petit denuo principium Auguſt., vel audacter ſibi ſumit id quod ſaltem in quaeſtione eſt, atque adeo quod vult non probauit, vt futiliſſimis ratiunculis ac coniecturis euerterit

eſt. Noſter vero ſua reprehenſione profecto nihil mutabit aut infringet: ſint rhetorum more veritates prolatae: ſua ſemet commendabunt dignitate, nulliſque cedent vel artificioſius conſtructis mendaciis.

pm) Hoc me ſatis et ratio, et ſacrae ſcripturae omnes paginae docent, perfidos, rebelles, peruicaces, impios, atque homicidas regnum coelorum non intrare: neque diuina praecepta contemnentes ad fidelem atque beatum Chriſti populum pertinere: animam, ſuis affectibus ſuccumbentem, et qualicunque caſtigationum generi, quibus beati Numinis filii carere nequeunt, contrariam atque pertinacius renitentem, vſque adeo vt ſemet ſcelere non vereatur commaculare nefando, ac plus quam Stygio furore in corpus ſuum ſaeuire, non in coelitum ſanctiſſimam ſocietatem recipi. Meum vtique non eſt damnare quemquam, aut ſiniſtre de iudiciis diuinis iudicare: qui delictorum ipſe memor, niſi diuina et incomparabilis intercedat gratia, damnandus eſſem. At vulgo notiſſima Lactantii ſententia diuin. inſtit. l. 3. c. 18. *ſi homicida nefarius eſt, qui hominis extinctor eſt, eidem ſceleri obſtrictus eſt, qui ſe necat, quia hominem necat: imo vero maius eſſe id facinus exiſtimandum eſt, cuius vltio ſoli Deo ſubiacet.* Origenis in Iob. lib. 2. *qui ſemetipſos interfecerunt, qui ſibimetipſis mortem intulerunt, nunquam requiem habebunt: iſti in infinita ſecula nunquam inuenient refrigerium, ſed animae eorum mox, vt de corpore exierint, in tenebras deducentur.*

Digitized by Google

rit etiam. pn) Praeterea mutat etiam denuo et corrumpit quaeſtionem, ſaltem principalem. Quaeritur enim hic potiſſimum, vt in omnibus officiis periſtaticis et calamitoſis, non vtrum quis debeat ſibi mortem inferre, ſed an poſſit, vel id ei liceat, ſi velit. Vaſtum autem eſt diſcrimen inter licere, ſiue poſſe aliquid ſine peccato facere, et inter debere. Nemo tam ſtolidus eſt, vt putet ſe debere facere, quicquid ei licet facere, ſi velit. Fruſtra igitur, captioſe, maligne, et contra verum quaeſtionis ſtatum dicit, aſſerit, approbat Auguſt., neminem ſibi mortem inferre debere. Non debeat: ſufficit, quod liceat: quemadmodum ſufficit, quod liceat hoſtem, furem, latronem, ſtupratorem interficere: quod liceat iacturam rerum ſuarum facere: quod liceat ſe mutilare, membra, ſi noceant, reſecare. An quis debeat etiam, alia eſt, et non neceſſaria quaeſtio. po) Captioſe quoque, ambigue et promiſcue loqui-

pn) Auguſtinum ſupra ſatis defendimus: et res pro ſe ipſa loquitur: vt coloribus aliisque ineptiis non ſit opus. Noſter autem vulgari ſuae ſocietatis more multis eum vociferationibus et calumniis inceſſere non dubitat, et aerem verberare, vt peſſimam cauſſam optime defendiſſe, ac veritatem neſcio quibus artibus euertiſſe videatur.

po) Statum controuerſiae Auguſtinus probe nouit: et quaeſtio ſatis per ſe clara eſt, vtrum liceat ſemet occidere, ad fugienda, quae immineant, mala. Et reſponſio hactenus eſt copioſe ventilata, quod non liceat. Quod vero non licet, etiam fieri non debet: et quod fieri non debet, non licet. Eoque ſenſu Auguſtinus vtitur verbo *debet:* quod adeo curioſe nunc non inquirimus. Mortem inferre ſibi nemo debet: i. e. nemini licet mortem inferre ſibi.

 Quid,

loquitur, more ſuo, de moleſtiis, quarum infinitae fere ſunt varietates et gradus. Itaque ne denuo velut cum monſtris, vmbris et laruis fruſtra pugnemus, compendio vtentes, exemplo et verbis quibuſdam Auguſtini, ſed melius et in contrarium, Hoc dicimus, hoc aſſerimus, hoc omnibus modis approbamus, neminem vel rationis, vel diuinae legis imperio viuere debere, vt longa et crudeli morte moriatur, dum poteſt breuiore et leniore. pp) Neminem in deliriis, furoribus, miſeriis ac doloribus, et communi omnium, et ſingulari prudentium et conſtantium virorum aeſtimatione et experimento intolerandis viuere debere: ac ſi in

Quid, obſecro, fruſtra, captioſe, maligne, et contra verum quaeſtionis ſtatum dixit, aſſeruit, approbauit Auguſtinus, quod quem, praeter iniquiſſimum malae cauſſae defenſorem, offendere poſſit? Non mihi faciendum, quicquid licet: quod vero non licet, omitendum. Mortem ſibi quis inferre non debet, quia non licet: nec, ſi liceret, neceſſario ſibi deberet inferre. Hoccine vero eſt captioſe et malitioſe diſputare? Hoccine perperam illudere doctis?

pp) Sunt hominum moleſtiae quidem innumerabiles: cuiuſcunque vero tandem ſunt generis, omnes ſunt vel temporales, vel perpetuae. His ergo illae ſunt neutiquam redimendae: ſed aeternitatis probe ſunt conſiderandae varietates et gradus. Ne quid cum vmbris videamur diſceptare, conſideremus B. Auguſtini imitandi modum: vt ſententiae peruerſitas appareat; hoc dicimus cet. omnes et rationis, et diuinae legis imperio, viuere debere, etiamſi longa et crudeli morte moriatur, nec licere cuiquam pro lubitu mortem ſibi eligere, ſuaque in viſcera ſaeuire: vt ſingulari beneficio diuinitus conceſſae vitae finem faciat. Sic noſter ſane veritates ex Auguſtini ore acceptas nefario auſu in mendacia conuertit.

Digitized by Google

in illis male quoque, vt ſit, et turpiter viuendo, imo Deum, fidem, religionem eiurando, homines trucidando et vorando, vel eorum ſtercora, magis Deo placeret, et maiorem in coelis gloriam promereretur. pq) Neminem viuere debere, vt ad mortem vſque ſtupretur, vel ad ſatietatem ſtupratus occidatur: neminem, vt aliis aliorum peccatis ſeruiat: ne vitam magis quam virtutem amans, mortem magis quam vitium fugiens, Deo, angelis et ſuperis omnibus inuiſus, deteſtabilis, eorumque ſocietate excluſus ad inferos relegetur. pr)

Mm 2 Paucis,

pq) Quod ſaepius iam dictum, etiamſi longe maxima hominem premat calamitas atque miſeria: Deo fidendum, ſine cuius ſanctiſſima et ſapientiſſima voluntate fieri prorſus nihil poteſt. Fortis ille noſter et miſericors Deus, qui crucis cuiuſcunque nobis impoſuit onus, ſufficientes quoque iſtius ferendi ſuppeditat vires, nec vltra facultatem tentari quemquam patitur, ſed ipſe tentationum finem facere ita ſolet, vt ſuſtinendo ferendoque maior inde gloria in nos redundare videatur. Nos quidem operibus noſtris prorſus nihil, nedum gaudia coeleſtia meremur: et ſi, quae facienda, fecimus omnia, profitendum, ineptos eſſe domini ſeruos, neque officio ſatis feciſſe. Coeleſti vero Numini obedientes, fideles, atque conſtantes magis eſſe laudandos, quam immorigeros, perfidos, ſuamque ſtationem deſerentes, nemo negabit. Qui ſemet occidunt in deliriis et furoribus magis deplorandi, quam accuſandi aut redarguendi ſunt: cum enim ſanae mentis non ſunt compotes, etiam, ſua ſponte, aut praemeditato conſilio, et voluntaria morte obiiſſe, dici nequeunt.

pr) Et haec omnia ſuperius iam aliquoties ſunt dilucidata, vt cauſſae mortis voluntariae non ſint. Vnus vitae et mortis dominus O. M. Deus, qui momento facillime ſine nobis

Paucis, neminem, vbi bene examinatis et exploratis cunctis ratio finire vitam ſuadet, viuere debere, etiamſi nolit; et ſonantibus antithetis rhetorum, metuque ac minis inanibus ſuperſtitioſorum terreri ne faciat quod facere decreuerat, et neceſſe eſt: ne a ratione in poſterum deſertus, et ſuperſtitione captus, incertus, anxius, miſer, et viuat, et moriatur. ps) Denique cum

nobis nos ſoluere et ab omnibus perſecutionibus liberare poteſt. Fac etiam corpus ſtupretur et excrucietur vſque, ſi mens caſta et pia, quod facit, a facinore abhorret, inſons ſceleriſque pura dici non poteſt ſeruire peccatis. Fac occidetur, praeſtat alieno, quam ſuo, ſcelere mori. Sic hominis eſt, cum vita ſeruare virtutem, cum vitiis omnibus fugere mortem, ne quid culpae aliquando videatur in noſmetipſos redundare. Alioqui Deo, angelis, et bonis omnibus inuiſi ac deteſtabiles eorum ſocietate excluderemur.

ps) Qui res bene examinat vel explorat decenter, vbique et ſemper diuinam et immutabilem ſummi Numinis agnoſcet prouidentiam, et patienter, quicquid accidit, ad vitae finem vſque feret. Ratio prorſus nihil, contra praecepta diuina ipſamque naturam, ſuadebit mortalibus. In primis vero iubet omnes omni cura et ſolicitudine vitam et ſalutem conſeruare. Id ſapientia doctis, id neceſſitas barbaris, id conſuetudo gentibus, id feris brutiſque animalibus naturae inſtinctus praeſcripſit. Et in orbe omnino nihil eſt, quod poſſit aequiparari vitae. Si quae calamitas obuenit mortalibus, patientia opus eſt, neque omnis ſimul, nefaria deſperatione, abiicienda virtus: cuius praetextu, qui mortem oppetunt, crimen longe maximum et inexpiabile in Deum, in ſemetipſos, in alios, committunt. Et conſtat inter omnes, qui ſponte et ipſa luce meridiana caecutire nolunt, omnes, quoad Deus, cui ſoli vitam referimus

Digitized by Google

eum Chriſtus Dominus toties Vae clamauerit contra Scribas et Phariſaeos aſſuentes, vtique praetextu pietatis aliarumque virtutum, atque per interpretationes coactas et extenſas, vanasque ſuſpiciones et coniecturas: aſſuentes, inquam, diuinis ſua praecepta, aut conſilia, quamuis ſine minis forte aeternarum poenarum; atque alligantes imponentesque humeris hominum onera grauiora quam vt portari poſſent: pt) quid de aſſumentis, oneribus longe grauiſſimis, et vel cogitatu terribiliſſimis, denique mortis ſempiternae minis Auguſtinianis ſit cenſendum, facile patet. Vtique ſunt ſtipulae, quas apoſtolus vocat, quaſque ignis probabit et delebit. Credibile eſt, complures hac ſuperſtitione miniſque territos, perturbatae et infelicis vitae, multorum ac grauium peccatorum, vt in eiuſmodi vita vſu venit, mortis demum ſempiternae ſibi cauſam fuiſſe: atque iſtos nunc, et in aeternum, hinc opinionem hanc, verba et minas Auguſtini; inde ſuam ſtulſtitiam, credulitatem, ignauiam execrari. pv)

mus acceptam, voluerit, viuere debere. At viuere qui non vult: eum ingratum et impium eſſe oportet, quem ratio et ipſe animus deſeruit, ac nefaria deſperatione captum, ne viuat, mors omnium triſtiſſima rapit, agitque miſerrime.

pt) Quo ſenſu Chriſtus Phariſaeos, grauia plebeculae imponentes onera, quae ipſi ne digito quidem attingere velint, increpare acerbius inſtituerit, ſupra dictum, neque huius loci eſt, aut cauſſae poſtulat iuſtitia, vt eadem ſaepius temere, ad lectoris pii doctique nauſeam fortaſſis, repetantur. Certe cum illis diuus Auguſtinus componi nullo modo poteſt.

pv) Non demonſtratione veritatis, vt decet, verum iniuriis

Porro artibus Auguſtinianis, ſiue audacia dicendi, aſſerendi, approbandi vel improbandi, denunciandi poenas aeternas, additis antitheti, nonnullis, complura officia, praeſertim calamitoſa et neceſſitate expreſſa, de quibus nemo ambigit, acerbiſſime damnaueris. p x) Videamus.

1. Licet

iniuriis longe maximis, quibus pium et ingenuum doctorem cumulat, cauſſam magis ſuſpectam facit. Scripta vero Auguſtini, cedro digna, ſemet, ſine cuiuſquam elogio, ſua doctrina commendant ac maleuolorum criminationes incomparabili virtute repellunt. In re cauſſaque praeſenti de non occidendo voluntatem oſtendit Numinis aeterni ſanctiſſimam, naturalem hominis inſtinctum, atque rationis infallibilem aſſenſum. Atque adeo veritatem hominibus, qui animum attendunt ad cauendum, ſaluberrimam probat, oneris autem prorſus nihil imponit, cui ſufficere nequeant. Mortis ſempiternae, quae maneat impios, non eius, ſed domini coeleſtis, ſunt minae, quas et oracula diuina omnibus paginis annunciant. His ergo ipſis, non veritatis amantiſſimo doctori, ſatis quidem ignominioſe et friuole obloquitur. Mendacia ſemetipſa produnt, neque refutationem vlteriorem merentur. Non qui viuendo praeceptis obediunt diuinis, ſed qui rebellantes aduerſus dominum ſemet non dubitant enecare ipſos, etiam peccata non dubitant cumulare peccatis, ac ſempiternae turpitudinis mortisque fiunt cauſſae: vt ſuae tandem iſtos aeternum poeniteat ſtultitiae, credulitatis, et ignauiae: quarum, qui Auguſtinum, vel ſacri codicis potius oracula, ſequuntur, non poſſunt eſſe rei.

p x) Qui ſemel verecundiae fines transgreſſus eſt: eum nauiter oportet eſſe impudentem: quod noſter in primis iam obſeruare videtur. Eius iam in dicendo perſibilat audaciam, cuius modo accuſauerat doctrinam, immerito. Sed animum

Digitized by Google

1. Licet vtique fugere. Aſt verbis ipſis et antithetis Auguſt. facile probaueris adeo non licere, vt ſit grande et tartareum ſcelus. Nempe hoc dicimus, hoc aſſerimus, hoc omnibus modis approbamus, neminem fugere debere, ne fugiendo moleſtias temporales incidat in perpetuas. Neminem propter alienam crudelitatem ac ſcelera, ne hoc ipſo incipiat habere grauiſſimum proprium. Neminem propter peccata ſua praeterita, propter quae hic poena opus eſt qua poſſint expiari, vt Deus in aeternum parcat. Neminem velut deſiderio hic Deo diutius ſeruiendi, ideoque ampliora in coelis conſequendi praemia: quia ignauos, timidos, et fugientes eas quas Deus offert egregias ſibi ſeruiendi occaſiones, melior poſt mortem vita non ſuſcipit. py)

2. Licet

animum hominis, nihil etiam nobis monentibus, facillime quiſque videt, miratur ingenium, fallacias obſtupeſcit. Laudandus, qui veritatem amat, dicit, aſſerit, approbat; mendacia odit, improbat, damnat. Minime gentium contra ferendus ille eſt, qui falſa et peſtifera commendat, amplectitur, defendit; recta veraque aduerſatur, fugit, calumniatur. Tandem, at ſero nimis, exitus, quae fuerint acta, probabit. Ludat, qui ludere poteſt: in re tam graui, quae ad ſalutem exitiumue pertinet, mihi ſane prudentia et circumſpectione opus eſſe videtur. Inſtituit noſter vero ineptiſſime, quam in Auguſtino reperit liberrimam dicendi rationem imitari, falſaque ita proponere, ac ſi pius et ſapiens ille diuinorum oraculorum interpres aſſeuerare voluerit.

py) Riſum teneatis, amici. Quaelibet fugienda ſunt mala: quod nuſquam Auguſtinus negauit: nihil vero in omni vita magis, quam αὐτοχειρία, fugiendum eſt: quoniam irreparabilis ea peſſundatur ſalus.

Digitized by Google

2. Licet vtique infeſtum hoſtem, inſidiatorem, latronem, ſtupratorem occidere. pz) Sed verbis denuo et antithetis Auguſt. non licet: ne occidendo alios, atque ita fugiendo mortem temporalem, incidat quis ipſe in perpetuam: item ne hoc ipſo incipiat habere grauiſſimum peccatum proprium, quem non polluebat alienum: item ne eripiat improbo vitam, qua ipſi maxime opus eſt, vt improbitas poſſit poenitendo ſanari.

3. Licet vtique magiſtratibus ſaltem ſceleratos morte punire, aliquos etiam pro meritis torquere. qa) Per verba vero et antitheta Auguſt. non licet. Neminem enim debere tam ſeuere punire peccata aliena, ne hoc ipſo incipiat habere grauiſſimum proprium: neminem peccata praeterita, propter quae vita magis opus eſt: neminem velut deſiderio vitae melioris, quae ob iuſtitiam ſperetur; quia reos alienae mortis, et forte acerbioris, fortaſſis etiam impoenitentiae, vel nondum

pz) Nemo dubitat. Sed amplificationis ille modus valde mihi quidem diſplicet. Stultiſſime ita ſolenni formula prohibendi, quae facienda ſunt, omnia perſibilare poſſis. Homo, rationis particeps, de rebus agendis et fugiendis recte iudicat: earum principia et cauſſas perſpicit, conſequentia cernit, antecedentia et progreſſus obſeruat, ſimilitudines componit, eaſque rebus praeſentibus applicat, futuras annectit. Sic facile totius vitae curſum prudentia dirigit, ne quid detrimenti capiat, ne quid rationi decedat, ne res ad vitam beate et feliciter degendam neceſſariae deſiderentur.

qa) Stultum eſt, quod nemo negat, affectata negandi formula, in ſenſum contrarium torquere.

dum ſatis per poenitentiam ſanatorum peccatorum, melior poſt mortem vita non ſuſcipit.

Denique innumeris fere antithetis omne ius bellandi euerteris, atque bella ſuſcipientibus gerentibusque infra ſceleratos propemodum omnes ad fundum velut ipſum depreſſis, omnes inferorum poenas impoſueris. qb)

Sed de Auguſtino, et cum illo ſatis: veniendum nunc ad alios. Exercitatione philoſophica de morte voluntaria mentionem feci diſputationis cuiuſdam de *Αυτοχειρία*, Rachelio autore et praeſide habitae Helmſtadii A. 1659. Eius dabo ſummam et ſeriem, vnaque ſpecimen aliquod demonſtrationum aduerſariarum, quaſi philoſophicarum, theologicis et Auguſtinianis quandoque miſtarum: quae, ſi quidquam, certe nihil aliud demonſtrant, quam cauſam inimicorum cunctis, quae vere dici poſſunt, rationibus deſtitui. Itaque opinioni et affectui vulgi cum beſtiis communi tegendo ornandoque quaedam ſpecioſa dictu, re inania et falſa accumulari: vti fit, et factum ab omnibus illis, quos vidi, nouis plebeiisque, vt Tullius vocat, magiſtris. qc) Exempli loco vnum ante Rachelium producam.

Gentz-

qb) Nequaquam ſequitur. Si, quod non licet, eſſe faciendum negas: negandum, eadem dicendi forma, recte fieri, quod neque diuinis, neque humanis legibus prohiberi conſtat.

qc) Haeccine plebeia et ineptiſſima, nullis adductis rationibus, diſputandi ratio, ne quid cauſſae concedatur aduerſae, mentiri et calumniari audacter? Sed videbimus ſtatim, quomodo noſter aſſertum probare velit. Sequitur

 plane

Digitized by Google

Gentzken Prof. Kilon. q d) differens primum de natura et conſtitutione philoſophiae moralis, hanc, et recte

plane Stoica et falſa: quae ſi quis, vt fieri haud difficulter poteſt, ſolide ac ſapienter refutare inſtituit, vehementer ac impudentiſſime, quaſi nihil intelligat, vituperatur. Samuel Rachelius, Sereniſſimi Sleſuici et Holſatiae ducis Gottorpienſis a conſiliis, primo quidem in academia Helmſtadienſi fuit profeſſor iuris naturae, poſtea vero in noua Holſatorum academia Kilonienſi iuris naturae et gentium profeſſor, et obiit anno CIↃIↃCLXXXXI. eruditionis monumenta relinquens introductionem in vniuerſam Ariſtotelis philoſophiam, introductionem in ius publicum Germaniae, diſſertationes de iure naturae et gentium, commentarium in libros Ciceronis de officiis elegantiſſimum. Diſputatione περὶ αὐτοχειρίας ſufficientibus argumentis oſtendit, Stoicorum εὔλογον ἐξαγωγὴν eſſe prorſus ἄλογον. Hinc noſter in exercitatione philoſophica de morte voluntaria p. 126. ſeqq. diſputationem inſulſam vocat, multisque refutare ſtudet: quae paucis, vt nobis quidem videtur, ſatis infringere haud difficulter potuimus. Ea nunc repetere minatur: attamen ſua voluit ante in alium conuertere arma. Sed aerem verberabit; ac nihil inueniet, quod ſceleſto Stoicorum decreto patrocinetur.

q d) Scripſit inter alia celeb. Fridericus Gentzkenius politicam. Kilon. 1711. 4. pneumatologiam. Kilonii 1715. 4. hiſtoriam philoſophiae. Kilon. 1720. iuris diu. poſit. prudent. Kilon. 1720. phyſicam hypotheticam. Kilon. 1725. theologiam naturalem. ibid. 4. ſchediaſma morale de principiis iuſti. Kilon. 1707. 4. kurze Anweiſung glücklich zu leben. Pirna 1718. 8. ſyſtema philoſophiae. tribus partibus, quarum prima continet hiſtoriam philoſophiae, metaphyſicam, et logicam; altera theologiam naturalem, phyſicam hypotheticam, et pneumatologiam; tertia iuris diuini naturalis prudentiam, ethicam, pathologiam, politicam, et iuris diuini poſitiui prudentiam. Hamburgi 1717. 8.

Digitized by Google

recte quidem meo iudicio, a theologia morali Chriſtiana vulgari, et iure ciuili diſcernens queritur, ſuperioribus ſeculis has diſciplinas fuiſſe miſere confuſas, ac pleraque obſcuris terminis et figmentis inuoluta. Inde factum ait, vt de moribus omnium gentium e theologia Chriſtiana ferretur iudicium, pro ratione ſectarum, in quas Chriſtianiſmus diuiſus, diuerſum. Deinde principia quoque honeſti, iuſti, et decori, tanquam non ſatis a veteribus diſtincta, diſtinguens, eaque exponens dicit in antiquis philoſophis non niſi concluſiones quaſdam reperiri abſque debita cum principiis ſuis cohaerentia. Falſum eſt: ſed abeat. Reliquerunt id nouis illis ſcholaſticis et plebeiis denuo rudiorum magiſtris ac profeſſoribus, qui et principia, et concluſiones probare coguntur etiam; imo ſequuntur et imitantur, licet quandoque vt ſimiae ac pſittaci humanas voces geſtusque, omittentes quaedam, interrumpentes ac corrumpentes. Idem deinde agens de natura iuſti, et primo abſoluto iuſti praecepto, quod ipſi eſt conſeruatio vitae, praeter alia ita differit. Id homo commune habet cum omnibus animantibus, vt ſeipſum omnibus modis conſeruare ſtudeat, vt, quaecunque bona ſibi videntur, acquirere, mala autem omnia a ſe repellere quam maxime conetur. Poſt quaedam repetit hominem eſſe animal ſui ſeruandi ſtudioſiſſimum. Denuo poſt quaedam ait methodum iuſte tradendi diſciplinam hanc in eo conſiſtere, vt poſita vna aliqua theſi, quae immediate ex ipſa natura et conſtitutione hominis, probanda, reliquas omnes theſes, quibus diſciplina haec conſtat, inde deducamus. . . Illam vocant propoſitionem fundamentalem, qualis erit: *Hominem eſſe ſocialem,*

lem, et quicquid ad placidam cum aliis hominibus ſocietatem colendam et ſeruandam neceſſario conducit, illud eſt iuſtum, ſiue iure naturae praeceptum: quicquid autem eandem turbat atque diſſoluit, illud eſt iniuſtum, ſiue iure nat. prohibitum. Haec Cap. 1., et velut prooemii loco: tum vero Cap. 2. ita infit: Videamus ergo vtrum omnia praecepta iuris nat. abſoluta ad noſtram propoſitionem fundamentalem reduci poſſint. Primum autem abſolutum praeceptum hoc eſt: *Vitam a Deo in ſocietatis vſum datam, conſeruandam eſſe.* Inde mox ſequi neceſſario ait, hominem ſibi pro lubitu vitam non poſſe adimere, aut omnem ipſius curam plane abiicere. Nulla itaque, addit, homini in propriam vitam competit poteſtas: quare vel metu poenae, vel taedio moleſtiarum ſibi vitam abrumpere nefas eſt, nec citra iniuriam in Deum et ſocietatem fieri poteſt. A crimine tamen αὐτοχειρίας immunes ſunt 1. qui probabilem occaſionem breuioris vitae, vt aliis inſeruiant, eligunt. 2. qui in probabile mortis periculum ſe pro aliorum vtilitate coniiciunt, inprimis iuſſu imperantis ciuilis. „ Hoc ille, bene ſcilicet diſtinguens, debiteque, vt dixit, connectens concluſionibus principia, et haec illis, ſiue antecedentia iis quae conſequuntur. Etiam nos videamus: et hic quidem iuſtitiam Gentzkenianam, vti ſupra vidimus fortitudinem et magnitudinem animi Auguſtinianam.

1. Iuſti primum et abſolutum praeceptum dicitur eſſe, vitam conſeruare. Aſt iuſtitia vtique eſt virtus, eaque in alios conuerſa. Atqui conſeruatio vitae nec eſt in ſe virtus, ſed rationem virtutemque omnem antecedens inſtinctus impulſusque naturae, nobis beſtiisque

que communis, ceu profeſſor noſter ipſe fatetur: nec ſi eſſet, in alios exit, ſed velut domi apud profeſſorem ſuum manet. Denique eſt, et perſeuerat etiam in iniuſtiſſimis et improbiſſimis. q e)

 2. Di-

q e) Noli cauillationibus vti, nimiumque defenſioni errorum abſurdiſſimae indulgere. Sufficit vitae conſeruandae naturalem obligationem eſſe, et innatum omnibus, vel iniquiſſimis, inſtinctum. Nec ab re Gentzkenius monuit, iuſti primum et abſolutum eſſe praeceptum, conſeruare vitam. Hoc enim qui negligit, cum iuſtitia omnes extinguit virtutes. Iniurius in ſemetipſum, in Deum, in ſocietatem humanam eſt. Iuſtitia ſubſiſtere nequit ſine humanitate, pietate, obedientia, et moderatione. Qui ſuam ipſe non inſtituit conſeruare vitam, et oppetit mortem pro lubitu, ſi quid ipſi videtur imminere aduerſi: humanitatem exuit, impius in Deum eſt, ipſis nequidem naturae legibus obedire cupit, omnemque deſperans moderationem propellit. Qui ergo poteſt ſibi arrogare iuſtum? Amor a ſemetipſo incipit, et omnes in ſocietate humana iubemur ita amare, vt noſmetipſos. Qui, quod Deus vult, ipſe non tribuit ſibi: nec poterit aliis tribuere, quod eorum eſt. Non poteſt, vt decet, aliorum curare et promouere ſalutem, qui ſuam ipſe peſſundat. VLPIANVS §. 3. l. 23. D. de aedilicio edicto: *excipitur et ille*, nimirum edicto aedilium, vt redhiberi ſeruus poſſit, ſi in venditione non expreſſum ſit vitium, *qui mortis conſciſcendae cauſſa quid fecerit. Malus ſeruus creditus eſt, qui aliquid facit, quo magis ſe rebus humanis extrahat. Vt puta laqueum torſit, ſiue medicamentum pro veneno bibit, praecipitemue ſe ex alto miſerit, aliudue quid fecerit, quo facto ſperauit mortem perventuram: tanquam non nihil in alium auſurus, qui hoc aduerſus ſe auſus eſt.* Eandemque rationem Marcianus obſeruat §. 6. extr. l. 3. de bonis eorum qui mortem ſibi conſciuerunt: *qui ſibi non*

2. Dicitur homo eſſe ſocialis. Concedo: ſed non ideo praeciſe, quia quatenus animal eſt, vult conſeruare vitam. Neque etiam, quia ſocialis eſt, appetit et amat quamcunque ſocietatem. Imo refugit et auerſatur, ac magis quidem quam ſolitudinem, quam peſtem et mortem ipſam, ſi ſibi ſit perniçioſa: vti ſaepe eſt, multisque fuit. qf)

3. Quic-

non pepercit, *multo minus ali parcet.* Iuſtitia vtique virtus eſt, non ſolum in aliis, verum etiam in ſemetipſo ſtudioſe exercenda, velut totius vitae moderatrix, et ſaluberrima diſciplina reſcindendi eius, quod nimis eſt, et eius recta menſura ſupplendi, quod minus eſt, in actionibus illis omnibusque officiis, ſecundum leges diuinas et humanas obedientia ſingulari praeſtandis. Virtus vtique moralis eſt, quae ergo Deum, proximum, et ſemetipſum, id agit, propter quod ipſe quaſi videtur eſſe factus, vel, vt eam imperator definire maluit, ſuum cuique tribuendi conſtans et perpetua voluntas. Sic ſane poteſt aliquis obſeruare iuſti principium praeceptumque abſolutum, ab ipſa virtute autem eſſe alienum: vitae quaeuis ſeruare commoda, et alios afficere iniuria. Is procul dubio iniuſtus eſt et erga ſe quammaxime crudelis, qui in ſua viſcera ſaeuire non erubeſcit. Omnes vero eſſe iuſtos, qui ſuam ſtudent conſeruare vitam, ſuoque genio liberaliſſime indulgent, haud facile quiſquam affirmarit. Sequuntur illi quidem naturae omnibus, et ipſis animalibus brutis, communem inſtinctum: ſubſiſtentes vero iuſti principiis virtutem ipſam attingere nolunt. Alioqui et haec, vt modeſtia, caſtitas, pietas, et aliae virtutes, apud poſſeſſorem ſuum manere poſſet, donec alia ſemet exercendi commodior illi daretur occaſio.

qf) Nemo negabit, eſſe monſtra, μισανθρώπους, qui alios oderunt, nec ſibimetipſis ſunt amici. Talis belli Pelopon-

-neſiaci

3. Quicquid ad placidam cum aliis hominibus ſocietatem colendam et ſeruandam neceſſario conducit, illud

neſiaci temporibus fuit Timon quidam Athenienſis, qui, oſor et hoſtis omnium, quammaxime ab hominum conſuetudine abhorruit. vid. LVCIANVS in Timone, et PLVTARCHVS in Antonio. Interrogatus, quam obrem omnes homines odio proſequeretur, merito, reſpondit, malos odi, ceteros vero ob id odi, quod nec ipſi malos oderint. confer. CICERO Tuſculan. quaeſt. lib. 4. cap. 11. Ecquis hominem ſocialem eſſe negauerit? Vt recte vitam degeret, ac res ad eius conſeruationem neceſſarias ſibi compararet, alter alterius ope et auxilio indiget. Ipſaque natura, vel Deus omnipotens potius et ſapientiſſimus homini propterea non rationem ſolum, verum etiam orationem tribuit: vt ad ſocietatem cum aliis hominibus colendam, et eam ipſi quidem conuenientem, idoneus eſſet. Equidem diuinitus homini conceſſam loquendi facultatem, qua alter alteri notiones et animi ſententiam diſtincte et accurate communicare nouit, admirari nunquam ſatis potui. Vel inde ſolum patet, hominem eſſe non ſolum ζῶον κοινωνικόν, ſed ipſa etiam natura duce πολιτικόν. Quod pluribus ARISTOTELES docet politicorum lib. 1. cap. 2. oper. tom. 2. p. m. 380. Vbi inter alia, *patet*, inquit, *ſociale animal eſſe hominem magis quam omnes apes, et quam omne gregarium animal. Nihil enim fruſtra natura facit. Sermonem vero homo habet ſolus omnium animalium. Nam vox quidem moleſti atque iucundi ſignificatio eſt* cet. CICERO de officiis lib. 1. cap. 4. *natura, vi rationis, hominem conciliat homini, et ad orationis, et ad vitae ſocietatem: ingeneratque in primis praecipuum quendam amorem in eos, qui procreati ſunt: impellitque, vt hominum coetus et celebrari inter ſe, et ſibi obedire velit, ob eaſque cauſſas ſtudeat parare ea, quae ſuppeditent ad cultum, et ad victum, nec ſibi ſoli, ſed coniugi, liberis, ceteriſque, quos caros habeat, tuerique debeat.*

Digitized by Google

illud eſt iuſtum. qg) Mox erimus faciles, praeſertim erga debilem aduerſarium, et in eius gratiam id, quod dat, recipiemus: qh) nunc vero prius dicendum, id iuxta eum ipſum praeſertim, et alios, qui iuſtum, honeſtum et decorum tam ſolicite diſtinguere, eoque nomine accuſare amant veteres, tanquam inſignis et intolerabilis confuſionis, eſſe falſum; alioquin enim quicquid eſt honeſtum et decorum, eſſet quoque iuſtum; et vi-

qg) Quidni? Omnium ſocietatum iuſtitia ſolidum firmumque haud immerito fundamentum eſſe dicitur: ea enim vbi deſideratur, nulla fides, nulla ſecuritas, neque res, neque vita cuiuſquam ſartae tectae eſſe poſſunt. Suae ſuorumque vitae conſeruandae gratia, inſtinctum homini natura impreſſit varias appetendi ſocietates, pro vitae cuiusque genere, ſtudio, indigentiaque multiplici. Nec aliter, quam iuſtitia et aequitate, hominum commodis et indigentiae ſubueniri poteſt: ſi apto et imperandi, et parendi ordine, aliiſque ad ſocietates continendas ſaluberrimis legibus omnes vtantur, ſuum cuique tribuant, omnemque pro viribus modoque legitimo propellant iniuriam: atque adeo, ſecundum rationis i. e. iuſti et aequi normam, bonorum et officiorum communicationem inſtituant. Sic inſtitutis a natura ſocietatibus etiam a natura quammaxime videtur eſſe commendata iuſtitia, omnium virtutum regina et ſalutis publicae conſeruatrix: ſine qua profecto nulla ſocietas, vel ſi quae foret, Cyclopum eſſet colluuies ille vagus hominum coetus: ipſaque natura ſuo fine deſtitueretur.

qh) Quod ſcilicet negare nemo poteſt. Sed inſolentem obſerua diſputationis modum: vbi ratio deficit ac nullum ſuppetit aſſeuerationis argumentum, contemtim atque ſuperbe agit: vt quaſi de victo, cui reſiſtere nequit plane impar, aduerſario ſuo triumphare videretur. Neutiquam ille debilis eſt, qui ſuae cauſſae iuſtitia et veritate nititur.

Digitized by Google

et viciſſim; qi) atque omnes virtutes: lenitas etiam, manſuetudo, comitas, humanitas, condonatio iniuriarum, et damnorum; item beneficentia, liberalitas, modeſtia: eſſent merae iuſtitiae, aut ſpecies vel partes iuſtitiae. qk) Vtique enim omnes, et aliquae magis quam ipſa iuſtitia proprie ſtricteque dicta, conducunt ad placidam cum aliis

qi) Ita eſt. Quod honeſtum, eſt etiam iuſtum, et quod iuſtum, honeſtum. Quod decorum, etiam iuſtum eſt, et quod iuſtum, decorum. Quod iuſtum et decorum, non poteſt non etiam eſſe honeſtum. Sic vna virtus aliam neceſſario inuoluit. Qui honeſte viuit, neminem laedit. Qui neminem laedit, ſuum cuique tribuit. Qui ſuum cuique tribuit, honeſte viuit. Et ſine iuſtitia virtutem eſſe, ego quidem intelligere nequeo: defectus enim iuſtitiae ſemper et vbique vitium, et illud minime ferendum, prodit. Et iuſtum, et honeſtum, et decorum eſt, quod rationis iudicio conforme. Sublata communi generis humani ſocietate, beneficentia, liberalitas, bonitas, iuſtitia funditus tollitur: quae qui tollunt, etiam aduerſus Deum immortalem impii iudicandi ſunt: ab eo enim conſtitutam inter homines ſocietatem euertunt: cuius ſocietatis arctiſſimum vinculum eſt iuſtitia: quae vna virtus omnium eſt domina et regina virtutum. CICERO de officiis l. 3. c. 6.

qk) Iuſtitiae vocabulum non vno modo vſurpetur. Eſt alienae aliquando iuſtitiae imputatio: vt in euangelio propter mediatorem Deo gratus et acceptus quiuis, et latro in cruce dicitur iuſtus fide. Iuſtitia particularis, quae et legalis vocatur, ſeruat aequalitatem in contractibus, et ſuum cuique tribuit: vt mercatorem dicimus eſſe iuſtum, qui nunquam ſolet emtores defraudare. Iuſtitia vniuerſalis eſt obedientia et omnibus placendi ſtudium in ſocietate vel rep. quae iuſtis et honeſtis legibus regitur: vt Ariſtides fuit iuſtus i. e. legibus obediens. Plato ſubtilius fontem inquirit:

Digitized by Google

aliis ſocietatem. ql) Sed forte conducunt, inquis, non tamen neceſſario. Igitur tollamus nunc reliquas omnes; tollamus quicquid eſt honeſtum et decorum: quid vero remanet iuſtitiae ad placidam efficiendam ſocietatem? qm) Nempe id ſolum, neminem laedere. Quo ipſo iuſtus erit, quisquis alium non laedit; et iuſtiſſimus quidem, qui nec vult, nec poteſt laedere. At ſponte mormortui non laedunt quenquam, et nec volunt, nec poſſunt laedere: ergo ſunt iuſtiſſimi. qn) Sed laeſerunt, inquis,

quirit: ipſam primo naturam hominis reſpicit, et huic inſitas peruidet notitias, quae manifeſte teſtantur, naturam non caſu ortam eſſe, ac Deum certo vt conditorem, ita vindicem, eam regere ſecundum inſitas notitias, ſiue ordinem ab ipſo inſtitutum: vt iuſtitia vniuerſalis ſit obedientia virium omnium erga rectum rationis iudicium et conſeruationem ordinis diuinitus inſtituti. Vnde apparet, iniuſtum eſſe eum, qui ſemet enecando creatoris ordinem et ſanctiſſimam voluntatem euertere non erubeſcit. MELANCHTHONIS ethicae doctrinae elementis p. m. 98. definitio haec eſt: *iuſtitia vniuerſalis eſt obedientia omnium virium in homine, neceſſario praeſtanda Deo conditori iuxta omnes leges, ab ipſo propterea inſitas naturae humanae, vt congruat noſtra natura cum mente et voluntate Dei, et non congruens deſtruatur, et vt in hoc iudicio agnoſcatur, qualis ipſe ſit, et a malis diſcernatur.*

ql) In illa vero iuſtitia vniuerſali virtutes continentur omnes: et ſatis clare iam demonſtrauimus, nullam ſubſiſtere ſine iuſtitia ſocietatem.

qm) Honeſtum atque decorum ſi tollas, vt ſupra dictum, non remanet iuſtitia.

qn) Hominis acumen vide et admirare. Statuas, res inanimatas omnes producere potuiſſet, quae neminem laedunt,

inquis, moriendo. Nugaris et mentiris. q o) Nam puta, me et te iniiſſe inter nos ſocietatem ea lege, vt neuter alteri gratis prodeſſet, ſed nec noceret, vel laederet. Progreſſu temporis mihi ob graues cauſas

dunt, nec laedere poſſunt, neque tamen iuſtitiam arrogant inde ſibi. Ad mortuos quod attinet illos, qui ſemet immature non verentur educere, laedunt ſuos quam maxime: ſi liberos relinquunt minorennes, quos patre, vel patrimonio priuant, quibus inurunt ignominiae maculam, quibus exemplo nocent, quibus, niſi vinculis et cuſtodia in purgatorio aut infernalibus plagis arctiori detineantur, terribiles immittunt vmbras. Ipſum vero audiamus reſpondentem.

q o) Nugas et mendacia audimus. Quicquid Deus facit, bene factum credito, nec vllam inde laeſionem vel offenſionem timeto. Si vero quis ipſe ſuus non veretur eſſe carnifex, peſſimo facinore bonos laedit omnes, adeo quidem, vt illos poeniteat, olim iſtud carcinoma fautoribus et amicis annumeraſſe, quod praeter opinionem tanta nunc turpitudo ſequatur. Deum laedit, ac perfide ſtationem ipſi ab ſummo imperante mandatam relinquit. Iniurius quam maxime in ſemetipſum eſt, atque vitam adimit ſibi, quam beneficus et miſericors Deus illi pridem dedit ac liberaliſſime conſeruauit. Hominem ergo, ſi quis, qui humanitatem exuit, dicendus eſt homo, ingratiſſimum, ſceleſtum et iniuſtiſſimum eſſe oportet, qui moriendo ita laeſit, vt poſt fata, quod fecit, damnum reſarciri nullo modo poſſit. Ego certe, ſi tecum ſingularem ſocietatem inire potuiſſem, ea conditione fuiſſem ſocius, ut bonus vterque ciuis, nec malus vir ſit, vt procul vtrinque cum vitiis omnibus iniuria eiuſque comes perpetua turpitudo abeſſe videatur. Omnium vero minime ſtetiſſes promiſſis, ſi foederis non modo vinculum, ſed ipſa etiam tua viſcera pro lubitu rumpere voluiſſes. Si quando meus furor fuiſſes, neque pecunia numerata

placet mori, et morior: quomodo laedo te moriens, qui nec viuus iure ac lege ſocietatis noſtrae obligatus fui ad vllum tibi commodum praeſtandum? Imo tu potius ac ſocietas tua mihi grauiter nocet, adeoque eſt iniuſta, damnoſa, iniurioſa: ſi quod mihi expedit, atque valde neceſſarium quoque eſt, non liceat mihi per te, ſine vllo damno tuo facere. Vel dic, quod damnum, quam iniuriam tibi fecerim. An te moriendo fraudaui? an tibi quidquam quod tuum erat eripui? an famam et honorem laeſi? Iam cogita opifices qui magnam partem ſocietatis, eiusque placidae et vtilis, conſtituunt. Ex his ſponte moriatur e.g. ſutor aliquis: quam iniuriam ſocietati facit, praeſertim in tanto numero ſutorum? Non conſuet quidem aliis calceos; ſed nec alii ſoluent et dabunt ei pecuniam: etiam viuus non conſuendo calceos, non aliam et maiorem facit aliis, quam alii ipſi iniuriam, non dando pecuniam.

Nunc recipiamus illud, Quicquid ad placidam ſocietatem facit, eſſe iuſtum: quid vero deinde? Nempe

4. Vitam a Deo datam in ſocietatis vſum, eſſe conſeruandam. qp) Hoc vero eſt mancum, mutilum, imperfe-

rata voluiſſes conſuere calceos, vel retinere, ne pecuniam accipias: itane dicendus officio tuo ſatisfeciſſe? ſin voluntariam interponere maluiſſes mortem, inſania nullo modo defendenda fuiſſet.

qp) Haec quoque veriſſima ſunt. Sola iuſtitia felicem et placidam facere poteſt ſocietatem. Iuſtitia autem requirit, vt vitam a Deo datam in ſocietatis vſum quouis modo conſeruare ſtudeamus. Cum enim homo ſit eius ſocietatis ciuis et membrum reip. in eam valde oportet eſſe iniurium, qui vel ſemetipſum, vel quemuis alium bonum ciuem

perfectum, quod mox complebimus. Interim monendum eſt, profeſſorem noſtrum non connectere nunc antecedentibus ea quae ſequuntur, ſed ſubito infulcire et obtrudere ea quorum prius nulla fuit facta mentio. qq) Antea locutus eſt tantum de ſocialitate, vel de amore cuiuſdam ſocietatis, atque de conſeruatione vitae, a quocunque etiam, et quocunque fine vſuue datae: vnde ergo tanquam e machina ſubito erumpit, et Deus, et donum, et ſocietatis vſus? et cuius ſocietatis? qr) Nam multa et magna ſunt ſocietatum huma-

ciuem occidit, atque adeo corpus vtili ſuo membro iniquisſime priuare non dubitat.

qq) Inutilem vero tuam non exſpectat cenſuram: neque noſtra valde intereſt, quo quis ordine, aut qua methodo, veritates proponat.

qr) Vetus et verum eſt, quod ſcribit, nec inepte, velut recens inuentum, ſubito e machina prorumpit. Eccui vitam, niſi Deo T. O. M. referimus acceptam, qui et ſolus eam nobis adimere poteſt? Donum vero iſtud incomparabile, ad felicitatis aeternae praeparationem, quam accuratiſſime debemus conſeruare atque tueri, quoad ipſi benefico datori ex hac aerumnoſa in futuram longe ſuauiorem vitam deducere placuerit. Nec turpi otio deliteſcere, aut perdere, quae Deus nobis impertiuit, dona, ſed in vſum ſocietatis, i. e. patriae et ciuitatis, cui noſtra iuxta Deum officia ſunt praeſtanda, quam lubentiſſime et fideliter impendere debemus, neque rem noſtram negligere domeſticam: vt cum dignitate, ſalus feliciſſime coniuncta perennet. Sunt enim gradus humanae ſocietatis plures, quorum cuique leges et officia probe obſeruanda ſunt. Eſt coniugalis ſocietas, paterna, herilis vel domeſtica, ex domibus et vicis

humanarum, earumque non natura et iure, ſed vi etiam et armis, aut pro variis quoque ac mutabilibus hominum opinionibus ac libidinibus conſtitutarum. qs) Multae quoque ſunt ſocietates, quae aperte profitentur iniurias et ſcelera. Sunt ſocietates furum, latronum, piratarum. An vita tibi, ſi forte captus fueris, in talis ſocietatis alicuius uſum data? qt) Nunc complebimus, et ad verum,

cis oriuntur ciuitates et reſp. tandemque vniuerſa ſocietas humana: vt omnibus omnino humanitatis officia praeſtare debeamus. Illa vero proprior, quae eſt eiusdem gentis, nationis, linguae, et eiuſdem ciuitatis, vbi multa ſunt ciuium communia, forum, fana, porticus, viae, leges, iura, iudicia, conſuetudines, atque ſuffragia. Vid. CICERO de officiis l. 1. c. 17.

qs) Etiamſi dominium et ſumma poteſtas iure belli acquiratur: eadem ciuium tamen eſt conditio. Eleganti PHAEDRVS expreſſit l. 1. fab. 15. vbi perterrito atque vt feſtinaret abire, in manus hoſtium ne veniat, monenti paſtori aſinus quaeſtionem propoſuit: num victores illi binas ſibi clitellas ſint impoſituri: et neganti, quid ergo, reſpondit, mea refert, cui ſeruiam? clitellas dum portem meas.

In principatu commutando ciuium
Nil praeter domini nomen mutant pauperes.

Etiamſi premerentur ciues ſupra modum: voluntariae mortis nunquam inuenient cauſſam.

qt) Non eſt, vt ſupra dictum, furum, latronum, et ſimilium ad ſcelera perficienda, ſocietas, ſed colluuies et factio. Illi tamen nebulonum turbae mentitam volunt iuſtitiae ſpeciem praeeſſe: cuius inde ſumma neceſſitas patet. CICERO de officiis l. 2. c. 11. *iuſtitia ad rem gerendam neceſſaria eſt: cuius tanta vis eſt, vt nec illi quidem, qui maleficio et ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla particula iuſti-*

Digitized by Google

rum, liquidumque perducemus effatum illud vitae conſeruandae, hoc fere modo: Vita a Deo in hominis cuiuſque proprium, et communem ſocietatis vſum data, eſt in eundem vſum, quamdiu ſalua et integra prudentia ac virtute poteſt, q v) conſeruanda. Item: Vita cuique a Deo ad animum in principio rudem et incultum, neceſſarium rerum ſcientia, virtutibuſque, priuatim et publice ſalutaribus excolendum, ac, quantum fieri poteſt, perficiendum data, eſt conſeruanda, quamdiu Deus, homines, et conditio rerum humanarum ſinunt; finiſque ille ac perfectio obtineri poteſt. Abſque eo valeat, et vita, et ſocietas: nihil viro bono cum illis eſt ſocietatis et vſus. q x)

5. Ne-

iuſtitiae viuere. Nam qui eorum cuipiam, qui vna latrocinantur, furatur aliquid, aut clam eripit, is ſibi ne in latrocinio quidem relinquit locum. Ille autem, qui archipirata dicitur, niſi aequabiliter praedam diſpertiat, aut occidetur a ſociis, aut relinquetur. Quin etiam leges latronum eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruent. Si captus velles temet occidere ipſum, crudelior et iniquior latronibus eſſes, qui parcere maluerunt vitae tuae. Liberationis, redemtionis, aut elabendi potes exſpectare tempus, eaque ferre quae mutanda non ſunt.

q v) Salua et integra non ſolum prudentia, verum etiam virtute, poteſt ac debet conſeruari hominis vita: donec vnus vitae mortiſque potentiſſimus arbiter finem illi ipſe imponit.

q x) Non peccat, qui vitam ſancte et ſolicite conſeruat, quam diu Deus vult: vult autem donec mortis venit irreuocabilis hora. Nec homines abſque diuina voluntate cuiquam poſſunt adimere vitam. Et rerum humanarum conditio non a noſtro, ſed Numinis aeterni arbitrio dependet: vt mor-

Digitized by Google

5. Neceſſario, ait, ſequitur, hominem ſibi vitam pro lubitu adimere non poſſe .... Id verum eſt: qy) ſed nemo indiget hoc ſiue praecepto, ſiue monito. Nam omnis homo eſt animal, vt ſupra dicebatur, abſque eo ſui conſeruandi ſtudioſiſſimum. qz) Deinde nec poteſt homo aliis pro lubitu vitam adimere: poteſt vero, quotiescunque adeſt iuſta, grauis et neceſſaria cauſa. ra)

6. Nulla itaque, inquit, homini in propriam vitam competit poteſtas. Hoc autem nec ſponte, nec neceſſario ſequitur, ne ex vita quidem in ſocietatis vſum data. rb) Nam corpus vtique, et membra corporis, manus,

mortis voluntariae cauſſa nemini eſſe poſſit. Qui ſapit, ac virtute praeditus recte nouit ſuis rebus conſulere, vtramque fortunam aequo ſolet ferre animo. Alioquin, cum raro quiſquam ſua ſorte contentus viuat, aegritudinis et deſperationis plena ſunt omnia.

qy) Si verum eſt, non poſſe hominem ſibi pro lubitu adimere vitam: cur adeo mordaciter contrarium defendis?

qz) Quaſi vero, quod a natura hominibus eſt inditum, illis praecipi nequeat. Tanto fortius ad laudabiles actiones, monitis ſaepius repetitis, incitantur, quamuis ſua ſponte iam ſatis eſſent incitati. Pleraſque decalogi leges a natura iam populus Iſraeliticus acceperat, nihilominus iterum promulgandae fuerunt, vt perſuaſione ſua quoque legum et veritatis ſtudioſiſſimi confirmarentur.

ra) Eſt vero vitam ſubimet ipſi adimendi prorſus nulla cauſſa: ſed prouidentiae diuinae ſe ſuaque omnia ſemper et vbique committendi iuſtiſſima, grauiſſima, et neceſſaria. Qui ſecus faxit, rebellionis et perfidiae reus dabit poenas.

rb) Et ſponte, et neceſſario ſequitur, quod nobis ipſi non poſſumus dare, etiam adimere non debemus. Vitam et valetudinem ipſi nobis dare non poſſumus. E. Si Deus in homi-

Digitized by Google

manus, pedes; item externa, pecunia, opes et reliqua ſunt in ſocietatis vſum a Deo data, aeque ac vita: neque ideo non competit homini in ea poteſtas; et tanta quidem, vt illa, dum neceſſe eſt, reſecare et abiicere liceat. rc) Quid? quod contrarium neceſſario ſequitur: nempe vita et membra corporis, aliaque, in ſocietatis, ſed prius propiusque in proprium hominis vſum ſunt data: ergo ceſſante eo, vt quandoque, vſu, et magis ingruente damno ac pernicie, non ſunt amplius conſeruanda. rd) Hoc ſimpliciſſimi quique veterum

homines vnus habet ius vitae ac necis: hominibus ipſis prorſus nulla poteſtas in vitam aut mortem competit. Atqui verum prius, ergo et poſterius.

rc) Nego et pernego, corporis membra, manus et pedes, aliaque, ita eſſe in poteſtate mea, vt pro lubitu illa mihi perdere et reſecare liceat. Licet vero ad vitam conſeruandam extrema neceſſitate: vt praeſtat partem amittere, quam totum. Quae extra hominem ſunt, vt pecunia et opes, eo non pertinent: nec vllo modo cum hominis vita ſunt componenda.

rd) Ecquando priuatus ceſſat vitae humanae vſus? Si vtilis eſſe nequis reip. tibimetipſi tamen quam maxime potes prodeſſe viuendo. Pone, decrepitam te premere ſenectutem, eſſe morbidum et imbecillem: mirabilia potes laudare domini; tuam longiori praeparatione ſalutem curare; ſaluberrimis iuuentuti prodeſſe conſiliis; quae fueris expertus, memoriae prodere. Sic ſane nunquam deficere poterit varius et incomparabilis vitae humanae vſus. Etiamſi nullus eſſet, exſpectanda hominis auocandi voluntas immutabilis diuina: vt libero nihil deſipientis relinquatur arbitrio, aut ingruens damnum aliquo modo voluntariam mortem defendere videatur.

Digitized by Google

terum populorum peruidebant, quorum proinde vel leges, vel inſtituta hoc praecipue fundamento nitebantur: vitam non eſſe illis retinendam, qui nequeunt aliquid vita dignum agere, nec amplius ad patriae commoda promouenda ſunt vtiles. r e) Porro vita vtique in vſum propagandi generis, ideoque propria huic vſui corporis membra et organa a Deo et natura conceſſa ſunt et accommodata: non ideo tamen omnes et ſinguli, ſine vlla exceptione aetatis, valetudinis, caſuum humanorum obligantur ad ducendas vxores et procreandos liberos: idque licet ſocietas haec priuata ac domeſtica ſit prima et maxime naturalis, ſiue ad quam primum, praecipue, directo a natura impellimur; atque ſit quoque fundamentum et fulcrum aliarum ſocietatum. Neque etiam omnes et ſinguli, qui duxerant vxores et genuerant liberos, ipſis faciunt iniuriam ſponte mori-

r e) Nemo non, vt dixi, quoad viuit, alio alioque modo, priuatim et publice vtilis eſſe poteſt. Eaque cauſſa fortaſſis illorum, qui ſemet, nullius rei habita ratione, deſperantes enecarunt, pauciſſimos commouit: ſed furor, peruicacia, et affectuum procellae, procul dubio nequiſſimos, ſua ſecurus hypotheſi noſter ſimpliciſſimos appellat, eo compulerunt aliquando, vt immemores ſui exuerent omnem humanitatem, atque adeo enecantes ſeſe in exitium ruerent. Scelus tandem Zeno ſtultiſſime partem fecit philoſophiae, et hoc inprimis argumento vſus de meliori nota ſuis ſectatoribus commendauit; ſaniores autem tanto vehementius abhorrent: nec Stoici omnes adeo triſte magiſtri decretum approbare potuerunt, quod noſter, aliis Chriſti praeceptis doctus, mirum quanta pertinacia et atrocitate, libris aliquot non veritus eſt defendere, ac breui poſt, proh pudor et inſania! exemplo ſuo confirmauit.

Digitized by Google

moriendo, ideoque viuere debent tanquam in ipſorum vſum; ſi, vt ſaepe, ſint ipſis non inutiles modo, ſed graues etiam, moleſti, inuiſi; ideoque deſerti, eiecti, occiſi. rf) Adiice quod quamcunque ſocietatem, ciuitatem, remp. deſerere licet, et alio ſe conferre: vti frequentiſſime fit, et factum, etiam a praeclaris viris, qui magno vſui erant illis, quos deſerebant. rg) Sed metu poenae, inquis, et taedio moleſtiarum non licet vitam abrumpere, miſſo poenae metu qui non niſi ad ſceleratos pertinet iure, rh) de taedio moleſtiarum

 cenſeo

rf) A particulari ad vniuerſale non valet conſequentia. Si qui liberis non dant operam, aut prolis generatione, id enim a cuiusque arbitrio dependet, remp. non inſtituunt augere: alia quacunque ratione illi tamen prodeſſe poſſunt. Sed et illi, qui, vt maxime vellent, aliquo naturali vitio laborantes ſocietati neque coniugali, neque paternae valent ſatisfacere, quod vnum vitae ſcopum amiſerint, nullam inueniunt pro lubitu eius finiendae cauſſam. Neque etiam illi, qui dicendo non valent, qui fori non exercent ſtudium, qui medicinam non faciunt, qui pro concione dicere nequeunt, qui ad mercaturam inepti, qui aliis mille ad remp. pertinentibus officiis non ſufficiunt. Satis eſt, ſi quis pro viribus, alio alioue modo, communem atque priuatam ſtudet promouere ſalutem.

rg) Et hoc licet, ſine cuiuſquam detrimento. Et quoquo ſe quiſquam conuerterit locorum: ſocietatem inueniet humanam, cui, quoad ipſi diuino beneficio viuere licet, officia qualia qualia praeſtare poteſt: vt viuendi nihil decedat rationi.

rh) Ita eſt. Atqui ſceleratiſſimus eſt homicida ipſe ſuus: quem niſi diuina ſequi poteſt vindicta: vt, niſi quid aliud,

Digitized by Google

cenſeo et dico te, vti alios omnes nobis aduerſos, loqui obſcure, ambigue, confuſe, molliter; imo ſophiſtice, ſubdole, inſidioſe. Vis enim, et tanquam iure legeque naturae exigis, vt innocentes, vt boni viri, vt honeſtae matronae et virgines ſtupra, adulteria, cruciatus, eculeos, ignes, rogos perferant; vt lenta fame contabeſcant, vel ſtercora deuorent potius quam ſponte moriantur. ri) Haec, inquam, ſi nobis aduerſeris,

aliud, ratio, natura, diuina praecepta, miſellos poenae ſaltem metus ab inſania iſta retrahere deberet. Noſter vero etiam, tanta peruerſitate, neſcio quam impudenter, ſibi perſuadet, ſi tale quid perpetrauerit, exemtum eſſe futurum poenae metu, inſontem, ſceleriſque purum.

ri) Satis ego quidem, vt opinor, perſpicue et aperte loquor. Moleſtiarum et aerumnarum vita cuiuſcunque hominis plena eſt: nihil vero cuiquam accidit ſine patris et domini coeleſtis immutabili et ſanctiſſima voluntate: quam qui aequo non poteſt ferre animo, et caſtigationem quamcunque, non ſine taedio, reſpuit, in ſacris etiam dicitur ſpurius, et ſuauiſſimo filii nomine indignus. Neminem vero vltra vires tentari vult, ſed ipſe ſuorum imbecillitati ſuccurrit. Praeſtat mori, quam calamitates enumeratas ſubire: attamen illis omnibus magis calamitoſum ſponte i. e. ſuo ſcelere mori. Sicubi vacamus culpa, magnum in ſummis anguſtiis ſolatium. Piis mors ſemper vita potior: eam vero, vt decet, a Domino exſpectant patienter et conſtanti animo, non fracti miſeria praeripiunt. Innocentes non ſunt, non boni viri, non honeſtae matronae, non virgines caſtae, qui quaeui ſua manu in ſe non verentur ſaeuire. Stupri vel adulterii non accuſantur, quae vi compreſſae in crimen ab ſe alienum non conſenſerunt. Plures, ne quid paterentur aduerſi, ſemet enecarunt: cum alio alioque modo liberari potuerint. Poſt ſtuprum vero, neſcio,

Digitized by Google

uerſeris, vis et exigis, nihil afferens niſi taedium moleſtiarum, ſtatimque vociferaris iniuriam fieri Deo ac ſocietati. rk) Aſt vero ſunt moleſtiae, quas pueri etiam et mulierculae facile perferunt, licet cum taedio aliquo. Sunt aliae grauiores, et his aliae, et rurſus aliae, tantum non in immenſum et infinitum. Iam remota ambiguitate et confuſione illa monſtroſa, poſitisque moleſtiis et aerumnis certis, nempe illis modo et alias toties enumeratis, dic aperte, ſi quod hominis, humanique ſenſus ac rationis vel veſtigium habeas, non

 licere

neſcio, an multae Lucretiam inſtituerint imitari. Per cruciatus, eculeos, ignes, rogos, enecandus, vt animo poſſes mori regum regi deuoto et maxime tranquillo: cur deficere, aduerſus Deum rebellare, ac temetipſum interficere malles? Noſtra ſalus in manu domini, qui pro voluntate ſua quemque haud difficulter iuuare poteſt. Lenta fame ſi percundum tibi: eam, quoad Deus voluerit, calamitatem perferre, et ordine praeſtat emori naturae, quam impotentem ſibi arrogare poteſtatem, ſuaque auctoritate, ac ſi domino non eſſet ſubiectus coeleſti, ſceleratiſſime fieri homicidam ſui.

rk) Equidem ſatis clare ſententiam dixi meam: quam, niſi me fallunt omnia, bonis probare haud difficulter potero. Ecquid aliud, quam moleſtiarum taedium te rapit ad deſperationem atque ſummum ſcelus voluntariae mortis. Sint moleſtiae longe maximae, inſuperabiles, intolerabiles: cur non ad Deum confugis precibus, qui ſummus rerum arbiter et clementiſſimus pater homines ſolum iuuare poteſt? Haeccine Deo facta iniuria, eius ſemet ſubducere imperio, ſibi ſuisque viribus fidere, arbitrium ſuum diuinae prouidentiae et voluntati praeferre, de vita diſponere, quam ſoli Deo referimus acceptam? Quam bene vel male quis humanae ſocietati conſulat exemplo ſuo, ipſe videbit.

Digitized by Google

licere homini ob eas vitam finire: rl) quia vita eſt conſeruanda, dum conſeruari nequit, ſed breui turpiter miſereque eſt perdenda: rm) item quia homo a Deo ita eſt factus, vt ſe ipſo nihil habeat carius; vt quaecunque bona ſibi videntur acquirere, mala autem omnia a ſe repellere et amoliri quam maxime nitatur. rn) (Vel

rl) Sententiam dixi meam, non licere: et mecum ſentient omnes, qui humanitatem ita non exuerunt, vt rationis ſenſusque humani veſtigium nequidem retinuerint.

rm) Sufficit rationis, ipſique naturae inditum, dictamen, atque lex cum omnibus nata, vitam cuique ſuam eſſe perquam ſolicite conſeruandam. Negat argutator, conſeruandam eſſe, *dum conſeruari nequit*. Ecquis inficiabitur? Si cui per naturam, i. e. diuinam voluntatem, eſt moriendum, vitam conſeruare nequit. Si quis capitis damnatus, aut alio quocunque modo, iure vel iniuria et vi occidendus, vitam conſeruare nequit. Sed ambigue, obſcure, et confuſe loquitur, innuens, *dum conſeruanda non videtur.* Quoad Deus voluerit, hominem viuere, vita eſt conſeruanda, nulloque modo dicenda, conſeruari non poſſe. Abſtine et ſuſtine, et vita nunquam erit tibi grauis, at facili negotio conſeruanda ſemper. Inſtat, breui tamen vitam turpiter miſereque perdendam fore. Dic, ſodes, qui ſcire illud potes? Futura contingentia certe mihi argumentorum loco nunquam fuerunt. Sed eſto, proxime vitam ab aliis adimendam eſſe tibi, turpius aut crudelius, quam a temetipſo, adimi nequit. Inſons es? cur ſummum ſcelus in temetipſo perpetrare non dubitas? Aut cur, ne forſan occidaris, ad longe maiorem turpitudinem, non vereris occidere temet ipſum?

rn) Rem acu tetigit. Atque hinc certiſſima concluſio. Si Deus hominem ita fecit, vt nihil carius habeat ſe ipſo: ſequitur neceſſario, quod, quae neceſſaria et commoda viden-

Digitized by Google

(Vel hinc manifeſte conſequitur, mortem voluntariam, in grauiſſimis praeſertim malis, naturae hominis, a Deo conditae, exactiſſime congruere, adeoque licitam ſaltem permiſſamque eſſe.) ro) Item quia homo eſt ſocialis, et quicquid ad placidam cum aliis hominibus ſocietatem colendam neceſſario conducit, eſt iuſtum; et contra. Atqui nec innocens perpeſſio eorum, quae dixi, malorum conducit neceſſario ad placidam ſocietatem; nec prudens fuga eorundem per mortem voluntariam turbat et diſſoluit ſocietatem. rp) Vel quam?

videntur eſſe ad vitam conſeruandam, acquirere ſtudeat: quae vitae ſunt noxia et aduerſa, fugiat quocunque modo et amoliatur.

ro) Imo iam ſatis manifeſte patet, quam parum mors voluntaria ſit hominis naturae congrua et permiſſa. Malorum grauiſſimum, qui naturae conuenienter viuit, quam maxime fugit et aduerſatur. Mors voluntaria malorum grauiſſimum eſt. Ergo, qui naturae conuenienter viuit, mortem voluntariam quam maxime fugit et aduerſatur. Si ſecundum naturam homini carius nihil eſt vita: ſecundum naturam homo non poteſt oppetere mortem. Atqui verum prius, ergo et poſterius.

rp) Diximus hominem eſſe ſocialem: quod nemo negabit. Et iuſtitiam diximus humanae ſocietatis eſſe fundamentum: et hoc veriſſimum. Quicquid vero ad placidam ſiue tranquillam ſocietatem conducat, vel neceſſario, etiam eſſe iuſtum, credat Iudaeus Apella, non ego. Qui rerum potiuntur, malis aliquando artibus vtuntur: quibus niſi cederent boni, perpetuo ciuilis fuerit diſcordia. Haec vero nihil ad rem. Philoſophi noſtri concluſiones audiamus. Reip. non conducit, innocentem mala perpeti. Ne quid ergo perpetiatur, ante licet illi ſemet interimere. In angulo

quam? Cum tyrannis, tortoribus et raptoribus? Nulla nobis cum illis ſocietas, praeſertim ea, qua adſtringamur ad eorum abominandis ſceleribus ſeruiendum, cum ingenti dedecore, damno ac cruciatu. Et quae ſunt ferae beſtiae, ſi iſti ſunt ingenio, animo, moribus homines? rq) Rurſus quae iſta, humana ſcilicet, placida, aequa, publice priuatimque ſalutaris ſocietas, cuius lex prima ac ſuprema ſit, eaque tanquam iuſti, aut iuſtitiae, talia pati potius quam ſponte mori? rr) Ne aſinina quidem et leonina eſt. Miſerum aſinum, venationis ſocium, leo diſcerpſit quidem; ſed non diu torſit,

gulo ſtat baculus, ergo cras pluet. Eiuſdem farinae et argumentatio haec eſt: qui morte voluntaria non turbat diſſoluitque ſocietatem: illi ſua ſponte mori licet.

rq) Non poſſunt eiuſdem ſocietatis omnes eſſe boni, nec mali. Fac ergo, quod tuum eſt: et rebus miſceri alienis noli.

rr) Obſecro. Haeccine, qua patet orbis, tota Chriſtianorum, ſapientum, et eruditiſſimorum hominum eſt ſocietas, placida profecto et aequiſſima, quae ſaluberrimum Chriſti ſeruatoris praeceptum commendat omnibus: qui ſuos vult aerumnarum crucem, ipſis impoſitam, ſuſtinere et ferre patienter, atque adeo ſemper et vbique magiſtri exemplum ſequi. Innocentiſſimus ille filius Dei, beneficiis, doctrina, et ſanctitate conſpicuus, ad mortem vſque crucis ignominioſam, plagas atque dolores quam lubentiſſime pertulit: neque ſuis mitiora vſquam promiſit fata. O ſi quis quid illi de morte voluntaria dixiſſet! Nego huius ſanctiſſimae tantum ſocietatis, verum ipſius quoque rationis et naturae humanae, quae communem omnium complectitur ciuitatem, lex prima et iuſtiſſima eſt, omnia potius perpetienda eſſe, quam ſponte, i. e. ſuo ſcelere, moriendum.

Digitized by Google

torſit, non contumeliis affecit, non cum dedecore et traductione vita exegit, non calamitate ſocii laetatus eſt. Quod ſi aſinus potuiſſet ac voluiſſet ſe ipſum interimere, vtique id ſiuiſſet, ac maluiſſet etiam leo. Certe nullum inde maius in ipſum ſocietatemque redundasſet damnum. rs) Quod ſi vero ex morte voluntaria pauco-

rs) Hoc certe lepidum. Quae fuerit aſini aut leonis ſententia, equidem ſcire non poſſum: hoc tamen ſcio, ipſa etiam animalia bruta, cuiuſcunque ſint generis, vitam conſeruare quouis modo ſuam, ac nullum plane fieri vnquam proprii carnificem corporis. Vtinam homines, vel ex allegata fabella, non ſero nimis aliorum malo diſcerent ſapere: ad mortis voluntariae defenſores acerrimos non pertinet. Venatum aliquando viribus coniunctis, ſocietatem ineunt leo, vulpes et aſinus. Conquiſita iam inſigni praeda, leo iubet aſinum diuidere partes. Hic tres facit aequales, et ſorte putat decernendum, quam quiſque ſumere deberet. Commotus ea ſimplicitate leo in aſinum irruit, ac deuorat laceratum miſere. Poſtea vulpeculam iubet praeſtare, quod ſocius non poterat alter. Haec in aceruum vnum omnia congeſſit, perexiguam inde ſibi portiunculam tribuens: maximam optimamque partem leonis eſſe dixit, cuius auſpiciis et fortitudine parata ſint omnia. Quis te, vulpecula ſuauis, rogauit leo, tam ſcite partiri docuit? Triſtis comitis noſtri, vulpes reſpondit, aſini caſus. Mittamus apologos: alioqui pluribus oſtendendum eſſet, quam miſeri et infelices in vulgo ſoleant eſſe omnes, qui ſua ſorte non contenti viuunt, aut agere tantum pro arbitrio volunt. Vnum hoc, vel dicis cauſſa, monendum, quod nuper ex animalium regno intellexiſſe memini, tantum aſino, forſan illius trucidati germano fratri, vt, quo confugeret communibus aerumnis, ſolus haberet, factam a rege ſemet educendi poteſtatem. Cum enim aſino hieme

 frigus

Digitized by Google

paucorum hominum inſigne detrimentum caperet ſocietas humana; quantum ergo et irreparabile ex quotidianis et continuis fere mortibus aliorum omnium? rt) Neceſſe eſſet breui exſpirare, imo iam olim, et inde ab initio exſpiraſſe ſocietatem, tot quotidie, et alias confertim et aceruatim, per varios vitae caſus, famem, peſtem, inundationes, bella, tyrannides pereuntibus hominibus. rv) Quid? quod non tam paucitas, quam multitudo hominum grauiſſime nocet nocuitque, et ſibi, et aliis, ſocietatique adeo humanae. rx) Nam ne dicam

frigus et arida pabula diſplicerent valde: verni temporis viriditatem atque teporem omnibus votis expetiit. Ver venit ac voti fit compos animal laſſum: quod, cum agitatione crebrius exerceretur, ſubtriſte petiit aeſtatem. Quam cum attigerit, cumulantur labores, onera illi maiora frumenti ex area et fructuum ex hortis deportandorum imponuntur, ac vitae multo deterior ipſi videtur eſſe facta conditio: vt maximo deſiderio exſpectaret autumnum. Sed per illum quoque aſinus vindemiae et lignationis defatigationibus atque moleſtiis preſſus, et quo ſe conuertat ignarus, ad regem confugit tandem et obſecrat, vt conditionem mutaret. Alioqui voluntaria morte ſibi obeundum. Fac, vecors animal, reſpondit leo, et facies impune. Non credo eſſe facturum, a quo cetera animalia abhorrent. Conſtat vero inter omnes, mortalium quemque, dum viuit, ſuos perpetuo ſequi labores.

rt) Quaeſtio non eſt de eo, quod Deus facit, ſed quid hominibus faciendum incumbat.

rv) Inde patet ſumma Numinis aeterni ſapientia et potentia: quas perſcrutari mortalium nemo poteſt.

rx) Noli timere, nedum ſtultiſſime illum imitari, qui, cum videret praeter fluentem excedere amnem, perterritus

cam de tanta vbique turba hominum inutilium, malorum, noxiorum; neque de tot ſeditionibus ac belliis ciuilibus, eo atrocioribus, quo plures ciues et potentior populus: ingens illa multitudo Perſarum, praeſertim Xerxe rege, nocuit primum Graecis, deinde et magis ipſa ſibi, breuique vniuerſa miſere interiit. Idem poſt magna Romanis damna illata contigit multitudini Gallorum, duce Brenno, et poſtea maiori etiam colluuioni Cimbrorum ſociorumque. Multitudo vero Hunnorum, Gothorum, Vandalorum, Francorum, aliorumque, deinde Saracenorum, Tartarorum, Turcarum, totum imperium Rom. vel abſorbuit, vel vt in tot partes ac particulas diſcerperetur, effecit. ry) Inter ipſa capita et membra ſocietatum Chriſtianarum maior eſſet concordia, et rariora bella, ſi minor eſſet hominum numerus. rz) Fiducia copiarum facile

 ob

tus mingere noluit, ne ſua culpa inundationem augeret. Non minus enim inſaniunt illi, qui ſemet occidete malunt, quam homanae ſocietatis nimiam augere copiam. Nouit qui te vult viuere, locum etiam tibi in ſocietate relinqui.

ry) Teſtantur haec omnia de rerum humanarum perpetua viciſſitudine, et ſapientiſſima Numinis aeterni prouidentia, quam admirari et obſtupeſcere debemus: cum vitae magiſtra fidaque temporum memoria nos doceat, quomodo ciuitates, principatus, reſp. imperia per orbem alia poſt alia orta, aucta, perfecta, debilitata rurſum, atque deſtructa fuerunt. Nihil vero, ſi ſapimus, ſine Numine factum, aut humano tantum conſilio perfectum, credere debemus.

rz) Etiam rara fratrum concordia. Cum eſſent vnius familiae homines pauciſſimi in orbe: Cainus Abelem innocentiſſimum

ob leuiſſimas quandoque cauſas proſiliunt ad bella et tot millium ſtrages, tanquam ad ludos et iocos. Quemadmodum princeps Condaeus amiſſis vno impetu oppugnationis caſtrorum quatuor fere millibus, Bellae nugae, inquit; eſt res vnius noctis Pariſienſis. Vide mihi ſocietatem, et eius vſum, in quem Deus vitam dediſſe dicitur. s a) Hic cogita etiam munera et ſpectacula Ro-

mum percuſſit. Nec diu Abrahamus et Lothus, conſanguinei et amiciſſimi homines, in eadem regione vna habitare potuerunt. Inter regulos quoque illorum temporum, quibus minor hominum erat numerus, bella fuiſſe geſta legimus. Iacobum frater Eſauus, et ipſe poſtea ſocer perſecutus eſt. Niſi mali ſemper fuerint mixti bonis, pax atque concordia fuiſſet inter omnes: vel ſi qua ciuitas incolarum copia laboraſſet, quod et ſaepius feciſſe conſtat, ver ſacrum facere, i. e. alio colonos mittere potuerunt. Nunquam vero, vel iniquiſſimi, voluerunt, ciues aliquot, cum inutiles aut moleſti viderentur eſſe reip. triſti caſu occidere ſemetipſos.

s a) Imo vide mihi e longinquo petitam argutatoris ratiocinationem. Nemo, nec ipſe, negare audet, vitam homini diuinitus eſſe datam, ad infinitam creatoris gloriam, ſocietatis vſum, et ſui ipſius curandam ſalutem. Ex illis finibus certiſſimis iam ſocietatem, quae cuiuſquam opera non indigent, perſibilare ſtudet fruſtra. Bella geruntur, quibus multi cadunt. Nemo certe ſine domini coeleſtis voluntate, nemo qui non ad militare officium natus, vt de patria recte mereri poſſit. Sine bello pax firma eſſe nequit, nec ſarta tecta reip. ſalus. Sic forti, ad arma gerenda qui natus eſt, militi ſemper fuit dulce pro patria mori. Sed turpe militiam deſerendi et perfido, non pro comuni ſalute, ſed pro daemonum ſuaui conſortio, non in patriae hoſtes ruere, ſed in viſcera ſua. Pauciſſimi caſtra ſequuntur: plures vero alii,

la Romanorum, et vide Lipſ. Saturn. Scio, inquit, nullum bellum tantam cladem vaſtitiemque humano generi intuliſſe, quam hos ad voluptatem, ludos. Numerum dierum hominumque recenſe, mentior, ſi non vnus aliquis menſis Europae ſtetit vicenis capitum millibus, aut tricenis. sb)

alii, et ordine quiſque poſſunt, imo debent, pro viribus et officii ratione, operam patriae ſuam praeſtare. Sunt tibi parentes, ſunt fratres et cognati, eſt coniunctiſſima vxor, ſunt liberi, ſunt amici, ſunt pauperes et valde tua ope indigentes, ſunt alii, quibus per vitam quocunque modo prodeſſe potes, imo debes: vt, ſi forſan tyranni aut mali cuiusquam fuga temet, vt loqui placet tibi, educere velis, varie in ſocietatem, niſi communem, tibi neceſſariam tamen, peccare conſtet. Et iniurius in fortiſſimum heroem es, qui negare non erubuiſti, Deum in eius ſocietatem et vſum quibuſque ſubiectis vitam dediſſe, aut melius feciſſe, qui ſemet illi voluntaria morte ſubduxerint, quam qui tanti principis caſtra fuerint ſecuti.

sb) Romanorum veterum munera et ſpectacula huc plane non pertinent: quorum facultatem, quod copiarum, non virtutis eſſet, ipſi Romani non admirabantur, et ſatietate pridem erant deſeſſi, vid. CICER. ad diuerſ. l. 2. ep. 3. cum obſeruat. noſtris. Et emti quidem arant, aut bello a victoribus ſeruati, non nati homines: vt augerent ſpectacula: ſed tamen fuit naturae conuenientius, miſerrimos homines ab aliis, quam a ſemet ipſis occidi. Nec apta videtur pluribus hic de gladiatorum officio diſputandi eſſe occaſio. Sunt homines nequam, qui pretio conducti, ipſius vitae prodigi, inuicem occidere aut vulnerare debebant. Qui bello capti et occidendi, niſi gratiam promeruerint victoria ab aduerſariis reportata, faciunt neceſſitati ſatis, atque, vt decet, omnes impendent vires, ſi fieri poteſt, vt vitam alterius nece conſeruarent ſuam.

Digitized by Google

Quod ſi vero putes ſolam mortem voluntariam nocere ſocietati; vt igitur aboleatur, nolintque adeo homines ſponte mori, fac, ſi potes, tuo praecepto abſoluto, vt ſocietas ſit placida, aut vere humana ſaltem: fac, vt fundamenta ſocietatis, prudentia, virtus, amor et cuſtodia partium, maneant inconcuſſa: fac, vt homines quoque permaneant ſemper in eo ſtatu, in quo poſſint honeſte, vtiliter aut tolerabiliter ſaltem, ſeruire ſocietati. sc) Si non potes; fruſtra litigas de vna voce: fruſtra garris de ambigua, vaga, confuſa quadam ſocietate, clamasque iniuriam ei fieri, cum nulla fiat: quia vel ſocietas illa, in qua quisque viuit, non eſt talis vt ſinguli debeant; vel homines non ſunt tales vt poſſint, etiamſi vellent, ei inſeruire ac prodeſſe. sd) Repeto illud

sc) Obſecro, iam poſtulata vide. In vna eccleſia, multo magis in vniuerſa republica, dominus vult bonos atque malos vna ſubſiſtere mixtos, ne quis forſan bonorum afficiatur iniuria, et affligatur cum malis: ad tempus vſque meſſis vel extremi iudicii, quo ſeparatio futura ſit iuſta et accuratiſſima. Et ille, philoſophus ſcilicet, quod Deus non vult, nec in regionibus ſuis maximi quique reges poſſunt, ab vno eoque priuato et nullius auctoritatis homine perfici cupit, vt ſocietates et reſp. nullis vitiis laborarent, ex omnibus numeris eſſent perfectae. Sic fore, vt homines adeo ſponte nolint mori. Credo, et veriſſime perſuaſus ſum, ſi molles, peruicaces, arrogantes, perfidi, crudeles, ingrati, paricidae, impii, et mali omnes eradicari poſſent, ſupereſſe nullum plane futurum, qui mereatur voluntaria morte infamiam.

sd) Tu profecto recte ſentis: nihil poſſum, nec reformationis vnquam aut fidei propagandae ſuſcepi votum. Mihi

lud Senecae: Hoc ab homine exigitur vt proſit hominibus, ſi fieri poteſt, multis; ſin minus, paucis; ſi minus, proximis; ſi minus, ſibi. ſe) Adde quod ſtultiſſimum vtique ſit ingenti damno ac tormento ſuo perexiguum aliquem, et vix notabilem vſum aliis, qui facilli-

hi mea non diſplicet ſocietas domeſtica, ciuilis, eccleſiaſtica, literaria, nec, mihi crede, ſi, quas dixi, detur mihi fingendi copia, meliores eligerem. Tu tibi vero etiam ſigillatim gratularis eſſe de religioſa et lectiſſima ſocietate Ieſu: quae profecto nihil poteſt habere vitii, aduerſitatis atque periculi. Satin recte? Sic opinaris credo. Quid ergo deſideras? Inde ergo nulla vtrique mortis voluntariae cauſſa. Caſum vero ponamus, malam eſſe alicuius coniugem, malos liberos, familiae carcinomata, eccleſiae et ciuitatis ſtatum valde corruptum, eſſe principes tyrannos, magiſtratus iniquiſſimos. Illene, ſi bonus, ſi iuſtus et aequus, ſi prius, propter malos et ſceleratos, ſemet ipſum enecaret, timens ne quid inde calamitatis forſan aut cruciatus maioris olim perſentiret? Temporibus Noachi orbis tota ſocietas erat corrupta: et ille vnus iuſtitiae praedicator cum innocentiſſima prole et familia procul dubio calamitatis et ignominiae non parum, credo, perpetiebatur: vt aegritudo, miſericordia, dolor, affectus alii ſaepius exoptatam turbarint vitae tranquillitatem. Non tamen, etiamſi annis iam eſſet grauis, proter malignitatem mundi ſemet enecare, ſed longo temporis ſpatio iſtos peruicaces et immorigeros, ipſosque tyrannos emendare ſtuduit non ſolum ſermone, verum etiam exemplo ſuo.

ſe) Et hoc volo. Pro viribus homo homines iuuare debet, magis vero propiores ſibi, et omnium maxime, id enim amoris natura requirit, ſeſe. Praeſertim hoc morti voluntariae aduerſum, qua mihi prodeſſe nequeo, ſed obſum ita, vt longe maximum nullo modo poſſit reſarciri damnum.

cillime eo carere poſſunt, praeſtare velle. sf) Sed quis, quaeſo, tui vſus aliis et ſocietati, quam crepas, ſi delires, ſi ſis inſanus et furioſus, ſi incurabili morbo corporis, et forte animi quoque labores, ſi a tyrannis domeſticis, ſi ab hoſtibus externis immaniter torquearis? sg) Quid ſi pauper tantum et decrepitus, non niſi aliena ope miſere viuere poſſis, proximis etiam et neceſſariis grauis ac inuiſus? sh) Inter epitaphia varia ex antiquitate collecta a Georg. Fabricio legitur hoc: Mitrius Pius diues, iam hebes, decrepitus et mendicans, luce carens, a tribus liberis et duabus libertabus expulſus, ſiti perii. si) Et in vniuerſum Iuuen. Sat. 10.

Fran-

sf) Imo ſtultiſſimum eſt, ingenti damno ac tormento ſe afficere et enecare, dum aliis perexiguum aut nullum vſum praeſtare potes: aliis non prodeſſe et obeſſe ſibi.

sg) Delirantes, inſani, furioſi, aegroti, qui atrae bilis abundantia laborant, melancholici et miſerabiles, aliorum ope et auxilio indigent, curandi, liberandi, reſtituendi ſunt. Tantoque magis deplorandi miſeria, ſi ſua manu in ſemetipſos ſaeuire deprehenduntur.

sh) Dixi, miſeriam hominis eſſe aliorum ope ſubleuandam: id voluntas diuina et humanitatis officia requirunt. Boni bonis non ſunt graues aut inuiſi: vt neceſſaria haud difficulter obtineant. Miſeriam qui ſubleuari non vult, eamque peruicaciter auget: immane quantum ille ipſe nocet ſibi, et aliorum ne quidem miſericordia dignus eſt. Pauper eſto in domino diues atque beatus. Senectus nemini, niſi ſtulto grauis. Et qui ſemet occidere, quam aliorum beneficio viuere, mauult, humanitatis ipſe ne quidem videtur intelligere officia, et furioſe in exitium ruit.

si) Quod ſi factum, profecto ſummum nefas. Inde quidem ingrati animi turpitudo, non mortis voluntariae ſufficiens cauſſa patet.

Frangendus miſero gingiua panis inermi:
Vſque adeo grauis vxori, natisque, ſibique,
Vt captatori moueat faſtidia Coſſo. sk)

En denuo ſocietatis vſum, ob quem viuendum! sl) Iam vel ex duobus illis generibus hominum, a crimine αὐτοχειρίας Gentzkenio aliiſque immunium, facile eſſet oſtendere, quomodo noui iſti doctores iuſti, vel iuſtitia, dum praeceptis ſuis volunt implicare et ligare alios, ipſi ſe inſolubilibus vinculis conſtringant; aut texant aranearum telas, quas pro libidine perrumpant; ſoluant et eximant, quos voluerint. sm) Qui enim vlla

sk) Extremam ſatyricus decrepitae ſenectutis moleſtiam deſcribit, quam proxime ſoluit natura, non deſperantis voluntas. Tota non ſine vſu legenda eſt elegans illa ſatyra, qua Iuuenalis docet, mortalium vota prope iam execrationibus ſimilia eſſe. Diuitias, honores, eloquentiam, gloriam bellicam, longam vitam, et elegantiam formae a Deo precari, quae vota, ſi fuerint compotes facti, haud raro ipſos peſſundent. Bonam a Deo mentem eſſe petendam: reliqua omnia diuinae permittenda eſſe voluntati, qui nouit, quid cuique conueniat.

sl) Intelleximus aliquando ſenes extrema debilitate ſuis eſſe graues, aliquando ab ipſis liberis expellendos. Ergo id calamitatis experiuntur omnes. Ergo minime iucundus ſocietatis vſus. Ergo fugienda ſunt hominum conſortia. Ergo ſponte moriendum. Quae, qualis, quanta concluſio? Sic ſapiunt, qui ſibi ſapere nolunt.

sm) Vbi ratio deficit, calumniis vtendum audacter. Minime gentium Gentzkenius, et quotquot ſunt autocheiriae impugnatores, ſed qui eam commendant, miſeris conſtringunt vincula, et peſtifera ſuppeditant conſilia, qui-

 bus

vlla ratione, vlloque conſilio inſeruiendi aliis, vllo denique iuſſu imperantis fiet eritque iuſtum quidquam, quod ex ſe eſt iniuſtum, nefas, turpe: vtpote directe repugnans praecepto iuſti de conſeruanda ſemper, et omnibus vita, repugnans dominio et poteſtati diuinae in vitam, atque coniunctum cum iniuria in Deum et ſocietatem? sn)

Nunc ad *Rachelium* reuertamur. Is vt firmum ſcilicet demonſtrationibus ſuis ſupponat fundamentum, et αὐτοχειρίαν non eſſe fortitudinem (ac ſi id praecipue, aut

bus virtutes peſſundantur, ipſe Deus hominesque afficiuntur iniuria, ratio et natura expugnatur, diabolo ſuffragante monſtroſum idolum erigitur liberi arbitrii, diuinae derogatur prouidentiae, ſalus negligitur, corpus frangitur, et animula miſerrima neſcio ad quos cruciatus propellitur. Qui contra nituntur, placide et humaniter ſaluberrimis conſiliis pietatem, iuſtitiam, patientiam, fortitudinem, conſtantiam, rationis vſum, diuinas et humanas leges, ordinem naturae, ſalutem aeternam, vitae conſeruationem, verbo vt abſoluam, hominibus humanitatem commendant. Haeccine onera, haeccine vincula ſunt, aut telae, quibus affliguntur miſeri?

sn) Nullo modo iuſtum poteſt fieri iniuſtum, fas nefas, aut honeſtum turpe, et vice verſa. Vita ſemper eſt conſeruanda. Ab omnibus vita eſt conſeruanda. Vita humana ſolum a diuina poteſtate, ſummoque ipſius creatoris dominio dependet. Qui ergo vitam ſibimetipſis adimunt, in Deum iniurii ſunt, atque humanam offendunt ſocietatem. Sed videamus, quam iniqua et abſurda ſit Rachelii ſententia, cuius partes, vt ſupra dictum, animaduerſionibus ad differt. de morte voluntaria defendere coepimus.

Digitized by Google

aut hic magis so) quam circa licitam necem aliorum, quam circa mutilationem membrorum, quam circa iacturam, fugam, aliaque neceſſitate expreſſa quaereretur) oſtendat:

1. Deſcribit fortitudinem, et partitur.

2. Repetitis et deſcriptis ex aliquo Lexico vel Etymologico variis, quas habet αὐτόχειρ et αὐτοχειρία, ſignificationibus, enarrat, quibus modis ſoliti eſſent priſci finem vitae ſponte imponere.

3. Prouocat ad autoritatem Ariſtotelis, quem magiſtrum ſuum vocat, et velut ducem, quem ſequatur. Dicit vero magiſter ille 3. Nicom. 7. Mori autem fugientem, vel paupertatem, vel amorem, vel aegritudinem aliquam, non eſt viri fortis, ſed ignaui potius. Mollis enim animi eſt fugere res laborioſas. " Hic primum, aperte et diſerte, non mors, ſed fuga damnatur. Si quid inhoneſti vel indecori adhaeret morti; id totum eſt ex fuga, et ob eam. Itaque primum, vt dixi, iuxta magiſtrum Ariſtot. turpis eſt omnis fuga:

so) Vtique. Hic quaeſtio non eſt de nece aliorum; quae, vi aut ſcelere intercedente, priuato et magiſtratui conceſſa; non de mutilatione membrorum, quae ad vitam conſeruandam neceſſaria; non de iactura, quam quis prudenter ad certum finem obtinendum facit; non de fuga, quae fortiſſimis et optimis, vrgente neceſſitate, permiſſa vel mandata. Quaeſtio eſt de αὐτοχειρία, quae ſemper et omnibus omnino prohibita, nullamque neceſſitatem admittit. Cum enim diuina voluntas et prouidentia, i. e. natura vel externa quaedam vis neceſſitatem infert, propria decedentis non requiritur manus, atque mors voluntaria eſt.

quod eſt vtique falſum. sp) Deinde idem ille magiſter Nicom. 3, 1. fatetur, contingere etiam res quae humanam ſuperant naturam: et qui iis compulſi agunt, venia; aliquos etiam laude dignos eſſe. sq) Et 2, 2. ait quae in actionibus verſantur, quaeque huc aliquid conferunt, nihil firmitatis et conſtantiae habere, quemadmodum neque res ſalubres. Itaque oportere occaſionem et conditionem rerum praeſentium intueri. Rurſus

sp) Quaſi res illi cum pueris eſſet, aut Stagiritae noſtris non verſentur manibus opera, perſuadere nobis conatur, non de morte agi, ſed de fuga, quam et philoſophus ille, et ipſe mundi ſeruator Chriſtus prudentibus, et ſua cuique natura, periculis imminentibus et vrgente neceſſitate, commendant. Vulgo conſtat, quam diſerte peripatetici et academici in iſtud de morte voluntaria Stoicorum triſte decretum fuerint inuecti. Ariſtotelis verba iam allegauimus ſupra, quibus viri fortis non eſſe affirmat, ſponte mori, vt fugiat labores, paupertatem, aliamue conditionis humanae miſeriam. Fugere, vt viuas, laudabile: mori, vt fugias, exitioſum et maxime reprehendendum. Nihil turpitudinis adhaeret morti, ſed hominis ſponte morientis pertinaciae ac deſperationi, vel aerumnarum fugae, quae mortis voluntariae cauſſa proxima.

sq) De hominum actionibus agit, quae ad mortem non ſunt. Et haec ipſa, ſi violenta, humanam naturam ſuperat. Sunt vero haec Ariſtotelis verba ex Graecis accuratiſſime reddita: *turpiſſima ſuſtinere nullius honeſtae, aut mediocris rei cauſſa, malum eſt. Ob nonnulla vero laus quidem minime, ſed venia exhibetur: cum ea, quae non debet, agit quiſpiam ob eiuſmodi, quae et humanam naturam excedunt, et a nullo ſuſtinerentur: quaedam autem fortaſſe ſunt, ad quae perpetranda nemo cogi compelliue poteſt, ſed potius extrema quaeque pati ac mori conuenit.* Quae profecto voluntariae morti contraria.

Digitized by Google

ſus de fortitudine diſſerens ait virum fortem eſſe quidem impauidum, ſed vt hominem. Idem vbi de mediocritate ſua ait fortem audaci comparatum, eſſe timidum. Et alibi ait audaci terribilia non videri talia. Denique Ariſtoteli mors dicitur omnium terribilium terribiliſſimum. Itaque fortiſſimos quoque ipſi eſſe neceſſe eſt, quicunque morte ſpreta ſponte occumbunt. sr)

4. Enumerat cauſas quaſdam ἀυτοχειρίας, et Ariſtotelicis illis varias addit, aliunde notas ſatis. Omiſit vero, ſi recte memini, cauſarum paene honeſtiſſimam ac clariſſimam, ss) eam puta, quae Democlem permouit, vt

sr) Non ſequitur. In actionibus profecto debemus occaſionem et rem praeſentem intueri, vt recte prudenterque faciamus omnia, et ſemper reſpiciamus finem. Nec fortitudo humanitatem excedit. Mediocritate conſiſtit virtus: et omne nimium vertitur in vitium. Fortem decet eſſe ſapientem. Audax eſt imprudens: etiamſi eum aliquando dicatur iuuare fortuna, quae timidos ac prudentiores repellit. Nihili facit audax terribilia, vtpote cui ſtat pro ratione voluntas, atque adeo ſua ſponte in exitium ruit. Si mors omnium terribilium rerum eſt maxime terribilis, vtpote quae hominis vitam naturamque deſtruit: eum eſſe fortiſſimum oportet, qui, mortem, quandocunque Deus voluerit, animo imperterrito, vel inter maximas calamitates et aerumnas, exſpectat; audacem vero et inſanum, ſuique prorſus immemorem, qui, coeco impetu ad eam raptus, ſua ſponte perit.

ss) Caſtitatem, quae nec ipſa poteſt eſſe iuſta mortis voluntariae cauſſa. Virtus enim nec inter maximos cruciatus vlla expugnari, aut ſceleratiſſimorum hominum nefariis actibus commaculari poteſt. Poſt infandum Lucretiae ſtuprum,

Digitized by Google

vt in bullientem aquam inſiliret. st) Hippe vero femina in mare ſe abiecit, vt morte pudicitiam tueretur. sv) Malloniam delatoribus obiecit Tiberius, ac ne ream quidem interpellare deſiit, Ecquid poeniteret, donec

ſtuprum, animi aegram conſolantur neceſſarii, et recte monent, mentem peccare, non corpus, et vnde conſilium abſuerit, culpam abeſſe. LIVIVS lib. 1. cap. 58. Confer. animadu. (ma) Exercit. de morte volunt. p. 32. ſeq.

. st) De morte miſeranda Democlis dictum animaduerſ. (il) exercit. de morte volunt p. 204. ſeq. Democles puer imberbis adeo praeſtanti erat forma, vt pulcher ab omnibus cognominaretur. Illum Demetrius cum neque precibus, neque minis potuiſſet vnquam in deſiderium perducere ſuum, temporis ſemel occaſionem nactus, quo puer publicam palaeſtram et gymnaſium fugiens, priuatum quoddam balneum intrauerat: eo confeſtim accedit, atque puerum ſolus inopinantem aggreditur. Ille vero cum videret ſibi ſoli et puero talem vim iniuriamque afferri, aliud non habens refugium, repente ſublato lebetis tegmine, in feruentem balnei aquam ſe proiecit, ac voluntaria morte a violentia et ſcelere Demetrii vindicauit. Eam vero quis vnquam probarit pueri dementiam, qui timore ac pudore ſuffectus eo vſque deſperationis proceſſit, vt immenſis doloribus corpuſculum mergeret decoquendum, qui Demetrio ſi caſtitatem atque ſalutem ſuam commendare voluerit, ſceleris aut calamitatis nihil fuerit expertus? vid. PLVTARCHVS vita Demetrii p. m. 332. D.

sv) Illa mulier Graeca Hippo, a nautis capta, cum intelligeret, ſtuprum ſibi et inſidias parari, noctu ſemet in aquas praecipitem dedit. VALERIVS MAXIMVS lib. 6. cap. 1. extern. n. 1.

Digitized by Google

donec ea relicto iudicio domum ſe abripuit, ferroque tranſegit. Suet. Tiber. c. 45. st)

Obiter obſerua. Tiberium iam inſanabilem, grauiſſime increpitum et laceratum, monuit Artabanus sv) vt voluntaria morte maximo iuſtiſſimoque ciuium odio quam primum ſatisfaceret, ſimulque tot ſceleribus finem imponeret. Suet. c. 66. vbi mox addit principium alicuius epiſtolae, qua ſemet ipſe pertaeſus tantum non ſum-

st) Ita ille tyrannus illuſtrium feminarum capitibus illudere conſueuit. Nobilis Mallonia vero perducta recuſansque conſtantiſſime quidquam amplius pati, etiam in iudicio iſti hirſuto atque olido ſeni obſcoenitatem oris exprobrauit. Et in proximis ludis in Attellanico exodio percrebuit: *hircum vetulum capris naturam ligurire.* SVETON. Tiber. c. 45. Tanto facilius Mallonia iſtud vetuli *ecquid poeniteret* generoſo animo contemnere potuiſſet, ſuamque vitam, vt caſtam decet matronam, conſeruare.

sv) Teſte SVETON. Tiber. c. 66. literis Artabani, Parthorum regis, laceratus eſt, paricidia, et caedes, et ignauiam, et luxuriam obiicientis, monentiſque, vt voluntaria morte, maximo iuſtiſſimoque ciuium odio quamprimum ſatisfaceret. Vnde patet, quos homines mors voluntaria deceat. Ita iuſtiſſimo ciuium odio ſatisfaciendum. Ita ſcelerum et ignominiae faciendum finem. Impuriſſimam ita propellendam eſſe animam. Ad deplorandum exitium, non ad ſalutem et meliorem vitae conditionem, mors voluntaria videtur eſſe commendanda tyranno: ne quid detrimenti vlterius ex illo viuente capiat reſp. ſed magno inſidiatore, crudeliſſimo paricida, foediſſimoque carcinomate liberaretur. Innocentibus et piis praeſtat ſuſtinere quamcunque calamitatem, atque coeleſtis Domini, quod inter corpus et animam eſt arctiſſimum ſoluentis vinculum, exſpectare voluntatem, cui noſtra perpetuo ſubiicienda.

Digitized by Google

ſummam malorum profeſſus eſt. Quid ſcribam vobis, P. C., aut quomodo ſcribam, aut quid non ſcribam hoc tempore, Dii me Deaeque peius perdant, quam quotidie perire ſentio, ſi ſcio.

Obſerua etiam ex Ariſtot. Nicom. 7, 5. iras et Venerearum rerum cupiditates, et nonnullas eiuſmodi animi perturbationes furores hominibus immittere. De his vero ita affectis ſtultum eſt quaerere, vtrum ſint fortes an ignaui: quamuis iuxta ea, quae ſupra annotauimus ex Ariſtotele, iram quoque et furorem fortitudini ſuae immiſcente, dicendum videtur, eos eſſe Ariſtotelice fortes. sx)

5. Iſtis iactis velut fundamentis ad demonſtrandum procedit Rachelius: et en geminam eius demonſtrationem!

1. Quicunque non poteſt ſuſtinere moleſta, is non eſt fortis, ſed ignauus potius et mollis: aſt qui fugiens paupertatem et amorem ſe iugulat, non poteſt ſuſtinere moleſta: ergo. . .

2. Qui

sx) Hoc eſt, quod volumus. Ira, perditus amor, aegritudo, pudor, deſperatio, et nimia quaeque commotio animi, furorem inducit vt miſer homuncio ſalutis immemor, in ſua viſcera ſaeuire non dubitet. Ecquis adeo triſtem caſum fortitudini tribuat? Et illi ipſi, qui longa meditatione, vt philoſophi eſſe volunt, morte voluntaria ſemet educere inſtituerunt, fortes minime gentium ſunt habendi, ſed affectuum ſuorum, quibus ſuccumbunt, mancipia timent omnia, et ne quid experiantur aduerſi, non ſine infamia ſemet interimere non verentur: cum fortes mature ſemet didicerunt vincere ipſos et aequo fortunam vtramque ferre animo, vt pudefieri adeo facile non poſſint.

2. Qui mortem intrepide quidem adeunt, non tamen honeſti finis gratia, ii neutiquam ſunt fortes: atqui. . . ergo. . .

Poſſumus hic omni reſpondendi opera ſuperſedere: sy) praeſertim quia tot nugae, fallaciae, confuſiones monſtroſae omnis generis et gradus moleſtiarum, adhaec a rebus et quaeſtionibus propoſitis, et mox a Rachelio ipſo proponenda quaeſtione aberrationes et deliramenta detecta ſunt ſuperius, ſingulatim circa fortitudinem et magnitudinem animi Auguſtinianam. Sufficit autem nunc duobus mollibus et ignauis, vt ita dicam, ſyllogiſmis, Rachelio et magiſtro eius exacte ſimilibus ac conuenientibus, vnum fortem firmumque opponere.

Quicunque nimis amat vitam hanc fragilem, breuem, incertam, miſeram; et timet fugitque mortem, in tot tantisque calamitatibus, partim intolerabilibus, partim cum turpitudine coniunctis, vtilem ſaepe ac neceſſariam: is eſt mollis et ignauus, inſuperque inſipiens, ſtolidus, et totus vitioſus, vel in eo animi habitu qui ipſum ad quaecunque vitia impellat, in iisque detineat:

Aſt

sy) Tanto facilius, quod per ſe patet veritas, cui quod opponatur, reperire nequit. Qui moleſta cuiuſcunque generis, et moleſtiſſima, quae excogitari poſſunt, ſuſtinere nequit, fortis dicendus non eſt. Ecquid clarius dici poteſt? Nihil hic nugarum, fallaciarum, confuſionis. Dixi, quod rei eſt, moleſtiam non eſſe tantam, quae iuſta mortis voluntariae poſſit eſſe cauſſa.

Digitized by Google

Aſt qui turpem captiuitatem, ſeruitutem, paupertatem, amorem, ſtupra, contumelias, tormenta eligit pati potius, quam ſponte, facile honeſteque mori; is nimis amat vitam hanc, timet fugitque mortem:

Ergo is eſt mollis et ignauus, inſipiens quoque et ſtolidus, totusque vitioſus. Atqui rurſus is talis nullum honeſtum finem ſibi propoſitum habet, nec poteſt habere: vel quem? Ipſumne pati ea quae dixi, nimio amore vitae, et timore mortis? Hac ratione et fine fortes, et vel fortiſſimi erunt ignauiſſimi quique, et tota illa ingens abiectiſſima ac miſerrima plebecula. sz)

Cete-

sz) Hoc ergo ſyllogiſmo nunc eam confuſionem, nūgas et fallacias oſtendit: quarum fruſtra modo Rachelium arguere non erubuit. Falſiſſima eſt conſequentia maioris: falſa propoſitio minor, et inepta concluſio illa bene longa. Qui vitam hanc fragilem, breuem, incertam, et miſeram quouis modo, vel inter maximas aerumnas, conſeruare ſtudet: non nimis, ſed decenter, e diuino mandato et naturae inſtinctu, amat vitam ſuam: nec dici poteſt eſſe mollis et ignauus, nedum inſipiens et ſtultus, aut omnibus vitiis deditus. Qui non mortem diuinitus immiſſam atque beatam, ſed voluntariam et ſceleſtiſſimam timet ac fugit, non mollis cet. ſed pius, fortis, conſtans, iuſtus eſt, et ſummis in coelum meretur euehi laudibus. Verum non eſt, voluntariam mortem in ſummis calamitatibus eſſe licitam, nedum vtilem et neceſſariam. Nihil magis peſtiferum aut exitioſum ea morte, qua miſer homo a gratia diuina abripitur, dum ſui iuris, ſui arbitrii, et poteſtatis ſuae fieri vel eſſe cupit: vt in ſatanae ſeruitutem intolerabilem redigatur, et irreparabile corporis et animae damnum facere non

verea-

Digitized by Google

Ceterum Rachelius poſt longas, inutiles et ſibi noxias ambages, ta) incipit demum rem tangere propoſita quaeſtione, *An in nulla cauſa mortem ſibi quis conſciſcere debeat, aut iure poſſit.* Et reſpondens, Nos, inquit, confidenter aſſerimus, in nulla id fieri debere,

aut

vereatur. Meam fidem, eo qui ſunt animo, illos oportet eſſe molles et ignauos, imo ſtultiſſimos, et omnibus vitiis infectos: vt ne minima quidam humanitatis particula in hominum carcinomatibus iſtis ſupereſſe videatur. Qui, miſeriarum et calamitatum omnium non habita ratione, ſerio et pie ſecum ad vitae finem vſque perſeuerare, et ſanctiſſima fide coeleſti ſuo domino adhaerere conſtituerunt, vitae finem propoſitam habent honeſtiſſimam, aeternam felicitatem atque vitae coronam: quam, qui perfidi ſunt rebelles ac ſceleratiſſimi paricidae, profecto nunquam ſibi promittere poſſunt. Ita boni et fideles ſerui coeleſtis domini ſalutem ſuam nimis nunquam, et ſine vitio nunquam non amabunt. Sint de plebe licet, ſint miſerrimi et abiectiſſimi hominum, qui deo deuoti et obſequentiſſimi ſunt legis obſeruatores, aut vera fide Numini clementiſſimo commendati, poterunt cum Deo tranſcendere muros, vincere difficillima quaeque, pericula et cruciatus, cum ignominia ſummisque calamitatibus, traiicere generoſo contemtu, atque in omnibus fideles ſemet Deo ſeruos praeſtare ſtudebunt. Suntne illi fortes, conſtantes atque beati, contra qui ſemet enecare deprehenduntur, ignaui, timidi, et infeliciſſimi appellandi? Habeat ergo noſter ſuos ſyllogiſmos ſibi: et in ordinem ſtudeat cum illis ſuam mentem redigere: ne quid veritati luculentius aduerſari videatur.

ta) Non credo. Si quae Rachelius propoſuit rei cauſſaeque inutilia, ipſi vero noxia: cur eius adeo ſubtilis et minutiſſima quaeque captans aduerſarius non indicat?

Digitized by Google

aut iure poſſe. tb) En vero confidentis aſſertionis ſolidum ſcilicet fundamentum, quod totum eſt aſſertio confidentior priori. *Omnis enim, ait,* αὐτοχειρία, *ex quacunque etiam cauſa profecta, et legi diuinae aduerſatur, et rectae rationi.* Id demonſtra, et fatebor te eſſe magnum, imo omnium maximum demonſtratorem, aut demonſtrandi artificem. tc)

Quod

tb) Nec potuit, ſi veritatis amans, vt certe fuit, aliter reſpondere. Non licet, nec poteſt quiſquam vllo iure ſibi conſciſcere mortem: quam vnus ſibi vitae mortisque arbiter Deus, ab cuius voluntate ſanctiſſima, et conſilio mortalibus ſaluberrimo, nouimus dependere omnia, mediante ſua cuiuſque natura, liberrimam reſeruauit. Eademque fiducia cauſſae iuſtiſſimae, non iterum iterumque, ſed centies milliesue, dixerim, mortem ſibi conſciſcere nunquam vlli, vel circumſtantiis miſerrimis, licere.

tc) Splendida ſeruato tibi demonſtratoris elogia: res ſalua eſt, atque ſupra nos iam pluribus demonſtrarum iuimus, αὐτοχειρίαν, ex quacunque cauſſa profectam, et legi diuinae, et rationi, et ipſi hominis naturae aduerſari: vt, niſi quis veritatibus contradicere velit mathematicis, aut praefractae ſolidiori diffidere fundamento, aſſertionem in dubium vocare nequeat. Ecquid praecepto diuino clarius, hominem occidere noli? Paricida vitam non habet ſecum manentem. Pro vita dederit quiſque ſua, quicquid hominis eſt. Nemo vnquam odit carnem ſuam, quam perpulchre nutrit atque ſuſtentat. Vos veſtri arbitrii non eſtis. Nemo noſtrum ſibi viuit, aut moritur: viuentes atque morientes ſumus domini. Ne paſſerculus quidem cadit ſine patris coeleſtis voluntate: noſtri vero etiam omnes numerati ſunt pili. Ad vitae finem in charitate et fide perſeuerantibus vitae promittitur corona. Sunt vix numeranda ſacrae ſcripturae loca, quibus mors voluntaria refelli poteſt: at ſurdo narratur

Quod vero aduerſetur legi diuinae, non demonſtrat, td) ſed ſibi ſumit, vel vt tirunculus quidam recitat ac repetit ex Lactantio et Auguſtino: quorum abſurdas, Deo probroſas, omnium gentium, ſapientum ac bonorum virorum, etiam Iudaeorum et Chriſtianorum priſcorum conſenſui contrarias, hominibus pernicioſas, ideoque exceptiones quaſdam fingentium, in-

ratur fabula. Quod deſtruit naturam, id illi quam maxime aduerſum, atque adeo quouis modo fugiendum. Lex immutabilis nobiſcum nata, vitam eſſe conſeruandam, quoad irreparabile bonum illud nobis largiatur Deus. Si nos noſtraque omnia dependemus a diuina voluntate: mors vitaque noſtri arbitrii non eſt. Si T. O. M. Deo vni ius vitae et necis competit: id mortalium ſibi nemo ſine iniuria, ſummo ſcelere, et ſacrilegio arrogare poteſt. Qui vitam a domino coeleſti acceptam prorogare nequit: eam nec adimere ſibi vlla ratione poteſt. Non ſine furore quis in ſua viſcera ſaeuire poteſt. Qui Deo non fidit, mancipium eſt ſatanae, eiusque ducitur velut compedibus vinctus in exitium. Prouidentiae diuinae qui ſua deliria et liberum arbitrium praefert, ſuam ipſe cum vita ſalutem, deploranda conditione, relinquit. Qui ſe hominem aegre fert eſſe natum, et omnem cum ratione humanitatem exuit, ad nefandum ſcelus properat, ac triſtem ſibimetipſi perniciem ſtruit. At ſurdo narratur fabula.

td) Mortem voluntariam legi diuinae aduerſari, puto, ſatis clare adhuc fuit demonſtratum: vt idem ſaepius non videatur eſſe repetendum. Eſtne manifeſta haec a generaliori ad ſpecialius argumentatio? Si priuata auctoritate nemini licet occidere inſontem, multo minus cuiquam licet occidere ſemetipſum. Atqui verum prius, ergo et poſterius. Sed, inquit, vrgente neceſſitate, licebit. Poteſt eſſe moriendi neceſſitas, temet vero ipſum occidendi prorſus

terpretationes ſupra paſſim reiecimus. te) Deinde ſi extet lex diuina mortem voluntariam ex quacunque cauſa profectam vetans ac damnans; quid opus eſt vel dictatis, vel interpretationibus Lactantii, Auguſtini, aliorumue? tf) Profer ipſa verba legis: et protinus res tota confecta eſt. Si non profers, nec proferre potes, quia nulla ſunt talia; protinus mentitur et fallit tua demonſtratio. tg) Promiſiſti enim demonſtrationem

ſus nulla. Curas, ſolicitudinem, et, quae nos premunt, omnia iubemur transferre in Deum, qui nos ſemper et vbique haud difficulter iuuare poteſt, ſi noſtram ſic nouerit promoueri ſalutem. Mihi Iehoua robur vitae eſt: ecquid expaueſcerem? Pſalm. XXVII. 1. Meum non dimittam Dominum, donec me aſſumſerit miſerum.

te) Nos vero, contra perpetuas noſtri calumnias, patrum beatorum Lactantii et Auguſtini ſententiam rectam, veriſſimam, Deo gratam, omnibus ſalutarem, gentium quarumque ſaniorum, ſapientum atque bonorum virorum, Iudaeorum et Chriſtianorum conſenſu probatam, vt decet, luculentis argumentis defendimus: vt effugii prorſus nihil ſuperſit inſaniae.

tf) Legem noſtin ſaepius repetitam: *occidere noli.* Quod in genere dictum procul dubio mortem voluntariam inuoluit. Veritas autem ne pateat omnibus, interpretationem reſpuit, quam leges omnino omnes, vtpote prudentibus datae, requirunt. Ecquis non videt, legislatorem non animalia bruta, non homines capitis damnatos atque nocentes, ſed hominem innuere inſontem, nihil peccantem, qui priuata auctoritate prorſus a nemine occidendus eſt, atque adeo prorſus nemo a ſemet ipſo?

tg) Haeccine, quae legiſti, verba legis ſufficiunt? Prolata ſunt, proferri, cum vulgo notiſſima ſint, haud difficulter potuerunt ſemper: et res pridem tota confecta fuit. Sed

Digitized by Google

nem ex lege diuina: mox vero eius loco ſubdole ponis quaſi legem, vel verba et opiniones duorum duntaxat hominum. th) Praeterea lex illa diuina, de qua loqueris, duobus fere millibus annorum ante Lactantium et Auguſtinum promulgata fuit: qui ergo factum, vt ab illis ſolis, vel primis ſit recte intellecta explicataque, et ſingulatim duo illa toties repetita verba, Non occides, quae pueri etiam et tirones omnes intelligunt? ti) Quid vero ſi Lactantius et Auguſtinus tam ſero

Sed negat philoſophus noſter, quae hominis peruicacia et impudentia eſt, legem extare totidem verbis prohibentem, ne quis propter vllam cauſſam occideret ſemetipſum: quaſi generale non ſufficeret de non occidendo praeceptum, quo et ſcelerum et paricidii nequiſſimum continetur, iſtud vix ac ne vix quidem a quoquam, quod ipſa reſiſteret natura, timendum: vt legem peculiarem requirere videretur.

th) Hominum ſcilicet piorum atque ſapientum, qui oracula diuina omnium optime interpretari potuerunt, quorumque teſtimonia fortius veritatem aduerſus quorumque cauillationes defendere viſa ſunt.

ti) Veritas antiquiſſima, et cum ipſa lege diuinitus Moyſi tradita fuit: neminem a quoquam, nedum a ſemetipſo trucidandum eſſe. Nam et haec legis ſumma, vt proximum diligant ac ſe ipſos. Cui ergo in ſe, illi etiam in proximum ſaeuire licebit. Si cui licet occidere ſeſe, quidni liceret illi quoque alterum occidere, qui non pluris illi faciendus, atque ipſe ſibi? Quantum vero ſatis iam ſupra de ea re diſputauimus. Mentitur, eandem non ſemper fuiſſe legis ſententiam, quam Lactantio tandem et Auguſtino perperam tribuiſſe vidimus. Ex ipſa rei veritate et communi omnium interpretum conſenſu beati doctores illi ſine fuco, ſine partium vllo ſtudio, locuti ſunt. Veritas anti-

Digitized by Google

ſero nati, nunquam nati fuiſſent. tk) Superuacaneum eſt plura nunc addere, niſi forte illud Ambroſii in Pſalm. 118. vbi locutus de Iudaeorum Zelo quidem et timore Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, Et quid, ait, de Iudaeis dico? Sunt etiam in nobis qui habent timorem Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, ſtatuentes duriora praecepta, quae non poſſit humana conditio ſuſtinere. „ tl) Sunt vero talia praecepta, vt initio

antiquiſſima eſt, ipſoque ſcelere vetuſtior. Cum enim Iobi mulier inepta, paulo fortaſſis ante legem Moyſi traditam, doloribus et aerumnis cumulato coniugi mortem ſuaderet voluntariam: tu vero, is illi reſpondit, more loqueris mulierum inſanientium: nonne, qui ſecundam a Deo ante cepimus, aduerſam quoque fortunam aequo, ſi voluerit, feramus animo. Noli quid fingere audacius. Etiamſi Lactantius et Auguſtinus non fuiſſent, ſarta potuiſſet tamen eſſe tecta veritas, quae ſuo ſemet ſplendore prodit, ac nullius plane vel ſuauiſſimis opinionibus ſuccumbere nouit. Poenitet vero me toties totiesque repetita proferre, eademque reſpondere ſemper melioribus deſtituto ac pertinaciter continuo principium, pridem ſubuerſum et eneruatum, petenti.

tk) Eadem fuiſſet tamen, quae ante, veritas: et verbum Domini manet in aeternum: vt immutabilis eſt ratio, et hominis natura perennat.

tl) Grauius nihil aut triſtius excogitari poteſt iſto Stoicorum de morte voluntaria decreto: quod adeo miramur quemquam ex philoſophis Chriſtianis hominibus, contra naturam conditionemque humanam, velut deteſtandum ac turpiſſimum onus, imponere. Eſt illud profecto nomine Chriſtiano indignum, et ipſi quam maxime aduerſum humanitati: vt cane peius et angue fugiant abhorreantque omnes,

Digitized by Google

initio dixi, phantaſtica et enthuſiaſtica, quae ſolos autores ſuos, eorumque credulos et ſuperſtitioſos diſcipulos ac ſectatores obligant. tm) Profecto in tanta re nemo

omnes, quibus mens ſana eſt in corpore ſano. Chriſti iugum ſuaue, et onus, quod ſuſtinendum ſuis impoſuit, leue eſt: vt illius Domini et Seruatoris veſtigia legentes ſuam quiſque crucem quam lubentiſſime, ad finem vſque vitae, perferant, rati, qualeſcunque perbreuis huius vitae calamitates et aerumnas cum aeternae felicitatis magnitudine gloriaque coeleſti componendas non eſſe. Eo nos Chriſti eiuſque apoſtolorum omnium ſaluberrima doctrina ducit ac pertrahit. Contra qui nituntur peruicaciter, praecepta negligunt diuina, miſeriam generis humani communem maximo cum faſtidio reſpuunt, aduerſi nihil experiri volunt, peculiarem exoptant fortunae fauorem, ſuoque minantur ad exitium vti liberrimo arbitrio: Chriſti non ſunt diſcipuli, ſed antichriſti, et omnium minime ſibimetipſis ſapere aut conſulere didicerunt. Malunt enim, nequid aduerſi paterentur, ſemet diuinae praeripere prouidentiae, ac rebellantes deſperanteſque ſemet infernali permittere tyrannidi.

tm) Quae obſecro, ſunt hominis deliria? De homine non occidendo inſonte vt praecepta non agnoſcat diuina, quae voluntariam quoque prohibeant mortem. Blaſphemiam habeat ſibi, quae cuiuſquam attentionem non meretur. Videat ipſe, an lege exemtus gratiaque diuina olim potuerit ſemet occidere impune, et huius vitae qualemcunque miſeriam pro lubitu cum coeleſtibus gaudiis commutare. Experiatur num firmior atque certior ſit Chriſtianorum, an Stoicorum fides felicitaſque futura. Mihi ſpes vna, vnumque ſolatium Chriſtus, quo ſerius ocyus vocante et corpuſculi ſoluente vincula, quam lubentiſſime ſequar, eiuſque gratiam et miſericordiam incomparabilem,

 vel

Digitized by Google

nemo prudentior et grauior niſi ſoli Deo, claris ac diſertis verbis edicenti, credit. Alias quoque credulitas grauiter nocet, hic vero grauiſſime: imo eſt impia et peſſimi exempli, quia re ipſa Deo exaequat homines, eorumque opiniones ac ſuſpiciones pro diuinis habet decretis et iuſſis. tn)

Sequi-

vel inter mille cruciatus, amplecti non deſinam, donec tandem fuero conſecutus, quae opto, et mortalia non ſunt.

tn) O! ſi prudentius atque ſincerius praecepta voluerit attendere diuina. Nouimus, vt coeleſtem decet maieſtatem, breuiſſimas eſſe decalogi leges, ſed complexus amplisſimi, vt vitia virtutesque, ad iuſſionis vel prohibitionis ſummam aliquo modo pertinentes contineant. Ille vero impudentiſſime et impie diſertam et peculiarem de morte voluntaria requirit legem: eaque generaliori non contentus, in optimos quoſque legis interpretes et innocentiſſimos homines iniquiſſime inuehitur. Scopus et finis ſexti praecepti eſt conſeruatio vitae, atque adeo ſalutis cum noſtrae, tum alienae. Praecipiuntur ergo omnia, quae ad noſtrae et aliorum vitae conſeruationem et incolumitatem pertinent. Prohibentur vero ea omnia, quae ad deſtructionem vitae, vel alienae, vel noſtrae, conducunt. Et vulgo notiſſima interpretationis eſt regula: praecepta aut prohibita ſpecie aliqua praecipua, etiam cognatae ſpecies, ſiue totum genus praecipitur aut prohibetur. Haud ab re igitur cathecheſis Palatina ſexto praecepto Deum ait poſtulare, vt proximum neque cogitatione, neque verbis, neque geſtibus, nedum factis, aut contumelia ipſi, vel per alios, afficiamus, oderimus, laedamus, aut occidamus: ſed omnem abiiciamus cupiditatem vindictae. Inſuper ne noſmetipſos laedamus, aut ſcientes in aliquod periculum coniiciamus. Caedis eradicandam eſſe originem, iram, inuidiam, odium, et vindictae cupidita-

Sequitur ſecunda demonſtratio, vel demonſtrationis vniuerſae pars ſecunda. Pugnare item, inquit Rachelius, αὐτοχειρίαν (intellige ſemper εὔλογον ἐξαγωγὴν) to) cum recta ratione, multi cum veteres, tum recentiores, ſacri ac profani ſcriptores agnouere. Iam, addit, antiquiſſimis temporibus Pythagoras vetuit iniuſſu imperatoris de praeſidio et ſtatione vitae diſcedere. „ Hac de re ſtatim ab initio ſatis dictum, atque hoc aliiſque exemplis clariſſime monſtratum, aduerſarios nugari, decipi, decipere, mentiri, calumniari, demum paene delirare ac inſanire; adeoque indigniſſimos eſſe, quibus verba quaedam, teſtimonia, exempla veterum allegantibus

ditatem: eaque omnia pro caede haberi. Atque etiam hinc poſtulari, vt proximum aeque diligamus ac noſmet ipſos, lenitate, manſuetudine, patientia, et miſericordia. Sic non modo aliorum, verum etiam et multo magis propriae vitae laeſio neglectuſue prohibetur. Neque enim in nobis, neque in aliis deſtruenda eſt imago Dei. Alium enecare non licet, quia caro eſt noſtra: multo minus licet enecare nos ipſos. Vel quis vnquam dicendus contra leges naturae propriumque inſtinctum odiſſe ad internecionem vſque carnem ſuam? Inſuper nemo ſui poteſt eſſe arbitrii, aut vitam habere in poteſtate ſua. Cum ergo hominem inſontem occidere non liceat: nemini profecto etiam ſeſe, vt homo eſt, occidere licet. Aut, ſecus qui faxit, humanitatem exuiſſe oportet, ſuamque contra naturam et rationem egiſſe. Ipſa veritas, Deo grata, et omnibus ſalutaris, haud difficulter cuique patebit ſapienti. Credulis contra vel deſipientibus peſtifera ſui arbitrii mala perſuaſio et effrenata libido, vt ſalutis fontem, deſerentes in exitium ruant.

to) ἄλογον ἐξαγωγήν.

tibus credatur et reſpondeatur. tp) Addo tamen, vel itero, Pythagoram de diſceſſu ἀλόγῳ, ſiue de morte temere, ſine graui ac neceſſaria cauſa arrepta locutum fuiſſe: vti liquet vel ex Pythagorae ipſius exemplo. Mors quidem eius varie refertur: ſed plurium grauiorumque autorum fide niti, philoſophoque longe conuenientius mortis genus videtur, eum inedia finitum. Vide Laërt. et quae ad eum annotarunt Aldobr. et Menagius. tq) Cumprimis ridiculum eſt commentum quo fertur

tp) Atqui etiam nos, quantum ſatis, impudentiſſimi calumniatoris diſtorſionibus atque nugis reſpondimus.

tq) Clariſſima CICERONIS ſunt verba Catone maiore ſiue de ſenectute cap. 20. *vetat Pythagoras, iniuſſu imperatoris, i.e. Dei, de praeſidio et ſtatione vitae decedere.* Quod omnino veritati et religioni Chriſtianae conſentaneum. Neque ſolum hoc loco, verum etiam in ſomnio Scipionis Cicero docet, animos e coelo in corpora humana demiſſos, vt eſſent, qui orbem terrarum colerent ac tuerentur. Ita quoque Pythagoras corpus alicui praeſidio et ſtationi, vitam militiae, animum militi, Deum imperatori comparauit: vt ſuum cuique munus, officii rationem, atque certum vitae genus innuat, ſiue id ſplendidum et magnificum, ſiue ſordidum et humile, felix et iucundum, aut miſerum et calamitatis plenum fuerit. In magno enim exercitu plures ſunt gregarii milites, quam centuriones aut tribuni, multi calones et lixae, vnus belli dux et imperator. Omnes ergo milites ſi velint ad eundem dignitatis gradum adſpirare, nihil perpeti, aut ſuam ferre miſeriam: interiret exercitus, neque bellum geri poſſet. Ita ſuus cuique locus in vita eſt aſſignatus ab optimo et ſapientiſſimo imperatore, Deo: in quo perſiſtere et acquieſcere debet, donec ab ipſo imperatore auocetur: vt quod quisque eſt, id eſſe velit, nihilque malit.

fertur Pythagoras fugiens, cum ad locum quendam fabis conſitum veniſſet, conſtitiſſe ac dixiſſe: Capi praeſtat quam conculcare; interfici vero melius, quam loqui: atque ita a perſequentibus fuiſſe occiſus. Credi, quamuis aegre poſſet, ſi fatuae et ſupra modum ſuperſtitioſae anus mors referretur: de Pythagora vero qui poteſt? tr) Sed credamus, atque id etiam, Pythagoram intel-

malit. Hinc MARCVS TVLLIVS citato loco: *viuendi finis eſt optimus, cum integra mente, ceteriſque ſenſibus, opus ipſa ſuum eadem, quae coagmentauit, natura diſſoluit.* Noſter vero arbitratur, innui a Pythagora diſceſſum ἄλογον: et acu rem tangit, voluntaria enim εὔλογος mors nulla eſt: vtpote quae ſemper a deſperantibus temere nullaque adhibita ratione arripitur. Mortis, vt aliquoties monui cauſſae poſſunt eſſe plurimae, ſed voluntariae prorſus nulla eſſe poteſt. Pythagoram ſuo exemplo contrarium oſtendiſſe, mihi nequidem vero videtur ſimile, etiamſi quis, cum fuerit ante ſapiens et doctus extremo deſipere, et multa ſtultitiae poſſet exhibere documenta. Sententiarum diuerſitatem in eius vita DIOGENES LAERTIVS lib. 8. p. m. 591. ſeqq. annotauit. Confer. animaduerſ. (n b.) de morte volunt. p 48. ſeq. Si fortaſſis inedia, non ſua ſponte periit, quoniam delubro Muſarum incluſus, atque ab hoſtibus obſeſſus, vnde viueret, ciborum nihil impetrare potuit.

tr) Non plane contemnenda, quae LAERTIVS l c. memoriae prodidit. Cum multos annos Crotone egiſſet, Metapontum commigrauit: vbi et annos LXXXX. natus diem obiit ſupremum. Quanti autem illum fecerint Metapontani, quibus vt et Crotoniatis leges ſcripſit, vel inde conſtat, quod ipſius aedes illi fanum conſecrarunt, atque vita defunctum diuinis honoribus proſecuti ſunt. De mortis genere alii alia tradiderunt, et incerta ſunt omnia: cum quidam

Digitized by Google

intellexiſſe diſceſſum e ſtationeRachelii aliorumque ſenſu; quae eſt hic deliri et ſuperſtitioſiſſimi hominis autoritas. ts) Denuo nulla eſt hic Pythagorae et ſectatorum eius omnium autoritas, ſi vera ſint, quae de illis ex Clearcho refert Athenaeus l. 4. nempe animas corpori et huic vitae in poenam alligatas eſſe; Deum edixiſſe (vbi? quando? quis audiuit?) niſi in his *donec ipſe volens eas ſoluerit*, permanſerint, maiores grauioreſque calamitates eſſe paſſuras.„ tt) Vbi id quoque, et quomodo? ſi animae migrent.

dam illum trucidatum, quidam ſubitanea morte ſublatum, quidam in Muſarum templo inedia peremtum, quidam in Milonis domo cum diſcipulis exuſtum dicant. Conferantur, quos IOH. IAC. HOFMANNVS citat lexici vniuerſalis tomo altero p. m. 232. ſeq.

ts) Vtique nihil exempla probant, ſed rem atque cauſſam aliquo modo illuſtrare poſſunt. Et quae ſapientes edixerunt, cum ratione videntur omnino conuenire. Nos quidem nullius ſtamus auctoritate hominis (poſſunt enim errare omnes) veritates tamen, quiſquis edixerit, amplecti ſine maleuolentia debemus. Sunt Pythagorae alia dogmata vera nulloque modo reiicienda, alia vel male intellecta, vel aperte falſa: quae ſaniorum profecto non merentur aſſenſum, vel in rebus demonſtrandis fidem. Hoc ſolum Rachelius oſtendere voluit: non approbare Stoicorum de morte voluntaria miſerabile decretum. Eiuſdem ergo cum ſanioribus ſententiae, non potuit non profiteri veritatem: neque hinc delirus aut ſuperſtitioſiſſimus homo ſine maxima iniuria appellandus videtur:

tt) Dubium non eſt, Pythagoram multa in Aegyptiorum ſcholis ex Iudaeorum inſtitutione et ſacro codice ſuis paſſim dogmatibus exprimenda hauſiſſe, et obſcurius miſcuiſſe. Vt poena ſequeretur peccatum, et vita hominis miſeriae per-

migrent. Putemus ex corpore impii et grauiſſime torquendi, in auem quandam, alaudam, luſciniam, migrare animam. tv) Deinde animae, ſaltem innocentes, piae, iuſtae, ſanctae, quae per vim et crudelitatem hoſtium ac tyrannorum exturbantur, et velut exprimuntur aut extorquentur; non ſoluuntur, Deo volente. Itaque non Dei voluntati, ſed impiorum hominum inſaniae ac furori repugnant, qui animas ſuas leniori modo ſoluunt ac educunt: tx) Denique Pythagoras vetuit tan-

perpetuiſque calamitatibus eſſet obnoxia: Deus edixit Geneſ. III. 16. ſeqq. non ſine doloribus multis naſcendos eſſe homines, ſteriles ipſis futuros eſſe agros, nec ſine labore et ſudore colendos, aerumnoſam fore totam hominis vitam et inſigni ſolicitudine ſuſtinendam, donec redigatur in terram, ex qua corpus fuerit initio exſtructum. Vnde ſatis quidem manifeſte ſequitur, eo vſque in vita permanendum, nec licere cuiquam rumpere diuinum opus, niſi et eam legem tranſgrediens poſt fata maiores grauioreſque calamitates perpeti velit.

tv) Illud vero huc non pertinet dogma τῆς μετεμψυχώσεως, tranſmigrationis animarum in alia corpora, quod Pythagoras, teſte HERODOTO, ab Aegyptiis accepit, ab aliis vero ſemper, nec immerito, perſibilatum fuit. Confer. LVCIANVS in dialogo Galli et Mycylli.

tx) Culpam non praeſtamus alienam, neque tyrannorum laudamus crudelitatem. Iſtos diuinae relinquamus vindictae. Cur autem ipſe tu velis perſonam induere tyranni, atque crudelitatem inauditam exercere in temet ipſo? Conſtat, ſine numine fieri nihil. Et quod aliis forſan in me, neutiquam mihimet ipſi licet. Si Deus me vult viuere: ſine rebellione, perfidia, et ſummo ſcelere memetipſum occidere nequeo. Malitioſa profecto aut ſtulta volunta-

Digitized by Google

tanquam grande nefas, imo tanquam Cyclopicum et belluinum, lupis, vrſis, tigribus et leonibus proprium, animantes quoque occidere, mactare et comedere, ipſis religioſis hic aduerſariis ſpernentibus ac ridentibus, intrepideque vorantibus. ty)

Poſt Pythagoram ſtolide adducit Rachelius ex Phaedone orationem Socratis, quam ſibi aduerſari paulo poſt fatetur, et Ex his, inquit, apparet Socratem in genere quidem de αυτοχειϱία recte ſenſiſſe (et quis non ſenſit?) excepiſſe tamen caſus quoſdam. „ tz) Atqui non de

luntariae mortis excuſatio, quam viderint, quo pertineat, hominum contumaciſſimi, non ſe repugnare diuinae voluntati, ſed hominum furori et inſaniae: cum nefario auſu ipſi furorem inſaniamque ſuam prodant.

ty) Quibus ſcilicet Pythagoras non potuit ſcribere leges. Nec verum eſt, eum adeo ſeuere mactationem et comeſtionem animalium prohibuiſſe. Cum intellexiſſet, homini dictum a Deo Geneſ. III. 18. oleribus, et herbis inter ſpinas creſcentibus campi, et laborioſius quaeſito pane victitandum: a carnibus quantum, fieri poſſet, abſtinendum putauit: eo quidem praetextu, ne quis parentes aut conſanguineos comederet ſuos: reuera vt homines adſueſcerent cibis, qui magis parabiles, et corporis ſanitatem conſeruarent. Ipſe vero non omnino ab animalium eſu abſtinuit, porculis hoediſque tenerioribus victitans, vid. A. GELLIVS noct. Attic. lib. 4. cap. 11. pl. confer. G. I. VOSSIVS de philoſophorum ſectis cap. 6. §. 35. ſeqq. p 41. ſeq.

tz) De Socratis morte ſatis dictum ſupra: veritatis ille teſtis non ſua ſponte ſumſit, ſed inperterritus, ipſius magiſtratus iuſſu, accepit venenum, atque, vt PLATO in Phaedone oper. p. m. 47. memoriae prodidit, ſatis quidem diſerte monuit, homines ſub aſſidua Dei eſſe cuſtodia, neque licere, niſi quando Deus voluerit, hinc emigrare. Sed noli

Digitized by Google

de ἀυτοχειρίᾳ, ſiue nece ſui, vti nec aliorum, in genere; ſed in quibuſdam tantum caſibus, et ex quibuſdam cauſis, id eſt de ἐυλόγῳ ἐξαγωγῇ, eſt quaeſtio. Quaeritur, inquam, non vtrum cuique, et ſemper, et ex quacunque cauſa liceat temere ſe occidere; ſed an

noli credere, quidquam eorum, quae protulit, ſententiae noſtrae aduerſari. Cebes cum rogaſſet, quam ob cauſſam nefas haberetur, ſibimet inferre manus: reſpondit, non decere id facere, nec quando et quibus melius ſit mori, quam viuere. Neque adeo tibi videatur mirum, quod his, quibus praeſtat mori, non liceat ſibimet prodeſſe, ſed alium oporteat exſpectare, qui proſit. Nos homines ſumus in quadam cuſtodia: neque decet quemquam ex hac ſe ipſum ſoluere, neque aufugere. Deos quidem curam habere noſtri: nos vero homines vnam quandam eſſe poſſeſſionem Deorum. Tu vero, inquit, ſi quod ex mancipiis tuis ſe ipſum perimeret, quum tu minime ſignificaſſes, velle te vt e vita excederet, iraſcereris illi? et, ſi poteſtatem haberes, poena quadam afficeres? Omnino, affirmat Cebes. Atque hinc concludit Socrates, non prius decere ſe ipſum interficere, quam Deus neceſſitatem aliquam impoſuerit: qualem NB. nobis impoſuit in praeſentia. Illud vero plane non morti voluntariae patrocinatur. Neceſſitas non poteſt noſtri eſſe arbitrii, ſed a vi quadam aliena, et illa quidem viribus noſtris maiori dependet. Si quis ad malam crucem aſcendere debet, ſi membra ſubiicere cruciatibus, ſi venenum, vt Socrates, aliaue mala debet accipere, quibus nullo modo reſiſtere poteſt. Ita mortis, vt ſaepius monui, poſſunt eſſe innumerabiles cauſſae, mortis autem voluntariae, vt ſua ſponte quis eſſet paricida ſuus, per rerum naturam, cauſſa prorſus nulla excogitari poteſt, niſi furor extremus, deſperatio, et inſania: vnde non ἔλλογος, ſed ἄλογος dicenda mors eſt.

Vv

an nulli, et nunquam, nullaque ex cauſa, nulloque in caſu cum ratione ſe educere. Poſterius hoc eſt Rachelio demonſtrandum, vel iuxta ſuperiorem ſuam quaeſtionem, et confidentem aſſertionem. va) Iſti vero, vnus Pythagoras et Socrates, iique etiam aduerſi, vb) ſunt

va) Satis clare et perſpicue ſententiam dixi. Neque nunc demum intelligimus controuerſiae ſtatum, in ſuperioribus iam toties totiesque formatum. Caſus adeo triſtis eſt nullus, neque hinc cauſſa, vt prouidentiae nos ſubducamus diuinae, aut nobis noſtri caedem licere putemus. Sic perſibilata dudum ἔυλογος Stoicorum ἐξαγωγὴ, quae ſummam hominum oſtendit ſtultitiam, et miſeros non ad ſalutem, verum ad irreparabile damnum exitiumque ducit: vt cane peius et angue fugienda videatur, defendenda nullo modo.

vb) Vidimus autem paulo ante contrarium. Vtriusque mentem ſecutus CICERO ſomnio Scipionis cap. 3. *Niſi Deus iſtis te corporis cuſtodiis liberauerit, huc*, in templum coeleſte, *tibi aditus patere non poteſt. Homines enim ſunt hac lege generati, qui tuerentur terram. - Piis omnibus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis: nec iniuſſu eius, a quo ille eſt vobis datus, ex hominum vita migrandum eſt, ne munus humanum aſſignatum a Deo defugiſſe videamini.* Et APVLEIVS libro de philoſophia p. m. 53. *Sapiens nec in ſecundis rebus effertur, nec contrahitur in aduerſis: cum ſe ornamentis ſuis ita inſtructum ſciat, vt ab iis nulla vi ſegregetur. Hunc talem non ſolum inferre, ſe ne referre quidem oportet iniuriam. Non enim eam contumeliam putat, quam patientia firmiter toleret. Qua quidem naturae lege in animo eius ſculptum ſit, quod nihil horum poſſit nocere ſapienti, quae opinantur ceteri mala eſſe. Sapientem - ſecurum et confidentem in omni vita futurum, quod omnia accidentia reputet, ad meliores rationes trahens: et quod nihil moroſe vel difficulter accipiat, ſibique perſuadeat, pertinere res ſuas ad immortales Deos.*

Idem

ſunt omnes illi veteres, quos tanquam opinionis ſuae patronos allegare potuit temerarius aſſertor, et futilis, ſi quis, demonſtrator. vc)

Barthius in Notis ad Zachar. Mityl. alia quaedam corraſit, ſed minori quam Rachelius iudicio et fide. Nam allegat in ſuam ſententiam M. Antoninum, Epictetum et Ciceronem, quos conſtat probare mortem voluntariam in iis, quos excepimus, caſibus. Vel haec ſola ſtultitia aut impudentia iuſti inſtar argumenti eſt contra Barthium; ſufficitque ad eum tanquam inſignem hic calumniatorem protinus repellendum, ac ne audiendum quidem. vd) Sed audiamus. Allegat quo-

Idem ille diem mortis ſuae propitius nec inuitus exſpectat, quod de animae immortalitate confidat. Nam vinculis liberata corporeis, ſapientis anima remigrat ad deos. - - Non ſolum autem oportet, dum vitam colit, digna diis diſcere, nec ea agere, quae eorum maieſtati diſpliceant, verum et tunc cum corpus relinquit, quod non faciet inuito Deo. Nam etſi in eius manu eſt mortis facultas, quamuis ſciat ſe, terrenis relictis, conſecuturum eſſe meliora; niſi neceſſario perpetiendum eſſe illud lex diuina decreuerit, accerſere ſibi tamen eum mortem non debere.

vc) Sufficiunt illi ſectarum Italicae et academicae principes: cum vna Stoicorum ſecta voluntariam videatur defendere mortem. Supra vero etiam demonſtratum, Hebraeos, Aegyptios, Perſas, Indos, pleroſque omnes verae ac priſcae ſapientiae cultores, iſtam nec ſibi ſapientium ſententiam aperte ſatis damnauiſſe: et qui mortem ſibi non dubitauerint conſciſcere ipſis, olim, vt hodie, plurimis nationibus inuiſos et ſceleſtos fuiſſe, adeo quidem, vt facinus turpiſſimum iſtorum famae vel heredibus fraudi eſſet.

vd) Aeneas Gazaeus et Zachar. Mitylenaeus de immortalitate animae, et mortalitate vniuerſi, cum an mad-uerſio-

Digitized by Google

quoque Heliodorum dicentem, ſe perſuaſum a theologis, non educere ſe e vita, ſed ſubducere (ſi Graeca recte capio) e patria, vel a matre, et fugere domus ſolitudinem: *ὑπεξάγω δὲ τῆς ἐνεγκούσης, καὶ τὴν ἐρημίαν τῆς οἰκίας ἀποδιδράσκω.* Bone Deus! quale iſtud et quam graue teſtimonium ac decretum contra omnem mortem voluntariam: ac ſi per eam non liceret vnquam ad veram illam et communem patriam ac domum euolare, atque fugere mortem crudelem, aliaque ſaepe dicta; cum licuerit Heliodoro, vel illi quem inducit loquentem, domus tantum ſolitudinem fugere. Deinde ait Heliodorus ſe haec dicere perſuaſum a theologis, nempe exteris, vt puto, ſiue profanis, id eſt graphicis nugatoribus ipſis, ac interpretibus fabularum. ve) Poſt alle-

uerſionibus Caſpar. Barthii prodierunt Lipſiae 1655. 4. Barthii animaduerſiones eruditiſſimas, quod eius ſententiae non fauent, nihili faciendas putat: a doctiſſimis vero quibusque immortalia tanti viri merita toto celebrantur in orbe, cuius annotata profecto reiicienda non ſunt. Cicero academicus voluntariam mortem nuſquam probauit, cuius aliquot ante vidimus loca. Atqui etiam ſaniores et modeſtiores Stoici, vt Epictetus et M. Antoninus imperator, imo et Seneca ipſe, quorum nos quoque praeliminari de morte voluntaria diſſertatione pag. 22. ſeq. mentionem fecimus, eam non omnino, etiamſi quaedam videretur vrgere cauſſa, ſuadere voluerunt, nedum exemplo commendare ſuo.

ve) Quoquo ſe res habeat modo, Heliodorus mortem non potuit approbare voluntariam. Apud eum l. 2. c. 6. Charicles diſerte ſatis: *ἐμαυτὸν οὐκ ἐξάγω τοῦ βίου, τοῖς θεολογοῦσιν ὡς ἀθέμιτον τὸ πρᾶγμα πειθόμενος.* *Non expello me e vita, iis, qui de rebus diuinis diſſerentes id facere nefas eſſe docent, obtemperans.*

allegantur a Barthio Zoroaſter et Pſellus, dicentes, Non educ; ne exiens (anima) habeat quid. Item Non eſt fas, inquit Pſellus, ſeipſum occidere, antequam Deus neceſſitatem immiſerit. Melior enim haec mors. . . Eiuſdem ſententiae videtur hoc Apuleii: Sapiens corpus non relinquet inuito. Vtrumque recte, et noſtrae ſententiae conuenienter. Nempe fas eſſe corpus aliquando relinquere, et animam educere; ſed non antequam Deus vult, et neceſſitatem aliquam immittit, eaque voluntatem ſuam ſignificat. vf) Egregie Epictetus:

perans. Clarius profecto nihil dici potuit, voluntariam exprobrans mortem. Eius vero non aliter apud nos valet auctoritas, quam decretorio quatenus reſpondet ipſius Dei mandato, ne quis pro lubitu, antequam auocetur, ſtationem relinquat ſuam. Sufficit in ſacris domini et imperantis ſummi vox, obligans aeque omnes, *occidere noli*. Quem? inſontem neque te, neque alium, vtpote creatoris imagine diuina inſignitum hominem. Ipſaque ſimul omnes docet ratio et natura, vitae humanae dominum non eſſe alium, quam qui eam dedit. Hinc boni et ſapientes, quotquot fuerunt, infinita patientiae dederunt exempla, vitamque inter moleſtias tranſegerunt, et longe maxima, non ſumentes, ſed exſpectantes mortem, qua decet, conſtantia et fide, tolerarunt tormenta. Si qui contra peccarunt: eorum exempla profecto non imitanda, ſed deploranda eſſe videntur.

vf) Audin fallaciam? Non eſt Dei voluntas eadem atque voluntas hominum. Si te Deus vult mori, momento et facillime ſoluere poteſt vinculum, quo vnus ille ſummus et omnipotens opifex cum corpore animam coniungere potuit. Ea ſi cum voluntate diuina venerit moriendi neceſſitas, profecto moriendum tibi eſt: nunquam vero manuum

tus: Militia eſt cuiusque vita, et diuturna quidem et varia. Obſeruare decet militis obedientiam, et quae imperator iuſſerit facere omnia: etiam coniectura quid velit colligere. Huc reuoca ex eodem alibi excerpta. vg) Tullii quoque verbis diximus: Quum iuſtam cauſam Deus ipſe dederit, vt quondam Socrati et Catoni, ſaepe multis: nae medius fidius vir ſapiens ex his tenebris in illam lucem exceſſerit. Alioquin ſtolidiſſimum vtique eſſet dicere, eos omnes ſe occidere, vel occidiſſe; idque iure, idque volente Deo, aut eo non inuito, quos naturalis vel violenta mors ab aliis illata rapuit; ſi id quidem per voluntatem Dei, et neceſſitatem ab eo immiſſam intellexerint Apuleius et Pſellus. vh) Poſt hos ineptiſſime adducit Barthius Hiero-

nuum tuarum violentia opus eſt, vt naturam ipſam, eius auctore inuito, expugnare audeas.

vg) Exercitat. philoſophica de morte voluntaria pag 83. confer. noſtra praeliminaris diſſertatio pag. 22. Hic vero latet anguis in herba. Recte cum Pythagora vitam humanam componit cum militia: vt vnumquemque deceat imperatori eſſe obſequentem. Quae iuſſerit, diuinis docemur oraculis: coniectura vero, quid velit, hominis cuiuſque fallaci nunquam profecto colligitur recte: aut diuinam oporteret ab humana dependere voluntatem, vt pro arbitrio ſuo, i. e. imperantis ſummi iuſſu, agere ſemper, atque adeo ſemet occidere poſſit. Quod ſapientum nemo licere dixerit vnquam.

vh) Quamuis CICERO paſſim ex mente Stoicorum loquatur, ipſe tamen ſecutus Platonis dogmata quam maxime a voluntaria morte abhorruit. Laudat noſter, quod ipſi fauere viſum. Tuſculan. quaeſt. l. 1. c. 30. *Cato ſic abiit e vita, vt cauſſam moriendi nactum ſe eſſe gauderet.* Peſſime. Ita

Digitized by Google

Hieroclem et Euxitheum quendam, atque Deſperationem, ait, inanem talium hominum pulcre demonſtrat Hierocles in Aur. Carm. Metu enim vltionis ſcelerum cupiunt morte abolere animam, ſed in altiora ſeſe mala praecipitant. Hic nobis fabuloſos poëtarum inferos, iudices et iudicia recantat. Sed nihil ad nos deſperantes illi, et ſceleratam animam morte abolere cupientes: non magis quam ad Barthium ii, qui male ſperant, et impie viuere perſeuerant, ſceleratasque animas, quamdiu poſſunt vnquam, retinent ac conſeruant. vi) Quae porro ex Phauorino, vel Theodoro quodam

Ita ipſi quidem videbatur Catoni, libertatem reip. ſuaque commoda deſperanti: ſed moriendi non habuit cauſſam, quoad regum rex coeleſtis atque rerum ſapientiſſimus arbiter illi vitam conceſſit. Quaſi vero neceſſitas aut vis quaedam externa eum mori coegiſſet: *vetat enim*, Cicero pergit, *dominans ille in nobis Deus, iniuſſu hinc nos ſuo demigrare. Cum vero cauſſam iuſtam Deus ipſe dederit, vt tunc Socrati, nunc Catoni, ſaepe multis: nae ille, medius fidius, vir ſapiens laetus ex his tenebris in lucem illam exceſſerit: nec tamen NB. illa vincla carceris ruperit. Leges enim vetant. Sed tanquam a magiſtratu, aut ab aliqua poteſtate legitima, ſic a Deo euocatus atque emiſſus, exierit,* Manum ergo a nobis ipſi abſtinere debemus, neque ſcelus adeo nefarium ac triſte ſaeuientes committere. Siue nos violenta, ſiue naturalis mors opprimat: triumphantes ac laeti poſſumus animam commendare Deo, et ea quidem moriendi cauſſa et neceſſitate nos omni culpa vacamus.

vi) Nihil ad nos, nihil ad alios, aliorum pernicies attinet. Veritatem profiteri tamen quiſque debet. Qui viuunt male, etiam male moriuntur. Cuiuſque facinora iuſtiſſimus iudex in apricum prolaturus, ſine mortalium, qui omnes

quodam Cytheraeo afferuntur a Barthio, cónueniunt iis quae ex Alex. Aphrodiſ. Stoicis obiectat Rachelius: quibus inferius reſpondebitur. Interim et in vniuerſum, vti ſupra quoque indicauimus, ſi qui philoſophorum, aut aliorum etiam, mortem voluntariam verbis nonnullis quandoque minus probaſſe videri poſſint; ii vel ambiguis, ineptis, vanis, infirmis, aut ſingularibus (quae, ſi quid, contra ſolum ſapientem Stoicum, qui vix reperitur, valent) argumentis vſi ſunt: vel ſibi ſuaeque ſententiae de fine et ſummo bono, quo officia omnia referenda, repugnarunt: vel de morte inconſulta, intempeſtiua, praecipiti, iniuſta ſunt locuti: vel demum iuuenes quidam fuerunt ſine experientia, et graui maturoque iudicio. vk) Certe Brutus inſtante pugna Philippenſi rogatus a Caſſio, quid ipſi de fuga et mor-

omnes in reatu, conſilio aut defenſione iudicabit. Nec ſapientem puto eſſe negaturum, etiamſi fabula proponeretur caſus, quod, qui ad poenas et calamitates fugiendas ſemetipſos enecare non verentur, in maiores etiam vel poenas, vel calamitates ruant.

vk) Antiquum obtinet: vbi ratio deficit, aemulatis in ipſam veritatem eiuſque profeſſores inuehere non erubeſcit calumniis. Ad argumenta propoſita importuni diſputatoris exſpectamus reſponſionem: et probe intelligimus, quamuis non Stoicorum ſenſu, qui actionum ſit quarumque finis, et quod ſummum bonum, vt officia eo referantur omnia, neque fortaſſis quidquam admittatur iniuſti vel parum honeſti. Iterum vero iterumque aſſeueramus, eſſe quamcunque voluntariam mortem, quoquo eam quis velit defendere modo, inconſultam, intempeſtiuam, praecipitem, et iniuſtiſſimam. Cetera textus habet: neque iudicii, neque maturioris aetatis aliquod vitium, niſi maleuolentiſſimus, accuſare poterit quiſquam.

Digitized by Google

et morte eſſet ſententiae, reſpondit: Iuuenis ego, Caſſi, etiamnum, rerumque imperitus, neſcio qua ductus philoſophica ratione, magnopere damnaui Catonem.... Nunc fortuna ſententiam meam vt mutarem effecit: et ſi inſtitutum noſtrum Deus non ſecundet, non exiſtimo nouas mihi ſpes experiendas, bellumue reparandum, ſed moriar. et ita fecit. vl)

Nunc denuo ad Rachelium, qui poſt ea quae male dixerat de Pythagora et Socrate, nunc tanquam ex ſana ratione et lege naturae adducit brutum illud, vel ex brutis quaſi inuitis et repugnantibus coactum argumentum, vm) et alterum ex ſaeuitia in innocentem:

vl) Peſſime. Deſperans enim et furioſus, quod ipſi non videretur fauere fortuna, aut inſtitutum pro voto ſecundare Deus, ſemet non dubitauit enecari: qui ante, cum mentis eſſet compos, optima ratione facinus inſolens atque triſtiſſimum Catonis damnauerat.

vm) Profecto a minori ad maius argumentum non eſt de nihilo. Si quaeuis animalia etiam bruta inſtinctu quodam naturali trahuntur ad vitae conſeruationem, ſuamque abhorrent necem: multo magis homines rationali anima praediti factique ad imaginem Dei, quoad ſummus rerum vult arbiter, de ſui conſeruatione ſoliciti eſſe debent, neutiquam vero ſibimet ipſis adimere vitam: cuius nulla poteſt vnquam intercedere neceſſitas. CICERO de finibus bonor. et mal. lib. 3. c. 5. *ſimul atque natum eſt animal, ipſum ſibi conciliari, et commendari ad ſe conſeruandum, et ad ſuum ſtatum, et ad ea, quae conſeruantia ſunt eius ſtatus, diligenda: alienari autem ab interitu, iiſque rebus, quae interitum videntur afferre.* cet. Res vulgo notiſſima, quod ſuam animalia quaeque tueantur ſalutem, mortem vero et perniciem quouis modo vitare ſtudeant: eſt enim plane contra natu-

Digitized by Google

tem: v n) quae dudum excuſſimus ac exploſimus. Sequitur Mecaenatis votum, de quo itidem ſuo loco. v o)

Sed quid nunc dicam quod confidentiſſime mentiatur conſenſum omnium gentium: Hebraeorum, Graecorum, Romanorum, Indorum, aliorumque? Hos omnes damnaſſe ait αὐτοχειρίαν, niſi quod, vt Socrates, caſus nonnullos exceperint. v p) Atqui, vt con-

naturam, atque rerum terribilium omnium maxime terribilis, quae animam diſſoluit a corpore, et vitae facit finem, cuius conſeruandae inſitus eſt cum amore cuique ſui laudabilis inſtinctus.

v n) Incredibilis ſane crudelitas atque ſaeuitia eorum eſt, qui ſemet transfigere ferro, ſuſpendere laqueo, rumpere viſcera veneno, excruciare fame, corpuſculum ſuffocare, ſubmergere aquis, et quod alteri factum horrent, in ſemetipſos ſtatuere non verentur. Quaerit iſtorum quendam VARRO: *Quamnam te dicam eſſe feram, Qui manu corporis feruidos Aperis lacus ſanguinis, Atque vita te leuas Ferreo enſe?* Nulla ſane maior excogitari poteſt inſania, ſtultitiaue maior atque rabies. Non fiunt ergo iſta ſcelera, niſi ſubito, audaciſſimo deſperantis impetu, coeca feruidaque impatientia, et furore quodam: nec ſpiritum quiſquam conſilio aut maturiori deliberatione deponit.

v o) Vid. ſupra animaduerſione (i p). Pluribus conferatu IOH. STOBAEVS ſentent. ſermon. 118. vbi et illud ex Phauorino in primis notatu dignum: Theodorus Cytheraeus, nullam ſatis magnam cauſſam ſapienti eſſe ad vitam finiendam, hac ratione probauit. Iſtum, qui caſus humanos contemnit, vitam propter eos relinquere, quomodo non contrarium fuerit illi, qui nihil bonum quam honeſtum, et ſolum turpe malum aſſeruit?

v p) Et hoc ſatis clare ſupra demonſtratum iuimus. Socrates vero caſum ſiue cauſſam excepit ſufficientem, vnam mori-

Digitized by Google

conſtat, et toties indicatum eſt, ex illis caſibus tota lis pendet, et ſumma rei. Agitur enim de officio periſtatico, non de eo quod ſit ἄνευ περιστάσεως. Qui confidenter aſſeruit, nullo in caſu, nullaque ex cauſa licere mortem ſibi conſciſcere, diſſentientes vtique, non conſentientes habet omnes populos, qui nonnullos caſus exceperunt, et cauſas. v q)

Puta quenquam confidenter aſſerere, nunquam, nec vlla ex cauſa, vlloque in caſu licere alium occidere,

 bellum

moriendi neceſſitatem, a magiſtratu aliaue externa vi mortalium cuidam, vt ipſe vacaret culpa, impoſitam: quam et Socrates et plures alii, ſub Tiberio et tyrannis in imperio Romano ſequentibus, experti ſunt. Genus autem iſtud ſupplicii, quo porrectum ſua manu acceperunt venenum, ne minimam quidem voluntariae mortis ſpeciem oſtendit. Si qui caſus exceperunt alios: recentioris aeui peculiares interpretum fuerunt opiniones, non gentium communes, vt aliquam prae ſe ferrent auctoritatem atque conſenſum.

v q) Dictus initio ſtatim fuit hic atque ſaepe repetitus controuerſiae ſtatus: iterumque aio, caſum eſſe prorſus nullum, quo quis iuſtam capere poſſit mortis voluntariae cauſſam: aio, inquam, rurſus, atque confidenter aſſero, nullo in caſu, nullaque ex cauſſa licere mortem ſibi conſciſcere. Vnam enim ſibi T. O. M. Deus, penes quem vnum ius vitae ac necis, aſſeruit voluntatem atque potentiam ſuam: quam exſpectare noſtraque non peruicaciter debemus abuti manu. Quas in ſuperioribus voluntariae mortis credidit eſſe cauſſas: demonſtrauimus ſatis luculenter, eas eſſe nullas: nec praeter Stoicos, nimis in eo genere liberales, credimus fore ſapientum quemquam, qui non agnouerit, vnicam ſolius Dei voluntatem efficaciſſimam, ſine nobis noſtrae, vt vitae, ſic mortis eſſe cauſſam: cuius ſumendae nulla nobis poteſtas relicta.

Digitized by Google

bellum gerere, periculo mortis ſe offerre: quia omnium gentium, ſaltem cultiorum ac moderatiorum, conſenſu vetitum ac damnatum, iſta facere temere, male, ſine iuſtis ac neceſſariis cauſis; vel non niſi in caſibus nonnullis exceptis: quis non diceret eum eſſe animal rationis expers, imo ſtipitem et fungum? vr) Vt res manifeſte pateat, demonſtrationem Rachelii paucis complectamur. Quicquid omnium gentium conſenſu ita damnatum eſt, vt nonnullos caſus cauſasque exceperint, id nullo in caſu, nullaque ex cauſa licet: atqui... ergo... Hoccine eſt demonſtrare, an delirare potius, et inſania laborare, quam tota vix eluerit Anticyra? vs)

Porro ex philoſophis variarum gentium optime iudicatur de conſenſu vel diſſenſu gentium ipſarum. Certe ſi de veritate et officio, praeſertim periſtatico, diſceptatur, potior eſt paucorum etiam philoſophorum, quam omnis vulgi et ei dominantium auctoritas.

vr) Haeccine, fidem teſtor atque ſanum cuiuſque ſenſum, toto coelo diuerſarum rerum ſimilitudo? Vim vi repellere licet, ac gerere bellum, ad ſui conſeruationem, rectam viuendi rationem, pacem atque ſecuritatem obtinendam: licet facere omnia ad publicam et priuatam ſalutem procurandam: ergo licet etiam ſemet occidere ipſum, ad ſui deſtructionem, ad perniciem attrahendam, ad ſalutem vitamque ipſam perdendam. Quod qui ſtatuerit, eum oportet animal eſſe rationis expers, ſtipitem atque fungum.

vs) Deſipere noli: argumentatio vera haec eſt: quicquid diuinis et humanis legibus aduerſum, nullo caſu, nullamue ob cauſſam licere dicendum. Atqui - - Ergo - - Quod plane contra naturam et abominandum, nullis caſibus cauſſisque exceptis, omnium gentium conſenſu damnatur. Atqui - - Ergo - - Ergo calumniari deſine.

Digitized by Google

tas. vt) Philoſophi autem omnes, fatente Rachelio ipſo, et prolixe, ac ſibi ſaltem ſuperflue, imo perniciofe (tanta eſt denuo, et vix credibilis hominis iſtius, vel dementia, vel negligentia, aut impudentia etiam) teſtimonia allegante, mortem voluntariam variis ex cauſis; complures etiam exemplis ſuis et factis ipſis probarunt. vv) De ſapientibus Indorum, vx) et nominatim Calano vy) et Zarmanochega; vz) item de Pythagora xa) et ſectatoribus, Charonda xb) et Em-

 pedocle

vt) Poſſunt vnius gentis philoſophi eſſe diuerſiſſimi. Nec mihi ſapere videntur, qui ſibi non ſapiunt. Si veritatis et ſapientiae ſunt amantiſſimi, ſuam doctrinam, quae ſaluberrima eſſe debet, exemplo vitaque ſua comprobant, ac nulli nimis adhaerent ſectae: ſunt profecto maioris fidei et auctoritatis, quam ignobile vulgus, et omnes illi, quibus audacia licet pro ſapientia vti.

vv) Illorum quotquot fuerunt, philoſophi nequidem nominari merentur: et omnium ſtultorum ad perniciem ſuumque exitium coeco impetu prorumpentium antesignani fuerunt.

vx) Indorum ſapientes mortem voluntariam nunquam probarunt. Quidam inepte philoſophiam affectantes, et neſcio quam inde captantes gloriolam, ſemet concremare inſtituerunt. vid. animadu. (sl) et (tl) exercit. de morte voluntaria p. 212. ſeq.

vy) De homine illo nequam et Alexandri adulatore dictum quoque ſupra, pl. confer animadu. (rl) pag. 210. ſeq.

vz) Vid. exercit. de morte voluntaria pag. 214.

xa) De Pythagora ſatis dictum ſupra. Ille vero quam maxime damnauit mortem voluntariam, neque ſua manu periit, ſed alieno ſcelere. Confer. exercit. de morte volunt. p. 48. ſeq.

xb) Ibid. p. 49.

pedocle xc) ſatis dictum. Praeceptorem vero Pythagorae Pherecydem quidam apud Laërt. l. 1. dicunt ex Colycio monte ſe praecipitaſſe. Alii quidem referunt morbo pediculari abſumptum: ſed veriſimile eſt, eum in hoc ipſo morbo inedia ſe confeciſſe, vel aliter certum ſibi viuendi finem feciſſe. Id clare ſatis colligi videtur ex epiſtola ipſius Pherecydis ad Thaletem. Morbo magis magisque inualeſcente, neque medicorum quenquam, neque amicorum admiſi. . . eiſque praedixi, vt poſtridie ad Pherecydis exequias conuenirent. xd) Aliud mortis, et quidem, vt ſuſpicari licet, voluntariae genus refert ex Hermippo Laërtius, qui l. 2. Anaxagoram quoque ſeipſum eduxiſſe vita tradit. xe) Idem narrat Stilponem obiiſſe ſenem hauſto vino, vt citius moreretur: xf) item Menedemum falſis criminationibus ſubiectum, cum prae triſtitia ſeptem diebus cibo abſtinuiſſet, e vita migraſſe. xg) Rurſus l. 4. de Speuſippo:

xc) Ibidem p. 50.

xd) Pherecydis, Syrii philoſophi, mors incerta, nec illi quid affingendum magnae turpitudinis. Conſulatur DIOGENES LAERTIVS lib. 1. p. m. 83. ſeqq.

xe) Neque de Anaxagorae obitu certi quid ſtatui poteſt. Idem lib. 2. p. m. 97.

xf) Stilpo, philoſophus Megarenſis, deficiens ſenectute, non, ad mortem accelerandam, venenum, ſed, ad vitam viresque firmandas, vinum hauſit: nec ſponte, ſed caſu, citius dicitur mortuum fuiſſe. Idem lib. 2. p. m. 168.

xg) Nec contemnendum, quod in eius philoſophi memoriam LAERTIVS ſcripſit l. 2. p. 185. redditum Latine:

Audita nobis, Menedeme, mors eſt tua,
Qui ſponte ad ſeptem dies nihil ſumſeris

Cibo-

ſippo: Iam vero corpore erat ob paralyſin confecto. . . Ferunt eum cum in Academiam plauſtro veheretur, Diogeni occurriſſe, eique dixiſſe, Salue; illum vero reſpondiſſe, Tu vero minime, qui cum ſis talis, viuere tamen potes. Ad extremum aetate confectus prae animi triſtitia volens vitam cum morte commutauit. x h) Carneadem, quia a morte auerſior erat, indoctum fuiſſe, nihilque vidiſſe ait, ibidem referens Antipatrum veneno hauſto mortuum. x i) De Antiſthene l. 6. ſcribit: Videbatur vitae cupiditate, neſcio quo pacto, morbum mollius ferre. Cum enim clamaſſet, quis me laboribus eripiet? Diogenes pugionem oſtendens, Hic, inquit. tum ille, Laboribus, non vita. x k) Bene, ſi ſeiungi

Ciborum, opus quidem aggreſſus Eretricum,
Sed non virile: ſuaſit nam impotentia
Hoc animi.

Poteſt vero etiam non pertinaciae, ſed morbi triſtis fuiſſe affectus, in homine tres atque ſeptuaginta annos nato.

x h) Plutarchus vero illum pediculis efferueſcentibus interiiſſe ait. Idem lib. 4. p. m. 254.

x i) Carneades meliori ſententia horruit ſemper voluntariam mortem, ac placide annos natus octoginta quinque obiit, ſaepius dicens: quae conſtituit natura et compegit, ea et diſſoluet. Cum audiſſet, Antipatrum, veneno hauſto, defunctum, et ipſe incitaretur ad ſimile factum, ſuis dixit, date igitur et mihi. Qui cum rogarent, quid? mulſum, ait. vid. LAERTIVS lib. 4. p. m. 295.

x k) Stultam Antiſthenes noluit audire Diogenis vocem, et obiit morbo. Idem lib. 6. p. 376. Recte Q. Fuſius Calenus apud DIONEM CASSIVM lib. 46. p. m. 353. *Neque exiſtimare debes, ferociam iſtam aut laudabilem eſſe, aut tutam:*

ſeiungi poſſint. Diogenis autem ipſius mors varie refertur. Aldobrandinus ad Laërt. l. 6. ex Hieronymo annotat, eum febre correptum, per noctem eliſo gutture, non tam ſe mori dixiſſe, quam febrem morte excludere. x l) Atque ita fere mortui ſunt Metrocles x m) et Menippus. x n) Clitomachus vero cum in veternum incidiſſet, vbi euigilauit, Nihil me, inquit, fallet amor vitae: ſeque ipſum vita eduxit. x o) Et Eraſiſtratus Chius iam grandaeuus vlcus in pede immedicabile cum haberet, Bene habet, inquit, quod patriae memoria refricatur: et cicutam cum bibiſſet, diem obiit.

tam: neque mortem a te contemni, gloriari debes, aut laudem inde aliquam ſperare. Qui enim vitam ſuam proiiciunt, eos tanquam ex inſania quadam rem aliquam magnam tentaturos, reliqui omnes ſuſpectos, odioque habent: quos autem plurimam ſalutis propriae rationem habere vident, eos laudant et praedicant, tanquam nihil morte dignum commiſſuros.

x l) Nonaginta ferme annorum obiit. De mortis genere aliorum alia opinio fuit, neque certi quid dici poteſt. Idem lib. 6. p. 413. ſeq.

x m) Metrocles obiit ſenex, a ſe ipſo ſuffocatus. Idem l. 6. p. 426.

x n) Menippus, Cynicus philoſophus, dicitur nautica vſura foenerari ſolitus, et pignori accipere, vt pecunias cogeret; tandem inſidias perpeſſus, ac omnibus bonis priuatus, prae moerore, laqueo ſibi vitam extorſiſſe. Idem l. 6. p. 430.

x o) Memorabile hominis in veterno ſuffocati facinus. Quod ſi verum eſt, miror eius neque Ciceronem, qui plura memoriae prodidit, neque Laertium feciſſe mentionem. Sed apud IOH. STOBAEVM leges de fortitudine ſermone 7. p. m. 90.

obiit, ex Stobaeo Serm. 7. de Fortit. xp) Porro de conſenſu Socratis et Platonis conſtat ſatis ex ſuperioribus. xq) Hic vero fatetur Rachelius Platonicos ſtatuiſſe quinque cumprimis caſus et cauſas, ex quibus licuerit ſe educere. xr) Idem ſupra vbi de fortitudine Ariſtotelica, adducit Giſani-

xp) Pag. 90. Atqui ſi centum alia, et mille recitaueris male ſanorum exempla: iuſtam atque licitam mortis voluntariae cauſſam indicare aut probare nunquam poteris.

xq) Vtique, cum Socrates nihil ſcriptum reliquerit, Plato ex eius ore hauſit pleraque, et memoriae prodidit: vt in omnibus fere huius philoſophi dialogis loquentem audiamus ipſum Socratem.

xr) Noli credere. Sunt enim validi Stoicorum in ea cauſſa aduerſarii. Vnam concedunt, quam et Socrates ipſe expertus eſt, intrepide ſubeundam, moriendi neceſſitatem, a magiſtratu, aut vi quadam externa venientem. Alius non poteſt eſſe caſus, aut vlla voluntariae mortis iuſta cauſſa. PLATO de rep. lib. 9. oper. p. m. 714. eum, ait, peſſimum et iniquiſſimum, imo et miſerrimum eſſe, qui ſemetipſum tyrannide opprimat. Nuſquam leges apud eum, licere cuiquam ex illis cauſſis educere ſeſe: ſed caſus eſſe miſericordia dignos, vt tantis non afficiantur probris, quibus alii afficiendi eſſent. Vt et nos hodie magis deploramus, quam damnamus, illos omnes, qui morbi alicuius vehementia, furore et impotentia animi ſemet enecare deprehenduntur. Sed PLATONEM audiamus de legibus lib. 9. oper. p. m. 935. Breuitatis ſtudioſi Graeca dabimus Latine. *Quid de illo iudicandum, qui proximum et amiciſſimum caede perdiderit? Qui, dico, ſe ipſum vita et ſorte fatorum, vi ſcelerata, priuauerit? Non iudicio ciuitatis, nec triſti et ineuitabili fortunae caſu coactus, neque pudore aliquo extremo compulſus; ſed ignauia et formidoloſi animi imbecillitate, iniuſte ſibi mortem conſciuerit? Quae purgationes, et quae ſepultura huic lege conue-*

Digitized by Google

ſanium, qui diſerte negat. Ariſtotelem ignauiae damnaſſe omnes qui ſe necant, ſed cum Platone excepiſſe eos, qui ciuitatis iudicio et triſti ac ineuitabili fortunae caſu coacti, atque pudore aliquo extremo compulſi mortem ſibi inferant. xs) Ariſtotelem autem ipſum impietatis accuſatum Athenis, cum Chalcidem fugiſſet, hauſto veneno mortuum Laertius ex Eumelo tradit. Ita quoque auctor anonymus vitae Ariſtotelis apud Menag. in l. 5. Laert. xt) Calliſthenem quoque, diſcipulum et cognatum Ariſtotelis veneno tandem vitam miſerrimam finiiſſe commemorat Iuſtinus l. 15. c. 3. vbi de Lyſimacho, qui quoniam venenum dederat, iuſſu Alexandir

conueniat, Deus ipſe nouit: proximi tamen huic genere ab interpretibus legibuſque harum rerum haec exquirant: et quemadmodum ab his ſtatutum fuerit, ita faciant. Sepultura igitur iſtis ſolitaria fiat, vbi alius nemo condatur: deinde in his locis ſepeliantur, quae de duodecim regionis partibus vltima, deſerta, innominataque ſunt: ſic obſcuri, vt nec ſtatua, nec inſcripto nomine ſepulchra notentur. Ecquis ea licere perſuaſerit ſibi, quae poenam ordinariam ſubterfugiunt?

xs) Eodem, vt dixi, modo. Poteſt fortiſſimus heros in delirium et furorem actus ſemet in puteum aut profluentem praecipitare, ex ſummis aedibus proſilire, gladio ſe transfigere: ſed imprudens ſibi nocet, et priſtinam magni animi laudem eo quidem triſtiſſimo facinore neutiquam obfuſcare dicetur.

xt) Ita ſane. LAERTIVS l. 5. p. m. 304. vt epigrammatis inueniret argumentum, ſed miſſa paulo poſt Eumoli fictione ſcribit, τελευτῆσαι ἐτῶν τριῶν πυ καὶ ἑξήκοντα, νόσῳ, morbo periiſſe, cum eſſet annorum ferme ſexaginta trium. Εὔμηλον διαπίπτειν, Eumolum excidere, falli.

dri obiectus fuit leoni. xv) Porro etiam quid hic Cyrenaici, et ſpeciatim Hegeſiaci; xx) tum Epicurei,

xv) Non ſemet Calliſthenes miſerrimus enecauit, ſed a Lyſimacho, qui venenum illi porrexit, enecatus eſt. Cum Ariſtoteles regiae Inſtitutionis pertaeſus Athenas proficiſceretur: Alexandro Calliſthenem Olynthium philoſophum atque cognatum ſuum commendauit. Hic cum rege ſemper fuit in exercitu, vt acta memoriae proderet: illum vero etiam, quod condiſcipulus et familiaris olim fuiſſet, audacius, quam par erat, alloquens, renitenſque increpatur ab ipſo rege, palam recitante verſum ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι οἷ' ἀγορεύεις. *Qualia mi loqueris, vereor ſis nate ſuperſtes.* Rex tandem victricibus armis elatus, Perſico more, non ſalutari, ſed adorari voluit: nec adulatores defuerunt, nec priſtinae conſuetudinis vindices. Acerrimus inter recuſantes fuit Calliſthenes: quae res et illi, et multis Macedonum principibus exitio fuit: vt laeſae maieſtatis et inſidiarum accuſati miſerrime trucidarentur. Calliſthenem, truncatis omnibus membris, auribus, naſo, labiiſque abſciſſis, ad ſpectaculum deforme, in cauea cum cane clauſum circumtulit: Lyſimachus vero diſcipulus, tanti viri miſeratus, veneno calamitatum fecit finem. Quod Alexander aegre ferens Lyſimachum leoni iuſſit obiici. Hic vero manum amiculo inuolutam in os leonis immerſit, ipſamque feram enecauit: qua virtute regis gratiam meruit. Ita IVSTINVS quidem lib. 15. c. 3. confer. l. 12. c. 6. 7. PLVTARCHVS vero Ariſtotelis vita p. m. 386. B. ab Alexandro interfectum eſſe ſcribit: vita Alexandri M. p. m. 264. C. ab Alexandro cruci ſuffixum vitam finiſſe, ſecundum alios, in vinculis morbo correptum exſpiraſſe. Confer. vita Sullae p. 174. B. DIOGENES LAERTIVS l. 5. p. m. 303. cauea ferrea circumductum, paedore et ſqualore oblitum, leoni poſtremo obiectum e vita exceſſiſſe.

xx) De illis conſulantur LAERTIVS l. 2. Ariſtippi vita

xy) Cynici, xz) Stoici ya) ſenſerint, notum eſt. Poſt iſtos vniuerſos ſuperfluum eſt appellare ſingulos: Democritum, Zenonem, Cleanthem, Senecam, Epictetum, M. Antoninum, Ciceronem, Plutarchum. His addit Rachelius veteris iuris Rom. philoſophos, vt vocat: Vlpianum, Marcianum, Paulum. yb) Ex his vero ipſis confirmatur ſententia noſtra, et ſingulatim argu-

p. m. 145. ſeqq. VOSSIVS de philoſophorum ſectis cap. 9. Phyſicen aſpernabantur, et qualis eorum fuerit ethice, ex eo quiſque iudicare poteſt, quod ſummum bonum in voluptate ponerent. Vitam ac mortem eligendam dicebant. Quod ſuis etiam Moyſes faciendum propoſuit: ad mortem vero ſemet nemo praecipitare debuit. Hoc enim contra ipſorum doctrinam fuiſſet: amicum neceſſitatis cauſſa amplectendum: et corporis partes, quamdiu adſunt, adamandas.

xy) Ecquid ab Epicureis exſpectandum, qui ab interitu quam maxime abhorrent, ſui cauſſa faciunt omnia, nec voluptatis volunt eſſe finem? Ab iſtis, qui Deum curare mortalia negant? Ab iſtis, qui animas ſimul cum corporibus interire putant? vid. LAERTIVS l. 10. p. 706. ſeqq. VOSSIVS ſe philoſophorum ſectis c. 8.

xz) Iſti vero etiam habitu ipſo volebant ſuam prodere ſtultitiam, rationalem atque naturalem tollere philoſophiam, ac nihil prorſus permittere fortunae, aut numinis aeterni diuinae prouidentiae. De quibus conſulatur LAERTIVS l. 6. p. 431. ſeqq VOSSIVS c. 18.

ya) Stoicorum ſecta Cynicae propages eſt tantum paulo verecundiores volebant eſſe, et habitu diſtingui: de quibus LAERTIVS l. 6. p. 434. ſeqq. VOSSIVS c. 19.

yb) Vtique ſuperfluum, Stoicos nominare omnes, quibus addicti Romanorum nobiliſſimorum non pauci. Cicero et Plutarchus academici fuerunt: paſſim vero Stoicorum dogmata tradiderunt.

Digitized by Google

argumentum X. Nempe Dogma de morte voluntaria in nonnullis caſibus generali et perpetuo populorum antiquorum, et apud illos philoſophorum conſenſu approbatur: itaque pro vero habendum, donec non ſolum diſſenſu aliquo, ſed firmis etiam rationibus demonſtretur contrarium. yc) Ex iiſdem clare elucet et redarguitur ſtulta impudentia aſſerentium, ſententiam hanc fuiſſe pleriſque omnibus ſapientibus priſcis damnatam, atque ſolis fere Stoicis probatam ac defenſam. yd)

Haec eſt totius diſputationis Rachelianae ſumma, ac velut medulla. Quae ſequuntur, ſingulares ſunt cauilla-

yc) Illud vero hactenus ſatis luculenter factum: et quos philoſophorum nomine laudat, homines maximam partem fuerunt miſerabiles, qui ſapientum attentionem vix merentur: nedum generali et perpetuo veterum philoſophorum aut populorum conſenſu probatum de voluntaria morte triſtiſſimum dogma commendare poſſunt.

yd) Semetipſum occidere, veteribus omnium ordinum ſapientibus res plane inaudita fuit, vtpote ipſi hominis naturae contraria: vt eius ne veſtigia quidem inueniantur: donec furor coepit ſuſpicioſiſſimis temporibus placere deſperantium: vt deſipientes philoſophi ea non vererentur audacia, pro ſapientia vti. Longe maxima fuit Zenonis, Stoicorum anteſignani, ſtultitia: qui extremo vitae humanae termino, LXXII. vel LXXXXVIII. annos natus, e ſchola cum reuerteretur domum, cecidit ſuumque laeſit digitum: quod aegre ferens, terram percuſſit manu, et, venio, dixit, quid me vocas? Domi ergo ſemet confeſtim ſtrangulans interiit. Pl. confer. animaduerſ. de morte volunt. p. 197. ſeqq. Succeſſor eius inedia perire maluit. Alii alio alioque modo ſemet enecarunt ipſi, vim adferentes naturae: cum mors ſit parata diuinitus atque definita omnibus: quae propter incertos caſus quotidie imminet, nunquam vero propter vitae breuitatem longe abeſſe poteſt.

Digitized by Google

uillationes, ſophiſmata et calumniae, ye) quibus ſoli Stoici et quaedam eorum ſententiae oppugnantur, haec praecipue: Virtutem ſolam efficere vitam beatam: ſiue, vt loquitur, facunde explicat, et firme demonſtrat Cicero toto libro quinto T. Q. Ad beate viuendum virtutem ſe ipſa eſſe contentam. Inde colliges ſententiam hanc ita fuiſſe propriam Stoicis, vt fuerit etiam, vel eſſe debuerit communis omnium aliorum, ſi vera ſunt quae dixerant ipſi de ſingulari praeſtantia et viribus virtutis, ceterorum autem quae bona vocabant vilitate ac imbecillitate. Sed non eſt nunc neceſſe ſententiam Stoicam pluribus explicare et defendere: audiamus Alex. Aphrodiſienſis ſyllogiſmum, quo ſuperbiſſime triumphat, Stoicisque tanquam ſine reſurgendi ſpe omni proſtratis inſultat Rachelius.

Quaecunque vita ſponte deſeritur, ea non eſt beata:
Atqui vita cum virtute coniuncta ſponte deſeritur:
Ergo vita cum virtute coniuncta (hic, ſi bene memini, addit, eique ſoli innixa) non eſt beata.

Fuerit verum: quid inde? an id quod nunc quaeritur, et Rachelio eſt demonſtrandum, omnem mortem voluntariam eſſe illicitam, malam, turpem, inhoneſtam. yf) Prioribus Rachelii demonſtrationibus exacte ſimilis, eiuſque ingenio et iudicio digna eſt haec:

Vita

ye) Bona verba, quaeſo.

yf) Omnem mortem voluntariam eſſe illicitam, malam, turpem, inhoneſtam, ex ſuperioribus abunde patet. De Alexandro Aphrodiſienſi, optimo et antiquiſſimo Ariſtotelis interprete, conſulatur VOSSIVS de philoſophorum ſectis c. 17. §. 16. 17. Eius veriſſima argumentatio haec eſt: vt, Stoicos ſibimet ipſis contradicere, oſtendat: vita beata

Digitized by Google

Vita cum virtute coniuncta non eſt beata:
ergo omnis mors voluntaria eſt mala, nefaria, repugnans et legi diuinae, et rationi, et conſenſioni omnium gentium.

Vel aſinus effuſe rideret eiuſmodi demonſtrationem, ſi intelligeret. y g) Sed caput, dixeris, et fundamentum totius fere doctrinae moralis Stoicorum eſt, Vitam cum virtute coniunctam eſſe beatam. Huic vero directe repugnat voluntaria mors, qua vita illa deſeritur. Contrarium demonſtraui ſupra Argum. V. nunc obiter reſpondeo, effatum iſtud, Vita cum virtute coniuncta eſt beata, praeſertim pro Rachelii, Aphrodiſienſis et Peripateticorum omnium ſenſu, non magis eſt Stoicum, quam hoc: Caro, ſanguis, venter, denique corpus totum cum virtute coniunctum eſt beatum. y h) Dixi ſupra vitam M. An-

beata non eſt temere atque adeo ſponte abrumpenda. Cum virtute coniuncta eſt vita beata. E. non eſt temere atque adeo ſponte abrumpenda. Philoſophorum eſt, vitam ſeruare cum virtute coniunctam: eam ergo ſponte non licet abrumpere. Vir bonus non poteſt virtute ſimul eſſe praeditus, atque ſemet enecare ipſum. Si mors voluntaria triſtis effectus eſt vehementiorum affectuum: eam eligere nequeunt, qui ſuis affectibus, velut mancipia, ſuccumbere nolunt. Atqui verum prius eſt, ergo et poſterius. Effugia hic fruſtra quaeruntur.

y g) Vtrique rideret aſinus, vir ſapiens nequaquam. At mendacia veritatibus praeferenda, non licet peruertere ſenſum. Argumentatio haec eſt: aut vita cum virtute coniuncta non eſt beata: aut illi aduerſa omnis mors voluntaria eſt mala. Atqui vita cum virtute coniuncta eſt beata: ergo mors voluntaria eſt mala.

y h) Phyſica iniquiſſime iam cum moralibus confundit. Non

Digitized by Google

M. Antonino eſſe reciprocationem aeris; alias et aliis diſcurſum ſanguinis per arterias et venas; Scripturae ipſi vaporem modicum, aut modico tempore apparentem. yi) Iam explicantes vitam, repetamus Rachelii et Aphrodiſienſis ſyllogiſmum:

Quaecunque reciprocatio aeris, diſcurſus ſanguinis, et vapor ſponte deſeritur, is non eſt beatus: aſt reciprocatio aeris, diſcurſus ſanguinis et vapor cum virtute coniunctus, ſponte deſeritur: ergo. yk)

Ceterum vitam Stoice beatam varie, ſed eadem ſententia, deſcribit Seneca libro ſingulari, huic rei dicato et inſcripto. Eſt autem vita conueniens naturae ſuae: quae non aliter contingere poteſt, quam ſi primum ſana mens eſt, et in perpetua poſſeſſione ſanitatis ſuae: deinde ſi fortis, patiens, apta temporibus, corporis ſui pertinentiumque ad id curioſa, non anxie tamen. Eſt id quod alias ſummum bonum vocatur, atque animus fortui-

Non corpori, ſed animae, ſunt adſcribendae virtutes: quas ſine corpore, atque adeo mirabili arctiſſima cum eo coniunctione, exequi non poteſt. Vinculum iſtud nobiliſſimum, i. e. humanam praeditamque virtutibus vitam mors voluntaria ſoluit: vt homo in ſocietate humana bene beateque viuere deſinat. Qui bonum omne in virtute ponit: profecto nunquam poterit negare, perfici beatam vitam perfectione virtutis: quae non niſi a perpetuitate temporis exſpectanda. Confer. CICERO de fin. bon. et mal. lib. 2. cap. 27.

yi) Ludere non decet philoſophum in re ſeria. Structuram nouimus corporis eiuſque fragilitatem: quae variis paſſim translationibus exprimitur. Eſt autem hominis vita, ζωὴ actus et vigor continuus animae in corpore organico, emergens ex vtriuſque admiranda vnione: vt variis ſemet operationibus atque adeo excellentiori virtutis exercitio prodat.

yk) Ecquis non ſubridens totum conceſſerit argumentum?

Digitized by Google

fortuita deſpiciens, virtute laetus; eſt inuicta vis animi, perita rerum etc. yl) Iam explicantes quoque vitam Stoice beatam, repetamus denuo ſyllogiſmum Rachelii:

Quaecunque mens ſana, perita rerum, fortis, patiens, ſponte deſeritur; ea non eſt beata: Atqui mens illa ſponte deſeritur: ergo. ym)

Quid? quod ne iuxta Ariſtotelem quidem vita beata eſt ea quae vel ſponte, vel inuite deſeritur, aut neceſſario,

yl) SENECA de vita beata cap. 3. *Beata eſt vita, conueniens naturae ſuae: quae non aliter contingere poteſt, quam ſi primum ſana mens eſt, et in perpetua poſſeſſione ſanitatis ſuae. Deinde, ſi fortis ac vehemens, tum pulcherrima et patiens, apta temporibus, NB. corporis ſui pertinentiumque ad id curioſa, non anxie tamen: rerum, quae vitam inſtruunt, diligens, ſine admiratione cuiuſquam: vſura fortunae muneribus, non ſeruitura.* Cap. 4. Beatam vitam dicit liberum animum et erectum, et interritum ac ſtabilem, extra metum, extra cupiditatem poſitum: cui vnum bonum honeſtas, vnum malum turpitudo: Haeccine vero morti voluntariae ſunt omnia contraria? Epiſt. 92. *Quid eſt beata vita? ſecuritas et perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit conſtantia bene iudicati tenax. Ad hoc quomodo peruenitur? Si veritas tota perſpecta eſt, ſi ſeruatus eſt in rebus agendis ordo, modus, decor, et innoxia voluntas, aut benigna, intenta rationi, nec vnquam ab illa recedens, amabilis ſimul mirabiliſque. -- Talis animus ſapientis eſſe viri debet, qualis Deum deceat.* Quid, obſecro, huic cum morte voluntaria commune?

ym) Imo ſyllogiſmus ita ſe haberet: Qui mentem non habet ſanam, peritam rerum, fortem, patientem, vitae Stoicorum beatae aduerſatur. Qui ſemet occidit ipſum, mentem non habet ſanam, peritam rerum, fortem, patientem. Ergo vitae Stoicorum beatae aduerſatur.

Digitized by Google

rio; ſed eſt opus aliquod hominis, energia animi, et actio virtutis. yn) Huic vero vitae adeo non repugnat mors illa de qua agitur, id eſt εὔλογος ἐξαγωγὴ, vt ſit vltimum opus, energia, actio, coronis vitae beatae, quae hic degitur. yo) Huc reuoca verba Cleomenis regis: Mors ſpontanea actio eſſe debet. yp) Et Lycurgus abſtinentia

yn) Noſtram non facimus Ariſtotelis ſententiam, de qua hic nulla quaeſtio.

yo) Beatitudo Ariſtoteli eſt operatio animae rationalis ſecundum virtutem in vita perfecta. Ecquid illi magis repugnat, quam voluntaria mors, quae crux eſt animae, corporis abiectio turpiſſima, rationis exſtirpatio, triſtiſſimum opus, actio nefanda, vitae beatae fuga. Ariſtotelem audiamus ipſum moralium Nicomachiorum lib. 9. cap. 9. oper. tom. 2. p. m. 155. *Si viuere*, inquit, *ipſum eſt bonum, iucundum quoque eſt: quod ex eo etiam videtur, quod omnes id appetunt, et praecipue probi viri et beati. His enim vita maxime eſt appetenda, ipſorumque vita beatiſſima eſt.* Confer. Eudemiorum l. 1. c. 1. p. m. 244. ſeq. Politicorum l. 4. c. 11. p. m. 472. CICERO Tuſcul. quaeſt. l. 5. c. 26. extr. *me quidem auctore, etiam peripatetici vetereſque academici balbutire deſinant aliquando, aperteque et clara voce audeant dicere, beatam vitam in Phalaridis taurum deſcenſuram;* ad voluntariam mortem profecto nunquam.

yp) Imo pia debet eſſe paſſio, vt Deus atque natura nos omnibus liberet aerumnis et gratia ſingulari ad felicitatem aeternam transferat. Audiamus vero etiam illius Cleomenis III. Spartanorum ducis, cuius exitum animaduerſ. (ll.) Exercit. de morte volunt. p. 205. ſeq. enarrauimus, opinionem aut reprehenſionem Therycionis, apud PLVTARCHVM Cleomenis vita p. m. 153. D. *Inter humana omnia*, inquit, *facillimum, quodque omnibus maxime in promtu eſt, mortem homo perdite, proſequi. Fortis eſſe nonnullis fortaſſe vide-*

nentia cibi vitam finiuit: quod exiſtimaret, hominis in rep. verſati mortem quoque ipſam ad illius vtilitatem debere pertinere, neque otioſe eam, ſed cum virtutis aliqua actione obeundam. Plut. in Lycurg. yq) Contra ea Marcus Aquilius, quia cum glorioſe poſſet extingui, Mithridati turpiter ſeruire maluit, commiſit, vt priuatum opprobrium, publicus rubor exiſteret. Val. Max. 9, 13. De cupid. vitae: yr) vbi mox Cn. quoque Carbo magnae verecundiae eſſe Latinis annalibus dicitur. ys)

 Porro

videreris: cum reuera turpior haec, quam tu laudas, fuga ſit, quam cum nuper ex pugna profugimus. Nam multi ſaepe meliores nobis ſe e hoſtibus dedidere, cum aut in aduerſam fortunam incidiſſent, aut alia vi quadam compulſi id agere cogerentur. Qui vero labores, aut aerumnas, aut ignominiam ſupra modum formidat, is a ſua mollitie ſuperari ſe non animaduertit. Oportet enim ſponte conſcitam mortem, non fugam negotiorum, ſed actionem quandam eſſe. Turpe eſt enim ſibi ſoli viuere ac mori, et quae ſequuntur.

yq) Pag. m. 20. A. Confer. animadu. (tc.) exercit. de morte volunt. p. 76. Illius vero tanti legislatoris exemplo nihil mouemur.

yr) Hoc ſcilicet miſerabile, non admirandum, VALERII MAXIMI iudicium, cuius vbique deprehenditur in ſententia confuſio, in ſermone frigus. Arbitratur, Marcum Aquilium glorioſius extingui, quam in ſeruitutem captiuum duci, potuiſſe: quaſi in eius poteſtate fuiſſet. Romani huius legati non accuſanda virtus, ſed Mitylenaeorum perfidia, qui eum alioſque vinctos Mithridati tradiderunt. Confer. VELLEIUS PATERCULUS lib. 2. cap. 18. LIVIUS libri 78. epit. APPIANUS Mithridaticis. PLUTARCHUS in Sulla.

ys) Quod Pompeii iuſſu, in Sicilia ad ſupplicium ductus a militibus petiit, vt antequam caput abſcinderetur,

Porro obſeruat Epictetus, et Diſſ. 3, 14. ait: τῶν πραττομένων τὰ μὲν προηγουμένως πράττεται, τὰ δὲ κατὰ περίστασιν. Et Heinſius ad Max. Tyr. Diſſ. 20. notat περίστασιν Platonicis eſſe χρῆσιν οὐκ αὐθαίρετον τῷ ἔχοντι. Inde officia toties in ſuperioribus yt) indicata, ex quibus eſt εὔλογος ἐξαγωγὴ, dicta ſunt περιστατικά. Iam vero vita beata

tur, aluum ſibi liceret leuare. Confer. LIVIVS l. 89. epit. APPIANVS de bello ciuili lib. 1. PLVTARCHVS in Pompeio, qui et probe notat in Pelopidae vita p. m. 81. B. mortis fugam non eſſe damnandam, ſi vita fuerit virtutis et honeſtatis ſtudioſa: neque mortem ſubeundam ex vitae contemtu.

yt) Omnino legi meretur integra MAX. TYRII diſſert. 20. Cynici vitam reliquis praeferendam eſſe. DAN. HEINSIVS emendationibus et notis p. 97. ſeq. προηγούμενον eſt principale, περιστατικόν circumſtans, quod minus ad rem ipſam pertinet. In vita practici philoſophi προηγούμενον ſtatuitur, leges ferre, iuuentutem inſtituere; περιστατικὰ, exercitum ducere, iudicium exercere, legatione fungi, et ſimilia. Ipſum audiamus ALCINOVM introductione in Platonis doctrinam cap. 2. p. m. 452. περιστατικὰ μὲν οὕτως ἡγούμενος, τὸ στρατηγεῖν, τὸ δικάζειν, τὸ πρεσβεύειν. ἄριστα δ' ἐν πράξει μὲν καὶ ὡς ἐν ταύτῃ προηγούμενα τὰ περὶ νομοθεσίας καὶ πολιτείας κατάστασιν καὶ παιδείαν νέων. *Inter ſecundaria autem habebit, ducere exercitum, iudicia exercere, legationes obire. Inter praecipua vero, quae actio requirit, et primaria, leges condere, remp. ordinare, ſeditiones componere, inſtituendae iuuentutis diſciplinam tradere.* Oppoſita ſunt ergo τὰ περιστατικὰ ἐν πράξει, καὶ τὰ ἄριστα ἢ προηγούμενα. Periſtatica Platonici vulgo ſolent habere, quae ipſo corpore perficiuntur aut impediri poſſunt: quae a philoſopho, niſi vrgeat neceſſitas, non debeant fieri. MAXIMVS TYRIVS diſſert. 20. p. m. 209. περίστασιν definit χρῆσιν πράξεως οὐκ αὐθαίρετον τῷ ἔχοντι, vſum actionis praeter arbitrium auctoris. Atqui non poſſunt eo peccata, nedum mors voluntaria, illud ſcelus nefandum, referri.

Digitized by Google

beata conſtat vtique omnibus officiis, cunctiſque adeo quae ſecundum rationem et virtutem aguntur, ſiue *προηγμένως*, ſiue *κατὰ περίστασιν*. yv) Sin ſecus; aliqua officia, aliquaeque actiones virtutis excludentur a vita beata, aut certe a virtute ipſa: quod eſt omnium abſurdorum paene abſurdiſſimum. Nam idem eſt ac ſi diceres: aliquam virtutem non eſſe virtutem, nec officium eſſe officium, nec actionem virtutis, perſonis, rebus ac temporibus conuenientem, eſſe talem actionem virtutis. Quod ſit vltima, et finis vitae mortalis, alias quoque breui finiendae, nihil refert. yx)

Ceterum ex ipſo Aphrodiſienſis ſyllogiſmo apparet, Peripateticos veteres, vel vi doctrinae ſuae de felicitate, aut vita beata coactos, probaſſe mortem voluntariam, tanquam ei conuenientem: ſecus ac, vt ipſi volebant, doctrinae Stoicorum de vno bono honeſto, vel de felicitate in ſola virtute repoſita. yy) Sed iſti boni viri ne

 Ari-

yv) Non poterit quiſquam ire inficias. Sed ante obitum nemo poteſt dici beatus.

yx) Ecquis ſanae mentis vnquam dixerit, voluntariam mortem inter officia aut virtutis actiones eſſe numerandam, quam et ratio, et natura hominis quam maxime auerſatur? Vtique finis coronat opus: et qui bene vixit, bene moritur, nec vita potiorem vnquam timet mortem, eam vero, vtut breui imminentem, a gratia diuina exſpectat, ſibi ſumere aut arripere nullo modo poteſt. Ab illa vero etiam vltima linea rerum vita hominis beata dependet: quae, niſi ad finem in fide, charitate, fiducia, patientia perſeuerantibus, prorſus nemini obuenire credenda. Tantum, beate mori, refert.

yy) Hoc non eſſe verum, ſatis aperte fuit hactenus demonſtratum.

Ariſtotelis quidem ſui ſemper, nedum Stoicorum ſententiam recte intelligebant, aut intelligentes altercandi ſtudio diſſimulabant ac detorquebant. yz) Stoici vocibus, Vna et Sola, nempe virtute, non excludebant neceſſaria ad vitam animalem qualemcunque, malam quoque et miſeram; ſed tot alia bona, vt ita dicam, nominalia Peripateticorum et Epicureorum: pulchritudinem, robur, ſanitatem corporis, integritatem omnium ſenſuum et membrorum, diuitias, honores, dignitates, voluptates proprie dictas. za) His bonis deficientibus, ablatis et amiſſis, licet iuxta Stoicos eſſe cuique beato: modo mens ſit ſana, integra, pulchra, viribus ſuis pollens, opulenta, praeclara, laeta ac ſeſe contenta. zb) Sed inde non ſequitur, quenquam viuere poſſe ac debere, licet inuitum quoque, et aliter prudenterque iudicantem, ſi mens ſanitate et viribus ſuis priuetur, ſi multa incidant gaudium et tranquillitatem eius turbantia, ſi vitae, etiam tolerabiliter degendae, neceſſaria deficiant; nec quamdiu inſanis ſophiſtis, tyrannis et tortoribus videatur

yz) Quos vero in medium produxit, mortem voluntariam impugnantes, viri doctiſſimi Ariſtotelis mentem recte intellexerunt, atque Stoicorum deliria detexerunt.

za) Vt virtus exerceri poſſit, hominis praeſupponitur vita: quae ſine victu et amictu, ceteris ſuſtentationi neceſſariis, euaneſcit. Ecquis, virtute ſalua, quam aiunt vitae beatae eſſe vitam, non etiam bona naturae et fortunae, vt diuina ſunt munera, dixerit eſſe negligenda?

zb) Et hoc veriſſimum eſt. Latent pulcherrima ſaepe ſub puluere, in corpore morboſo mens ſana et integra, in deformi elegantiſſima, in paupere et abiecto ditiſſima: vt bonus quiſque et ſapiens eſſe ſolet ſua ſorte contentus.

Digitized by Google

deatur. zc) Sapiens et affectator ſapientiae debet, et in tanta quidem re ac ſua, quae ipſum, inquam, potiſſimum tangit, vrget ac premit, non aliorum, praeſertim nugatorum ac ſophiſtarum ſyllogiſmis, captiunculis, et ratiunculis, ſed ſuo ipſius iudicio et rationibus ſtare. zd) Virtus praeſtat beatos; Sed non ſi illi et his velut oculos effoderis, ma-

zc) Omnino ſequitur. Si in corpore afflicto et miſerrimo poteſt anima eſſe beata vitaque beata in illius cum corpore coniunctione: illa profecto non inde propellenda, vel haec abrumpenda videtur eſſe vllo modo. Et contradictionem inuoluit hanc ſatis apertam, ſua ſorte contentum eſſe vitamque viuere beatam, et eam adeo faſtidire, vt ſemet enecare non vereatur. Viuere et mori non a noſtro dependet arbitrio, ſed numinis aeterni diuina voluntate, quod mortalium cuique vitam, ipſi beneficio incomparabili donatam, quamprimum voluerit, adimere facillime poteſt. Deſipiunt plane, ac prorſus nihil tribuunt diuinae prouidentiae, qui, vel inter ipſos cruciatus, vitam alicuius a tyranni vel tortoris arbitrio dependere arbitrantur. Chriſtiani vero etiam ex ore ſeruatoris ſummique doctoris ſui didicerunt, ne paſſerculum quidem cadere ſine Dei voluntate, qui pater coeleſtis inſignem ac ſufficientem ſuorum curam gerit, vt, niſi eo iubente, hoſtibus quidquam fuiſſe permiſſum videatur.

zd) Sapiens quam lubentiſſime, in rebus praeſertim grauibus ſuamque tangentibus ſalutem, conſulere alios, atque conſilium, quod ipſi ſuppeditatur, ſaluberrimum magnifacere et ſequi ſemper conſueuit. Stulti prudentum non attendunt monita. Me meus CATO monuit etiam puerum: *Quae nocitura tenes, quamuis ſint cara, relinque: Vtilitas opibus praeponi tempore debet.* Poſt pauca: *Quumque mones aliquem, nec ſe vult ipſe moneri, ſi tibi ſit carus, noli deſiſtere coeptis. Contra verboſos noli contendere verbis: Sermo datur cunctis, animi ſapientia paucis.*

Digitized by Google

manuſque ac pedes ligaueris, ita vt ſe vti nequeant: non ſi cogas aſinos duntaxat, aliaque animalia bruta reſpicere et ſequi: neque etiam ſi cogas quaedam rariſſima exempla, nihil fortaſſis ad alios, ſaltem omnes et ſingulos, pertinentia, exaequare. Nam vel perſonarum, vel cauſarum, vel temporum ac locorum alia erat conditio. Certe illi, quorum exempla obiiciuntur, ita ſponte voluerunt, et tunc expedire iudicarunt. ze) Iam vero manifeſtum eſt, non idem omnibus, nec ſemper expedire: neque neceſſe eſſe, imo nec fieri poſſe vt omnes, et ſemper idem velint agantque. zf) Faciendi aliquid, inquit

ze) Sua nititur falſiſſima hypotheſi, et ſtudio miſcens omnia, facit nae intelligendo, vt nihil intelligat. Dixit paulo ante, et recte dixit, omnibus naturae ac fortunae deficientibus bonis, licere cuique ſecundum Stoicos, eſſe beato, i. e. virtutibus excellenti. Ita nunc diſerte ac recte repetit, quod virtus praeſtet beatos. Neque ergo hos, neque illam ligare et extinguere poteſt, niſi ἀυτοχειρία illa nefanda, quae turpiſſimam atque deplorandam, ſi qua fuit, vitae beatae vna facit finem. Ecquis alioqui beatis atque virtuti effoderit oculos, vt noſter loquitur? quis manus pedeſque ligauerit? Ecquid aſino cum homine beato commune? Nullus coram Deo perſonarum reſpectus. Salutis ſemper eadem cauſſa, quae mutari nequit. Tempora poſſunt eſſe ſuſpicioſiſſima, quibus ſemet glorioſius exerit virtus. Locorum nulla poteſt eſſe ratio: Deus enim vbique ſuis praeſto eſt, vbique ſuum potentiſſime exercet imperium. Exempla vero, ſaepius dixi, deploranda quidem, nunquam vero imitanda fuiſſe.

zf) Hoccine profanum eſt quaerere, num expediat ſemper et omnibus, quod ſecundum naturales, diuinas, et humanas leges, factu neceſſarium? Nihil profecto ſemper et

inquit Plinius, vel non faciendi vera ratio, cum hominum ipſorum, tum rerum etiam ac temporum conditione mutatur. z g)

Ex demonſtrationibus Rachelianis nihil nunc reſtat, niſi oratio illa Ioſephi ex l. 3. de B. I. Hanc vero confidens aſſertor et egregius demonſtrator ac cenſor cedro dignam eſſe ait, eaſque continere rationes, quibus nihil ſolidius ad hanc rem adferri poſſit; eam veritatem, vt nec Iudaei, nec alii quidquam inuenturi ſint, quo illam diluant. z h) Videamus.

1. Io-

et omnibus expedit, niſi quod iuſtum et aequum. Nihil magis ſemper et omnibus exitioſum atque peſtiferum fuit, quam mors voluntaria. Neque hic de facto, ſed de iure, quiſque videt quaeſtionem moueri: eamque peruulgatam eſſe hominum peruicaciam atque inſaniam, vt idem dici nequeat omnes velle, aut agere ſemper. De furto, de adulterio, de omnibus flagitiis dicere poſſes, non obtinendum, vt omnes et ſemper idem velint agantque.

z g) Ita ſe res omnino habet. Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines &c. ſaniori vero, ac noſter opinatur, ſenſu. Alia facto neceſſaria ſunt, ab omnibus ſemper et vbique obſeruanda. Alia fieri neutiquam debent aut poſſunt a quoquam vllo tempore aut loco. Rerum omittendarum aut agendarum in ſacris omnibus praeſcripta eſt regula, quam ſine piaculo tranſcendere nemo poteſt. Quae vero noſtri conſilii ſunt et arbitrii, vt vulgo mediae vocantur, fieri poſſunt, atque omitti. Actionum quarumque modus, vtilitas, ac decorum, a perſonarum, temporum, locorum, atque rerum conditione dependent. Hominem occidere innocentem, ſibi valde familiarem, proximum, ſemet ipſum, prorſus nemini vſquam aut vllo tempore licebit.

z h) Confer. exercit. de morte voluntaria p. 245. 255.

Digitized by Google

1. Ioſephus in tota hac oratione conuaſatis pro tempore et vltima neceſſitate argumentis nonnullis rhetoricis, id eſt, verboſis, ſpecioſis, infirmis, nuſquam meminit praecepti, Non occides. Id quod vel ſolum validiſſimum vtique fuiſſet Iudaeo apud Iudaeos argumentum, protinus rem omnem conficiens: nempe vetitum a Deo ſeueriſſime, ne quis vllo in caſu, vllaque ex cauſa ſe occidat. zi)

2. Ioſephus diſſerit in primis contra necem ſui iniuſtam, non neceſſariam, imo ſtolidam, temerariam, intempeſtiuam ac praepoſteram, vel praeproperam quoque. zk) Patet ex his ipſius verbis: Quid enim, o ſo-

zi) Non numeranda, ſed ponderanda ſunt oratoris argumenta, quae ſatis quidem malitioſe, et contra veritatem apertam, noſter verboſa, ſpecioſa, et infirma vocat. Etiam fruſtra diuinae prohibitionis, *non occides*, commendationem deſiderat. Decalogi praecepta iudaei ſemper et vbique omnes habebant ob oculos poſita, et vulgo erant notiſſima: ſed peruicaces erant ea communi rebellione, et immorigeri: vt quam prudentiſſime ipſis alio alioque modo Ioſephus diuinam voluntatem atque curandam ipſorum ſalutem proponere ſtuderet. Ecquid dici potuiſſet luculentius, quam ea ſaepius in oratione repetita? *Hoc modo in creatorem noſtrum Deum ſummum ſcelus admittitur - Naturae lex validiſſima, vt velint viuere, in omnibus ſita eſt. - Deum indigne ferre non arbitramini, cum donum eius homo deſpiciat? - - Deo inuiſum eſt, ex NB. a ſapientiſſimo legis noſtrae conditore coercetur.*

zk) Illum vero coecum eſſe oportet, qui Ioſephum in genere non videat agere de voluntaria morte. Omnis et qualiſcunque ea, in omnibus, ſemper, et vbique iniuſta eſt, minime neceſſaria eſt, ſtulta eſt, temeraria et intempeſtiua

o ſocii, propriae caedis auidi ſumus? aut cur amiciſſimas inter ſe res, corpus et animum, in diſſenſionem vocamus? Sed Romani hoc ſciunt, optimum eſſe in bello mori. . . Si illi hoſti ſuo parcendum putant, quanto iuſtius nos ipſi nobis parcamus? Quippe ſtolidum eſt, ea circa nos admittere, pro quibus ab illis diſſenſimus. Poſt alia quaedam in hanc ſententiam, Nam et gubernatorem, ait, timidiſſimum puto, qui tempeſtatem metuens, ante vim turbinis nauem ſponte ſubmergit:„ zl) Quae vero interſerit de fortitudine vel magnitudine animi, ſupra aliquoties diſcuſſimus, et praeter alia oſtendimus, non iuxta fortitudinem, quam quiſque fere ſibi pro libidine fingit, ſed iuxta prudentiam et rationem eſſe viuendum moriendumque. Imo ſine his illam non eſſe. zm)

 3. Re-

peſtiua eſt, praepoſtera et praepropera eſt: vt rebellio nulla aduerſus imperantem, ſub quocunque praetextu aut neceſſitatis ſpecie ſuſcepta, defendi nequit. Multo minus vllo excuſandi ſunt modo, qui diuinae maieſtatis non verentur eſſe rei. Quae ſequuntur noſtro haudquaquam fauent: integra Ioſephi oratio, quae diximus, ſolidis argumentis probat.

zl) Haeccine recte ſe habent omnia? Caſum cauſſamue ſui necis iuſtae aut neceſſariae nuſquam inuenies. Viri victi atque deſperantes extremo vitae aut ſeruitutis verſabantur periculo: quibus ſui conſeruationem perſuadere ſatis quidem diſerte ſtudebat.

zm) Sufficiant, quae ſupra fere ad nauſeam de fortitudine et magnanimitate diſputauimus. Multis, fatemur, eſſe viuendum, qui nullam prae ſe virtutem ſingularem, nedum animi magnitudinem ferre poſſunt. Et hoc fatemur, ſine prudentia et rationis vſu vitam eſſe miſerrimam et ho-

3. Reliqui colores, vel ratiunculae Ioſephi, quae videri poſſunt contra omnem mortem voluntariam valere, ſunt partim in ſuperioribus euerſae, partim inualidae, partim manifeſte falſae. zn) Euertimus argumentum illud brutum, ſiue ex brutis petitum, quorum nullum eſſe dicitur quod ex induſtria, vel ſua opera moriatur. zo) Euertimus argumentum beneficiarium ſiue quod ex beneficiis extorquetur. Hic vero Ioſephus ita nugatur: Deum vero non indigne ferre arbitramini, cum donum eius homo deſpiciat. „ Aſt vero donum non deſpicit, qui illi renunciat, dum ſibi eſt inutile, vel pernicioſum quoque. zp) Pergit Ioſephus:

et hominis nomine indignam. Illud vero etiam nobis haud difficulter quiſque conceſſerit, ſecundum prudentiam et rationem qui viuere inſtituerit, fore neminem, qui periculis imminentibus, aut calamitatibus qualibuscunque cumulatis, ſemetipſum enecare velit; illum minime omnium, qui bonis literis fuerit imbutus. SENECA de tranquill. c. 3. *ſi te ad ſtudia reuocaueris, omne vitae faſtidium effugeris: nec noctem fieri optabis taedio lucis, nec tibi grauis eris, nec aliis ſuperuacuus* cet.

zn) Contrarium vero etiam ſatis clare ſupra fuit a nobis demonſtratum.

zo) Si natura brutis animalibus feriſque beſtiis ſui conſeruationem indidit: quanto magis homini animalium omnium nobiliſſimo, et ratione, ad imaginem diuinam, ornato, vitam natura prudenter et accuratiſſime fouendam commendauit?

zp) Bone Deus! hominum adeo quemquam ingratum ac deſipientem inueniri, vt beneficia, quibus cumulatur in immenſum, intelligere et accipere nolit. Quicquid ſumus, quicquid habemus, atque forte nobis fortuna obuenit,

Digitized by Google

ſephus: Ab illo accepimus, vt eſſemus: rurſumque vt eſſe deſinamus, illi reddendum. Hic paene delirat. Quid enim hic Deo reddendum eſt, aut reddi poteſt? an vita corporea? Eam aeque reddit, et magis, ſi reddi poſſit, qui ſponte, quam qui inuitus et coactus moritur. Imo Ioſephus ſuadet, non vt demus, aut reddamus vitam, ſed exſpectemus donec ea deſinat, aut vi nobis eripiatur. zq)

nit, T. O. M. Deo referimus acceptum. Et ſi quae calamitas aut miſeria nos opprimit, profecto ad ſalutem et felicitatem id fieri credendum, ratis, omnes huius vitae cruciatus, omnes aerumnas atque dolores nihili faciendos, prae gaudiis coeleſtibus, quae diuina clementia freti certo nobis aeternum futura ſperamus. Quotus vero quiſque eorum, quorum mens ſana in corpore ſano eſt, donum patris clementiſſimi, quod longe omnium eſt maximum, vitam, homini dixerit, abſque blaſphemia dictum eſto, inutile et perniencioſum eſſe? Eſtne furor, aut malitia ſumma, eſtne rebellio, aut inſania deplorabilis, dono renunciare diuino, atque adeo deſpicere vitam, et ruere in exitium? Quam quis prae ſe ferre poteſt, imaginem abiicere diuinam, et infernalibus ſemet cruciatibus offerre?

zq) Malus eſt, atque bono Ioſepho iraſcitur immerito. Verſionis Latinae culpa in auctorem ipſum, ſcriptorem Graecum, non redundat. Deo T. O. M. a quo vitam et omnia miſeri homunciones accepimus, reddere nihil poſſumus. Ioſephi longe alia mens eſt in elegantiſſima oratione de bello Iudaico l. 3. c. 14. τὸν δὲ Θεὸν οὐκ οἴεσθε ἀγανακτεῖν, ὅτ' ἂν ἄνθρωπος αὐτοῦ τὸ δῶρον ὑβρίζῃ; καὶ γὰρ εἰλήφαμεν παρ' ἐκείνου τὸ εἶναι, καὶ τὸ μηκέτι εἶναι πάλιν ἐκείνῳ δίδομεν* (al. διδόαμεν) Latine ita reddendum videtur: *nonne Deum indigne ferre arbitramini, cum homo donum eius plane deſpiciat? Nam et ab illo accepimus, vt eſſemus, rurſumque vt eſſe deſinamus, illi permittendum eſt*, aut fas

A dono et beneficio tranſit Ioſephus ad depoſitum: ac ſi idem eſſet donum ac depoſitum. Et corpora quidem, inquit, cunctis mortalia ſunt. . . anima vero ſemper immortalis eſt, Deique particula in corporibus collocata. Hoc falſum quidem, certe apud Chriſtianos: ſed quid inde? Si quis ergo, ait, depoſitum hominis ſurripuerit, aut male tractauerit, peſſimus ſtatim ac perfidioſus habetur: ſi Dei depoſitum ex proprio corpore quis eiecerit, eum ſe latuiſſe quem laeſerit, aeſtimabit? „ Mera ſunt verba, eaque ſic cohaerentia, vt ignis et aqua. Quae enim connexio, hinc inter peſſimum et perfidioſum, inde inter aeſtimantem ſe latuiſſe? Et quis tibi conceſſerit, omnes qui ſponte moriuntur putare ſe latere Deum? quis eos laedere Deum? et quomodo? Certe non ſurripit, nec male tractat depoſitum Dei Ioſephinum, id eſt, animam, is qui eam cogente neceſſitate e proprio corpore, cum in eo potius peſſime tractatur, in meliorem ac tutiorem transfert locum, atque vt modo voluit Ioſephus de dono, ſponte Deo reſtituit. zr)

A de-

fas eſt illi concedamus. Noli credere, vitam, a Deo acceptam, illi voluntaria morte reddendam eſſe. Sic vt a Deo ſumus, quod ſumus, etiam, nos non eſſe, tantum eius ſanctiſſimo arbitrio permittendum eſt. Deo enim viuimus, Deo morimur, nihilque nobis de iure vitae ac necis, praeter obſequii gloriam, relictum eſſe, quam certiſſime perſuaſi ſumus.

zr) Fruſtra peruertit et confundit omnia: vt ſuum confidentius poſſit miſcere virus. Ad ſocios pertinaces commouendos atque fortius ab interitu retrahendos, Ioſephus diuerſa vtitur ſimilitudine: et poſtquam veriſſime hominis vitam

Digitized by Google

A depoſito repente tranſilit ad ſeruitutem, vel conditionem ſeruorum. Et ſeruos quidem, ait, fugientes

vitam aſſeruit eſſe Numinis incomparabile donum, perquam ſolicite ſeruandum, animam propoſuit immortalem, velut Θεοῦ μοῖραν Dei portionem, homini diuinitus inditam, reſpiciens ad Geneſ. II. 7. vbi Deus in nares hominis dicitur ſufflauiſſe halitum vitae: vt factus ſit homo anima viuens. Eoque ſenſu HORATIVS ſermon. l. 2. ſatyr. 2. v. 79. animum vocat *diuinae particulam aurae.* Hoc ergo ſiue donum, ſiue depoſitum, quocunque differant modo, certe negligendum non eſſe conſtat. Domini recuſare donum non licet, neque ſurripere hominis cuiuſcunque depoſitum. Quod qui fecerit peſſimus omnino habendus eſt atque perfidus. Dei vero ſiue donum, ſiue depoſitum, quiſquis eiecerit e corpore ſuo, iſtud tantum ſcelus certo ſciat laeſum iratumque non latere vindicem. Ecquid dici poteſt luculentius? Deum laedi, et vehementiſſime laedi, voluntaria morte, ſatis ex ſuperioribus patet. Etiam omnes teſtor, qui ſtudio inſanire nolunt, annon miſerabiliter animam ſurripiat ac peſſime tractet, qui eam ipſe violenta morte ad exitium e corpore proiicit. A ſemetipſo manus quiſque ſaeuas abſtinere debet, atque voluntatem patienter exſpectare diuinam, a qua ſolum, natura vel externa vi mediante, cogens moriendi neceſſitas dependet. In corpore animam, eſto, male excruciari: virtutem ita credito probari, ad peccatorum expiationem, atque ſeriam emendationem vitae, conducere: et nihil omnino fieri ſine ſaluberrima et ſanctiſſima patris ac domini coeleſtis voluntate aut immutabili prouidentia. Non homo ſemetipſum, ſed vnus miſericors Deus animam e corpore valde afflictam in locum tutiorem ac meliorem, i. e. coeleſtia gaudia, transferre poteſt. Neque arbitrii noſtri eſt, vt modo vidimus, quod nobis diuinitus impertitum, non ſine rebellione vel indignatione, reſtituere Deo.

Digitized by Google

gientes vlciſci, iuſtum creditur, quamuis nequam dominos fugerint. Ipſi vero Deum fugientes, et optimum Deum impie facere non videbimur? „ Praeter ea, quae ſupra diximus, et nobis, Dei ſeruis, fugere licet; et fugientes, vel ſponte eo, quo ſaepiſſime dictum eſt, modo cauſaque morientes, non Deum fugimus, ſed ad Deum confugimus. Itaque dixeris potius, peſſimos eſſe ſeruos, qui dominum, quantum poſſunt, maxime fugiunt, ab eoque abeſſe cupiunt, atque peruicaciſſime in extremis etiam miſeriis, peccandique periculis viuere malunt, quam ſponte citoque mori, et ad Deum Dominumque optimum peruenire, praeſentesque ei adeſſe. zs)

Quae

zs) Seruorum ergo conuertit in dominorum conditionem: vt hi ab illorum arbitrio dependeant. Miſerum et impotentem cum oporter eſſe dominum, qui ſuum non poteſt ſeruare ac tueri ſeruum: vt fugere liceret illi, neſcio a quo perſequente et opprimente, ad dominum, in cuius poteſtate et imperio manere noluit, aut, quod incredibile dictu, non potuit. Ecquis de maieſtate coeleſti talia fando non blaſphemus fuerit, aut certiſſime tandem, ad damnum irreparabile, iniuriarum reus? Adeone inter omnes conſtat, ſi Deus pro nobis eſt, neminem contra nos eſſe, aut iniuriis afficere Numini clementiſſimo deuotos? Vae perfidis omnibus et immorigeris, qui generi humano communem nolunt perferre miſeriam, atque peruicaciter aduerſus Dominum rebellare inſtituunt propterea, quod ſuo magis credunt ſtare, quam diuino arbitrio! Qui creatori atque ſeruatori ſuo fidit, profecto nunquam dominum, at facillime et conſtanter peccandi quaſcunque illecebras fugere poteſt, ſuam a Deo diſſolutionem exſpectat, eoque iubente, maxima cum lubentia, moritur placide; vel praeſto

Digitized by Google

Quae ſequuntur, eiuſmodi ſunt. An ignoratis quod eorum qui lege naturae vita exeunt, acceptumque Deo debitum ſoluunt, cum is qui dedit recipere voluerit, perpetua laus, domusque et familia ſtabiles ſunt? purae autem et quae inuocantes exaudiantur animae retinent locum in coelo adeptae ſanctiſſimum: atque inde rurſum voluentibus ſeculis caſta corpora iubentur incolere. Quorum vero manus in ſeipſos inſanierunt, eorum animas tenebroſior orcus ſuſcipit. Pater autem illorum Deus autores iniuriae per nepotes vlciſcitur. „ Haec partim confuſe et ambigue, partim falſo et propemodum furioſe, aut fanatice effunduntur: vti ea quae ſine vlla reuelatione, ratione et experientia, imo contra ea, promittit et minatur. zt) Profecto innu-

ſto ſemper eſt imperatori ſuo, quem, qui fugiunt, ſemet enecantes ipſos, nunquam reperire creduntur.

zt) Quod argumentis ante ſatis probauerat, et longa nos hactenus demonſtratuiz iuimus ſerie, fieri non poſſe, Ioſephus docet, vt, qui ſemetipſos occidere non vereantur, in loco beatorum atque fidelium, a Deo, iudice iuſtiſſimo, collocentur, ad tenebras et cruciatus infernales relegandi. Quod noſter aequo animo ferre nequit, vt more ſuo, nuſquam inueniendum, in conuiciis iniquiſſimis atque turpiſſimis refugium quaerere ſtudeat. Locutionibus iudaeis familiaribus, ad commilitones conuincendos, Ioſephus vtitur. Moyſes ipſe promiſſionibus et comminationibus cumulatis legem populo quam religioſiſſime obſeruandam inculcauit. Quibus diuina largior ad felicitatem aeternam parata eſt gratia, illis beata quoque in terris memoria poſteritasque iucunda, vt liberis quoque parentum obſequentiſſimis longior vita promittitur: vt quauis ratione grati et accepti videantur eſſe Deo. Neutiquam vero

 inde

innumeri ſunt, qui ſe non occiderunt, vix proximis et ſua aetate noti. Vbi ergo perpetua eorum laus, domusque ac familiae ſtabiles? zv) E contrario multorum qui olim ſe eduxerunt, laus adhuc perſeuerat in hiſtoriis, etiam inter hoſtes et damnantes, perpetuoque perſeuerabit vtique. Multos horum ſuae gentis impenſe laudat Ioſephus ipſe. zx) De iis autem, quae in coelo orcoque fiunt et facta ſunt, homo iudicare nequit, aut ſi quis temeritatem Ioſephi aliorumque imitari velit, poteſt ipſos cum omnibus ſuis audacibus aſſertionibus ad inferos detrudere; alios vero ab ipſis damnatos in ſupremo coelo collocare. Nihil ad hoc opus eſt niſi impetu quodam aeſtuque fortis imaginationis et arrogantis ſtultitiae. zy) Sed haec mittamus. Quid

inde ſequitur, qui adoleſcentes, pueri, infantes moriuntur, eos fuiſſe immorigeros aut parentibus non ſatis obedientes et impios.

zv) Pari omnino, vt de filiis dixi, modo. Sunt etiam multi, qui ſemetipſos non occiderunt, damnati. Quid inde?

zx) Memorantur vtique multi, ſed ſine laude omnes: niſi quis ſuae gentis, Stoicorum puta familiam, exitum ſceleratum commendare inſtituit. Sunt vitiorum omnium in hiſtoriis non numeranda exempla. Auctores vero dixeris ideo celebres atque beatos fuiſſe? Optime aliquando qui potuit latere, optime vixit. Eumque feliciſſimum praedicamus, cuius in libro vitae legitur adſcriptum nomen.

zy) Nec Ioſephus, nec alius quiſquam dicere auſus fuerit, quae vel in coelo, vel in orco fiant, niſi quae ſatis clare ipſis oracula diuina ſuppeditant. Nouimus, homines Deo deuotos, fideles atque pios, etiamſi per vitam calamitatibus fuerint oppreſſi, poſt fata eſſe cum Deo. Contra

Quid vero eſt acceptum Deo debitum ſoluere, id eſt vitam vtique, quae antea fuit donum, depoſitum, ſeruitus? Quid eſt, Deum, qui dedit, et id, quod dedit, recipere? An Deus recipit corpus et vitam? ea vero vna cum corpore extinguitur, interit, et euaneſcit. idem fit etiam ſponte morientibus. zz) Deinde quis

 vnquam

tra nouimus quoque, a Deo alienos, perfidos, impios, etiamſi per vitam omnibus inceſſerint laetitiis, et voluptatibus fuerint obruti, poſt fata eſſe cum diabolo. Inde recta concluſio: perfidus et impius non poteſt eſſe beatus: niſi plane morbo aut mente captus, ἀνλοχως eſt perfidus et impius, ergo non poteſt eſſe beatus. Alioqui nos certe neminem, vel infeliciſſimum peccatorem, vel religioſiſſimum hominem, damnatis aut beatis adſcribere poſſumus. Obſecrandum cuique mortalium, fac miſero gratiam, Domine! Noli peccatorum eſſe memor noſtrorum, ſed incomparabilis clementiae tuae, miſericors Deus! Hoc vero etiam ex ſacris intelleximus, coeleſtia non ſatis eſſe praedicanda gaudia, ſummam ex ſummi boni poſſeſſione felicitatem, quam oculus adhuc nuſquam vidit, nec auris audiuit, nec ſibi quiſquam imaginari poteſt: vt gloriam diuinam aeternum ſummis laudibus euehere valeamus. Triſtiſſimum contra damnatorum eſſe in orco ſtatum, vbi cruciatus aeternos, non ſine deſperatione perpetua, lamentabili eiulatu, et ſtridore dentium, perſentire debeant. Vae miſeris, qui malunt experientia, quam reuelatione diuina et ſaluberrimis conſiliis, erudiri!

zz) Stulte, quid rogitas? Translata ſignificatione, quae valet iam in linguis omnibus, Deo, vel naturae, debitum ſoluere, eſt mori, morte quidem non violenta, ſed naturali, propterea quod mortales, quos natura, vel Deus naturae ductu, fecit, mori aliquando debeant. Moriens ergo ſoluit, quod debet. Ἐξηγητικῶς Ioſephus poſuit ſatis perſpicu-

vnquam audiuit grande eſſe ſcelus, ac creditorem vltra modum excandeſcere, furere et punire, ſi debitor ſponte, et paulo citius ſoluat debitum? praeſertim ſi is ſit creditor, cuius nihil id referat; debitor verò ingentibus et ineluctabilibus vrgeatur malis, adeoque ſoluendi cauſis. Poteſtne Deus infamari magis? a*)

Denique qui ſe occiderint, apud nos quidem, inquit, vſque ad ſolis occaſum inſepultos abiici decretum eſt. . . apud alios dextrae iubentur abſcindi. . . Confundit rurſus, et effuſe mentitur, vt omnes in hac cauſa, Ioſephus. b*) Quaeritur duntaxat de iis qui ſe iuſta

ſpicuam, et vulgo notiſſimam, *qui lege naturae vita exeunt, acceptumque Deo debitum ſoluunt.* Quod certe non faciunt rebelles ac ſponte morientes, qui non lege naturae vita exeunt, ſed violenta manu vitam ſibi adimunt, et, quod acceperunt a Deo, peruicaciter abiiciunt.

a*) De Deo T. O. M. ſumma cum deuotione cogitare et loqui debemus, neque adeo ſtultis reſpondere cauillationibus. Vel quis mortalium vnquam coeleſte Numen cum homine, opificem excellentiſſimum et incomparabilem cum eius opuſculo componere auſus fuit?

b*) Qui omnium optime de ſuae gentis conſuetudine, legibus et vſu teſtari potuit. Neque abſciſſio manus negari poteſt. AESCHINIS tempore, vt ipſe in Cteſiphontem teſtatur, Athenis eorum, qui ſe interfeciſſent, manus ſeorſim a corpore ſepeliebantur. Lex ita ſe habet: ἐάν τις αὑτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν ἀποκόπτειν, καὶ χωρὶς τοῦ σώματος θάπτειν. *Qui ſibi violentas manus intulit, manus, quae id perpetrauit, praeciditor, neque eodem cum corpore tumulo ſepelitor.* vid. ANTON. THYSII collatio Atticarum et Romanarum legum, apud Iacobum Gronouium theſauro Graecarum antiquitatum vol. 5. p. 1390. edit. Venetae.

Digitized by Google

iuſta et neceſſaria ex cauſa occiderint: c*) nulli vero horum omnium, quod conſtat; certe inauditum eſt, Lucretiae, Catoni, Democli, Demoſtheni et tot aliis dextras amputatas, aut eos inſepultos abiectos. d*) Imo contrarium potius eſſe verum, apud Romanos ſaltem, omnium paene gentium tunc dominos, apparet vel ex Tacit. 6. Annal. c. 29. vbi relatis mortibus voluntariis Pomponii Labeonis et coniugis Praxeae, Promptas, ait, eiuſmodi mortes metus carnificis efficiebat: et quia damnati, publicatis bonis, ſepultura prohibebantur: eorum qui de ſe ſtatuebant, humabantur corpora, manebant teſtamenta. e*) Auguſtus Gallum Terrinium ſenatorem, captum repente oculis, et ob id inedia mori deſtinantem, praeſens conſolando reuocauit ad vitam. Suet. c. 53. f*) Et, cum Phoebe Iu-

 liae

c*) Atqui iuſta et neceſſaria mortis voluntariae cauſſa eſt nulla.

d*) Vero mihi quidem non videtur ſimile. De illis vero hiſtorici nihil memoriae prodiderunt. Neque coniicere licet, vno alteroue ſecundum leges non punito, leges abrogatas aut nullas fuiſſe. Furtum ſemper tamen furtum manet, etiamſi laqueo non puniatur: Adulteri honorantur aliquando: nemo tamen adulterium cuiquam dixerit eſſe permittendum.

e*) Quod probe notandum, et noſter abrumpit, *pretium feſtinandi.* Suſpicioſiſſima enim erant Tiberii, ſimulatoris egregii, et Seiani hominis iniquiſſimi tempora: quibus vel ob leuiſſimas cauſſas, inuiſi iubebantur ſponte mori, ſuamque praeuenire damnationem, ne, publicatis bonis, ſepultura prohiberentur. Confer. LIPSII commentarius p. m. 135. Confer. DIO CASSIVS lib. 57. et 58.

f*) Laudatur haec Auguſti comitas, qui, niſi praeſtaret, ferre

liae liberta ſuſpendio vitam finiiſſet, maluiſſe ſe, ait, Phoebes patrem fuiſſe. c. 65. g*) Praeterea etiamſi verum eſſet, exemplis et rationibus Ioſephinis probaueris nefas eſſe, fortiter ſe tueri hoſtemque repellere: quia qui id fecerunt, poſt capti vel occiſi, grauibus affecti ſuppliciis probriſque. h*) Leonidam capite truncatum Xerxes cruci ſuffixit: Batim vero egregia edita pugna captum Alexander crudeliſſime extinxit: Tyrios quoque, vrbe demum capta. Et in vniuerſum expugnatis vi vrbibus, quae fortiſſime fuerunt defenſae, crudelitas, omnium gentium more, velut effuſis habenis graſſatur. An ideo nefas eſt, ſtrenue pugnare, et ſe ſuaque impigre defendere? Imo vel ideo fas potius, ſponte mori. i*) Porro diximus ſupra Bernabo-

ferre quamcunque calamitatem, quam ſemet enecare, miſerrimum ſenatorem profecto non ab interitu ad vitam reuocare potuiſſet.

g*) Adeo puduit Auguſtum Iuliae, quae proſtibulum et carcinoma domus Auguſtae, vt Phoebes maluiſſet eſſe pater, quae ſcelerum conſcia et particeps liberta; pudore ſummoque dedecore victa, ſuſpendio vitam finire maluit: quod etiam optauit imperator feciſſe Iuliam.

h*) Haeccine conſequentia eſt? Semet enecare ipſum, nefas: ergo et fortiter ſe tueri hoſtemque repellere, nefas: quod inde periculum, ne quis occidatur. Hoc virtutis eſt, illud nefarii ſceleris; hoc neceſſitatis, illud temeritatis; hoc boni ciuis, illud peſſimi rebellis; hoc pietatis, illud perfidiae; hoc patriae ſalutare, illud peſtiferum.

i*) Nullo modo. Quotquot, iure vel iniuria belli, fuerunt ab hoſtibus oppreſſi, ſcelere, non ſuo, ſed alieno periere. Si pro lubitu liceret cuique, periculis aut miſeriis imminentibus, ſemet ſubducere et occidere ipſum, vt labores,

Digitized by Google

nabonem Vicecom. Mediol. ſeueriſſime multaſſe et puniuiſſe ruſticos, qui leporem, capream, aprum inſectati conuincebantur. Idem fere nunc fit ab omnibus principibus Chriſtianis. an id quoque ideo natura nefas? k*) Denique iiſdem exemplis et rationibus probaueris, impiiſſimum, turpiſſimum ac flagitioſiſſimum fuiſſe olim, profiteri Chriſtianam fidem: quia eam profeſſis atrociſſima quaeque irrogata fuere ſupplicia: vti etiam nunc in Iaponia, et in aliis forte locis. l*)

Sed

bores, vulnera, necemque fugeret: quis irruenti vel atroci reſiſteret hoſti, vt patria et ſalus publica ſarta tecta ſubſiſtat? Semet ſuoſque defendere, fas eſt, non ſponte mori. Hoc fortibus et bonis exhorrendum: pro patria mori ſemper dulce fuit ac laudabile.

k*) Num etiam vlla comparatio magis inepta eſſe poteſt? Venatio iuris naturalis eſt; ergo mors etiam voluntaria. Ius venandi principibus competit, ergo et ruſticis. Quod quis in regione ſua iuſſit, velut regale, ſibi relinqui proprium: nuſquam gentium ſine piaculo ſibi quiſquam arrogare poteſt. Natura nefas eſt, quod a libero cuiuſque arbitrio dependet. Et quae his ſimilia finguntur alia.

l*) Eadem ratio eſt, quam ſatis, puto, clare iam demonſtrauimus. Chriſtiani eſt, Chriſtum, ſeruatorem et dominum, vbi fuerit neceſſarium, quam conſtantiſſime profiteri, veritatem etiam, ſi fuerit opus, non ſua manu, ſed hoſtium crudelitate profundendo ſuo ſanguine confirmare. Hic profecto nihil inuenies, quod patrocinari aliquo modo poſſit voluntariae morti, quam Chriſtiani omnes vehementiſſime abominantur. Vel quotus quiſque ſanctorum martyrum ipſe manus intulit ſibi? Sponte ſubierunt omnes cruciatus, quos euitare non potuerunt: vt inperterriti ſemper et vbique de confeſſionis ſuae inuincibili veritate quam conſtantiſſime teſtarentur.

Digitized by Google

Sed ſatis de Rachelio et oratione illa Ioſephi: audiamus nunc alteram vel Ioſephi ipſius (qui melius in aliena, vt fit, cauſa, quam in ſua vidit, quid honeſtum, decorum et laudabile eſſet) vel Eleazari, cum mille circiter reliquis ſociis poſt excidium Hieroſolymae a Romanis arctiſſime obſeſſi Maſſadae. m*) Hic fortiſſime quidem ſe defenderant, ita vt ſubrutis muris nouos interiores conſtruxerint, ſed ex trabibus quoque, vti praeſens neceſſitas flagitabat. Illis vero ignis a Romanis eſt iniectus, atque accidit, vt ventus ignem a principio impellens in hoſtem et machinas, ſubito conuerſus flammas in murum repulerit, et auxerit. Tum vero Romani ad caſtra laeti digrediuntur, hoſtes luce aggreſſuri. Nocte vigilias accuratiores faciunt, ne quis clam aufugeret. Sed neque Eleazarus de fuga cogitabat, neque alii cuiquam permiſſurus erat vt fugeret. Videns autem murum igne conſumptum, alium vero nullum ſalutis modum, neque virtutis excogitans: ſed his quae Romani in ſe, liberos ſuos et coniuges facturi erant, ante oculos poſitis, de morte omnium conſilium cepit: idque ex praeſentibus fortiſſimum ratus, validioris

m*) Maſſadae oppugnationem, eaque extrema ſalutem deſperantis Eleazari orationes vide apud IOSEPHVM de bello Iudaico l. 7. c. 28. p. m. 286. ſeqq. Excitat ſuos ad mortem oppetendam, ne ſic tandem a Romanis victoribus in ſeruitutem abducerentur. Probationis inde vero nihil pro iuſtitia mortis voluntariae adduci poteſt. Pro ſapientia ſic valet ſaepe audacia: neque magis, quam inter arma leges, deſperantium voces audiendae ſunt. Vbi victoriae aut liberationis ſpes nulla erat reliqua: prudentiae et conſilii videbatur eſſe, victoris fidei et gratiae ſemet tradere, vel duriſſimam ſeruitutem praeferre morti voluntariae.

Digitized by Google

dioris animi ſociis veſpere congregatis, huiuſcemodi orationem ad eos habuit. *Cum olim vobis decretum ſit, viri fortes, neque Romanis, neque cuiquam alii ſeruire, niſi Deo. . . ecce nunc tempus adeſt, quod factis veſtros probare animos iubeat. . . Puto autem et hanc nobis a Deo gratiam datam, vt bene ac libere poſſimus mori, quod aliis non euenit, praeter ſpem ſuperatis: nobis autem certum eſt, orto die futurum excidium. Libera eſt autem ſtrenua mortis conditio cum affectibus: neque id prohibere hoſtes poſſunt, qui profecto nos optant viuos abducere.* En quomodo nunc voluntatem quoque Dei, et neceſſitatem a Deo immiſſam colligat. n*) *De Dei*, ait, *voluntate coniicere et ſcire poſſumus, quod amica ei quondam Iudaeorum natio damnata ſit interitu: manens enim propitius, vel ſaltem nobis leuiter iratus, nunquam tot quidem hominum perniciem neglexiſſet: ſacratiſſimam vero vrbem ſuam igni hoſtium excidioque perdidiſſet.* Vide ipſe in hanc ſententiam plura. Sed alii quidem ei obedire properabant: qui vero *molliores* erant, coniugum ac familiarum ſuarum miſericordia, vel etiam proprius quemque deterrebat interitus: alius alium intuens contrarium

n*) Sed ea opinione, vt ſupra iam ſatis clare demonſtrauimus, Eleazarus cum Stoicis omnibus valde errat. Non eſt, quae hominum, Dei voluntas. Alioqui recte, et ex animi cuiuſque voto, vbique terrarum fierent omnia. Nulla damnationis ſupereſſet cauſſa. Scelera nuſquam regnarent, quae certiſſima ſummi iudicis vindicta manet. Nec placet eiuſmodi naeniis diutius immorari, illud quidem MARTIALIS l. 2. epigr. 86. veriſſimus eſſe ratis: *Turpe eſt difficiles habere nugas, Et ſtultus labor eſt ineptiarum.*

Digitized by Google

trarium voluntatis ſuae motum lacrymis deſignabant. Quos cum vidiſſet Eleazar formidare, et magnitudine conſilii animis frangi, pertimuit ne etiam qui fortiter dicta perceperant, *effeminarentur:* itaque erectior, *Plurimum*, inquit, *opinione deceptus ſum, qui putarem viros fortes, pro libertate certantes, mori bene malle, quam viuere. Vos autem nec cuilibet quidem homini quicquam, neque audacia, neque virtute praeſtatis: qui etiam magna mala effugituri, mortem timetis: cum oporteret vos ſuper hoc neque cunctari, neque exſpectare monitorem.* Verborum quae ſequuntur, corruptorum vtique hic ſenſus eſſe videtur. Olim et a primo ſenſu, vel rationis, vt dicitur, vſu nos eruditos ſacris diſciplinis, maiorum deinde noſtrorum, praeſertim, qui Machabaeorum temporibus extiterunt, factis et animis confirmatos eſſe oportebat: quod viuere hominis eſt, non mori, calamitas. *Nam mori quidem libertatem animis praeſtat, ad proprium purumque locum eas dimittit, ab omni clade futuras intactas. Donec autem mortali corpori iunctae ſunt, vnaque malis eius replentur; quod veriſimile eſt, mortuae ſunt.* Plura de ſtatu animarum in corporibus, atque de ſomno quoque, mortis imagine, locutus, inde ad aliena et externa exempla eorum, qui apud Indos profeſſi ſunt ſapientiam, digreſſus ſubiungit: *Non ergo nos pudebit, ſi deterius Indis ſapiamus, propriaque ignauia leges patrias, quae omnibus hominibus aemulandae videntur, inhoneſte deſpiciamus: quanquam etſi contraria nos a principio inſtituiſſet eruditio: nempe quod ſummum bonum eſt hominibus viuere, mors autem calamitas: attamen tempus nos adhortatur cum bono animo, et facile tolerare, Dei voluntate, et neceſ-*

Digitized by Google

neceſſario morituros. „ Hic denuo clare vides, o*) praeceptum Non occides, non fuiſſe Auguſtiniano ſenſu

Ccc 2

o*) Ecquis Eleazarum extrema deſperatione ſuis, vt ſe inuicem enecarent, confuſa triſtique oratione ſuadentem, conſtituerit legis de non occidendo interpretem? Extincta iam erat Iudaeorum pietas et religio, extincta fides atque virtus: poſtquam dominum et ſeruatorem mundi ſpretum et omnibus plagis affectum crudeliſſime affixerant cruci, eiuſque innocentiſſimi ſanguinem a ſuis ſuorumque capitibus repoſcendum ſuſceperant. Sacrilegii, rebellionis, latrocinii, fraudis, ſtupri, caedis, omnium ſcelerum non erat finis: donec, iuſto Dei iudicio, per Romanos, totius gentis excidium decernebatur. Calamitatem inſignem deplorans ipſe praedixit Chriſtus: neque fieri aut euenire aliter potuit miſeris perditisque hominibus ſaluberrima conſilia, ſalutem, et emendationem peruicaciter reiicientibus, qui diuina beneficia aſpernati, pro lubitu agere, atque ſui arbitrii eſſe omnia, volebant. Omnem his temporibus nequitiam, omnia ſcelera, et nefandos errores a Iudaeis diſcere poſſet: ac ſplendido religionis nomine, vel ſanctitatis fuco, venditare. Praecepti de non occidendo Eleazarus non meminit: ſuis vero contra peccandum, minime prudenti et recto conſilio, perſuaſit. Ab vnius Dei voluntate, penes quem ſolum vitae ac necis arbitrium, et viuendi, et moriendi neceſſitas dependet. Contradictio in adiecto eſt, magna quemquam neceſſitate cogi, vt ſponte moriatur. Fortes autem atque conſtantes viros decet, quoad Deus voluerit, per vitam, quaſcunque calamitates, miſerias, dolores, aerumnas perferre, cauſſamque vni rerum arbitro commendare, qui ſuorum maxime ſalutarem curam gerit. Tantumque abeſt, vt cuiquam ſe vel ſuos, ſalua lege diuina, occidere poſſit: quod qui non intelligit rationi et naturae hominis contrarium eſſe, eum prorſus nihil intelligere vel inſanire oportet. Omnium non maius

Digitized by Google

ſu a Iudaeis intellectum et receptum. 2. Vniuerſim loquendo, in magna neceſſitate viuere potius, quam ſponte mori, non eſſe fortis, ſed ignaui. 3. Adeo falſum eſſe, neminem poſſe ſe ſuosque interimere niſi ex ira, furore et crudelitate, vt id ipſum ſit ſui ſuorumque miſereri: vt nunquam et nuſquam ſe magis quam in hac re affectus et tota bruta pars animi opponant rationi, et pertinaciter reſiſtant. Itaque neceſſe eſt hic animum euidentiſſimis firmiſſimisque communire rationibus et exemplis. Id ſciens Eleazar prioribus complura addit exempla ingentium malorum, quae Iudaei victi a victoribus paſſi erant. Quibus allatis, *Mori*, inquit, *properemus, noſtrimet ipſi miſereamur, et coniugum liberorumque, dum nobis licet a nobismet ipſis miſericordiam capere. Ad mortem namque ipſi nati ſumus, et quos ex nobis genuimus; eamque fugere ne fortiſſimi quidem poſſunt. Iniuria vero et ſeruitus, et videre coniuges ad turpitudinem duci cum liberis, non eſt malum hominibus ex naturae neceſſitate profectum: ſed haec ſua timiditate perferunt, qui, ante mori cum licuit, noluere.* Et poſt pauca: *Moriamur liberi, cum filiis et coniugibus vita decedamus: nobis leges praecipiunt. . . horum neceſſitatem Deus miſit: his contraria Romani volunt, et ne quis noſtrum ante excidium pereat, timent.* Haec erat fortis illa fortiſſimi viri oratio: p*) en nunc vim eius et ef-

maius poteſt reperiri malum, quam quod ſibimetipſi quis morte voluntaria infert: vt, Eleazarum, peruicacia et affectuum procellis abreptum, turpiſſime falli et fallere ſuos, haud difficulter cuique pateat.

p*) Imo deſperantis et audacis mala perſuaſio. Confer. animadu. (fo) exercit. de morte volunt. p. 257.

et effectum! Subiungit Ioſephus: *Adhuc eum orare cupientem omnes interpellabant.* . . q*) *Sed nec id quod aliquis putauerit, cum facinus accederet, obtuſi ſunt, verum etiam ſeruauere ſententiam, quam, cum dicta perciperent, habuerunt, proprium quidem earumque affectum retinentibus cunctis, rationi vero cedentibus, quia iam optime filiis conſuluiſſent.* r*) Altera die Romani conſpecta multitudine mortuorum, non vt in hoſtibus gauiſi ſunt: ſed conſilii fortitudinem et obſtinatum tanto in numero rebus ipſis contemptum mortis admirabantur. Hic iterum video conſenſum cultiorum ſaltem populorum, praeſertim Iudaeorum et Romanorum, de

 morte

q*) Non omittenda ſunt reliqua Ioſephi in eadem ſerie: vt inſania ſummoque furore et impetu mortem oppetiiſſe intelligamus. *Effrenato quodam*, inquit, *impetu pleni*, *ad opus incitabant: ac veluti laruis exagitati, alius alium antecapere cupiebat.*

r*) Notandum vero etiam, pleroſque, non ſua, ſed amicorum manu, interiiſſe, vt innatum quendam ſibi mortis voluntariae et αὐλοχειρίας horrorem teſtarentur. Decem eligebant decem percuſſores, quibus reliqui ſe mactandos praebebant. Poſtquam percuſſores aliis illud infeliciſſimum exhibuere miniſterium: eandem ſortis legem in ſua etiam morte ſtatuerunt, vt cui obtigiſſet, nouem peremtis ſemet ſuper reliquos occideret. Communi ergo ciuium conſenſu videtur cunctis fuiſſe iniuncta moriendi neceſſitas, vt nemo dici queat ſua ſponte ſemetipſum occidiſſe. Aliquot tamen latuerunt, ne ſicariorum experirentur manus, ſenior quaedam matrona, et alia Eleazari cognata, plurimum doctrina et prudentia mulieribus praeſtans; et quinque pueri, per cuniculos qui aquam ſub terra potui ducerent abditi.

ſteris exitum dedit. Quippe vix mille iuuenum manus circumfuſi vndique exercitus per totum diem tela ſuſtinuit, et quum exitum virtus non haberet, tamen ne in deditionem veniret, hortante tribuno Vulteio, mutuis ictibus in ſe concurrit. Adde Lucanum l. 4. v. 570. . . *iam ſtrage cruenta*

Conſpicitur cumulata ratis: buſtisque remittunt
Corpora victores, ducibus mirantibus . . .
. . . . . Nullam maiore locuta eſt
Ore ratem, totum diſcurrens fama per orbem.
Non tamen ignauae poſt haec exempla virorum
Percipient gentes, quam ſit non ardua virtus
Seruitium fugiſſe manu.

I nunc, et dic Romanos aliosque populos damnaſſe omnem mortem voluntariam: dic, eos amputaſſe dextras, vel abieciſſe inſepultos. v*) Repete tuum ἀπολύεσθαι, Non occides, Non eſſe e ſtatione diſcedendum, Mollis et ignaui eſſe ita mori, Satis eſſe non pigre ire ad mortem, aliaque aliunde compilata. x*) Voca

v*) Demonſtratum iuimus ſupra, et exercitat. de morte voluntaria diſſertatione praeliminari pag. 19. ſeq. Etiam plura, ſi videretur eſſe operae pretium, teſtimoniis veterum addere poſſemus.

x*) Haec autem valent omnia, nec vllo modo mille et pluribus hominum exemplis, vt ſupra ſatis prolixe oſtenſum, infringi poſſunt. Dicuntur profecto pii a Deo in pace dimitti, et vinculis ſolui, quibus ſemetipſos educere vel perdere, fuit nunquam permiſſum. Immutabile Numinis aeterni de non occidendo praeceptum homicidae, quot-

Voca etiam in ius, cita leges Romanas, accuſa, inſta, vrge, illos vel innocentes, vel nocentes occubuiſſe. Vtrouis modo dignos eſſe noua morte et poena. Nihilominus quamdiu ſupererit hiſtoria Rom., audient legentque omnes qui potuerint et voluerint, ſumme laudari viros magnanimos, nullos fama magis toto orbe celebratos, illos admirationi fuiſſe hoſtibus ducibusque ipſis, victores corpora remiſiſſe buſtis. y*) Quid vis

quotquot in orbe fuerunt, antiquare aut peruertere nunquam potuerunt. Ac merito nequam ille homo puniendus, qui, ſine imperatoris ſummi voluntate, pro lubitu e ſtatione ſibi mandata, ne quid aduerſi patiatur, diſcedere audet. Molles et ignaui recte habentur omnes, qui laborum et miſeriarum pertaeſi, quam viuere, et aequo vtramque fortunam ferre animo, ſemetipſos perdere malunt. Forti, maſculo, conſtantique animo ſapientes a Deo ſanctiſſimo et omnipotente rerum arbitro exſpectant vitae finem ſemperque id agunt, vt actionibus quibuscunque ſuis teſtentur, non eſſe mortale, quod optant, quodque non ſibi ſumere, ſed grato animo, ſicubi Dominus voluerit, accipere debent. Veritas ſuo ſe ſplendore commendat ipſam, nec aliunde conquiſitis ornamentis vnquam puto habuiſſe opus.

y*) Qui carnifices ſui ſunt, atque ſaeuas in ſemetipſos non verentur conuertere manus, fruſtra in his terris accuſantur, fruſtra damnantur et puniuntur: coeleſtis vero iudicis iuſtiſſimi tremendum non poſſunt fugere tribunal. In orbe poſt fata etiamſi eſſet ſuperſtes infamia: poſteris illa quidem aliquantiſper officit ac videtur aliquando eſſe moleſta: ſed tamen occumbentis animae conditioni obeſſe nequit, vt ne tanti quidem credatur eſſe facienda. Ecquid me iuuat in hiſtoriis laudari, vel ſupra modum, ſi, quod gratia ſingulari auertat Deus, aeternum in loco damnatorum

Digitized by Google

vis amplius? niſi Lucanum poſtrema, tanquam vere proprieque vatem praedixiſſe: nempe ne poſt haec quidem fortiſſimorum virorum exempla futurum, vt ignaui homines populique diſcant, quam ſit facilis et praeclara virtus, ſponte mori potius, quam turpiter capi, ſeruire, et indigna quaeque pati. z*)

Poſt cuncta ſuperiora valde inutile ac ſuperfluum videri poteſt ea diſcutere quae Lipſius l. 3. c. 23. Manud. congeſſit. Pleraque enim omnia a prioribus non differunt, ideoque modo profligata ac reiecta ſunt, vtpote partim manifeſte falſa, partim inania, ſpecioſo ac decipiente fuco circumlita, et a re, de qua quaeritur, aliena.

rum intolerabiles mihi eſſent ſubeundi cruciatus? Mors autem voluntaria nuſquam laudatur, niſi ex Stoicorum ſententia. PAVSANIAS Graeciae l. 6. c. 8. p. m. 471. ſeq. vbi, poſtquam Timanthi narrauit exitum, qui, deficientibus in ſenectute viribus, exſtructo rogo in ignem ſemetipſum coniecit, recte ſuam hanc addidit ſententiam: ὁπόσα δὲ ἤδη τοιαῦτα ἐγίνετο ἐν ἀνθρώποις, ἢ καὶ ὕστερόν ποτε ἔσται, μανίᾳ μᾶλλον ἢ ἀνδρείᾳ νομίζοιτο ἂν κατά γε ἐμὴν γνώμην. *Hoc vero qui fecerit, mea profecto ſententia, inſaniae potius affinis videri poſſit, quam laudem fortitudinis aſſequatur.* Fac omnes laudare, qui et cultum Deorum idololatricum et ſuperſtitioſae antiquitatis ritus commendant: ſapientum atque Chriſto Seruatori deuotorum certe fuerit nemo, qui ſcelus adeo nefandum probare poſſit.

z*) Equidem nihil magis, quam veritatem, rationem, diuinas et humanas leges, naturae conuenientiam, prudentiam, et virtutis exercitium, deſidero. Habeat Lucanum ſibi ſuum, atque totam Senecae familiam, cum ineptiis omnibus, quae flocci apud me ſemper ac nihili fuerunt, nec ſapientis cuiusquam attentionem meruere.

Digitized by Google

aliena. *a) Quaeritur enim, vt denuo dicam, non vtrum fas ſit temere, pro libidine, ἐκ τυχούσης προφάσεως, vt ait Epict., citra contraque rationem finire vitam: ſed an cum ratione, ex cauſis toties ſignificatis. *b) Prius quod apud omnes conſtat, et eſt extra quaeſtionem, probat cum aliis Lipſius; non poſterius, quod vnice, idque ſolidiſſimis argumentis probandum erat: *c) tum quid nonnulli, et ex iis ignauiſſimi quique, maluerint duntaxat, aliaque eiuſmodi corraſit: vti ab iis quoque factum, quibuscum ſupra decidimus. Iſti enim boni, docti, magnificeque hic ſe iactantes viri, interque alia, omnes colores vna veritatis ſpongia ſeſe deterſuros, toti coloribus infecti ipſi, vel impigre ſe compilant tantum et exſcribunt, vel eadem repetunt, hoc vno excuſandi, quod aliter facere nequeunt, vtpote in cauſa anguſtiſſima, imo ſi verum libere dicere liceat, peſſima, hominibusque, bonis praeſertim viris, et rebus humanis pernicioſiſſima: cuius formam, habitum et exitum haudquaquam perſpicere videntur. *d) Sed

*a) Antiquum obtinet, ſuoque more conuiciis et criminatione, argumentorum loco, aduerſarii confutationem auſpicatur.

*b) Saepiſſime iam controuerſiae ſtatum audiuimus: et negauimus, ſub quocunque praetextu voluntariam mortem eſſe admittendam: quod iuſta eius cauſſa prorſus nulla eſſe poſſit, ipſique rationi et naturae hominis quam maxime aduerſetur.

*c) Id quod hactenus ſatis ſuperque demonſtratum fuit.

*d) Fortiter, acerrime, ſic porro calumniare audacter: et cauſſam dubio procul obtinebis. Ecquid bonus Lipſius, qui nimis liberaliter profecto nonnunquam Stoicorum doctrinae

Digitized by Google

Sed videamus obiter, quam belle hanc cauſam agat Lipſius, et an noui aliquid afferat, quo, tanquam ſpongia aliqua veritatis, colores detergantur. Aio, inquit in principio, plerisque omnibus priſcae et verae ſapientiae ſententiam hanc damnatam: Homero inprimis, apud quem hoc votum exprimitur: Eligam ego vel in agris viuens inſeruire Pauperem apud dominum, cui nec ſit copia victus, Quam omnibus vita functis dare iura. „ Quid hinc ſequitur? *e) Vtrum hoc, nefas eſſe ex quacunque cauſa, et in quantacunque neceſſitate mori ſponte? an potius illud Graeculi in Claudium, *καὶ σὺ γέρων εἶ, ϗ μωρὸς*? Multa addere poſſem: ſed quid opus eſt in re aperta? Itaque ſtatim in ipſo li-

ctrinae vel erroribus indulget, eamque materiam egregie duplici opuſculo, manuductione ad Stoicam philoſophiam tribus libris, et phyſiologiae Stoicorum libris tribus pertractauit?

*e) Ex Homero, ſcriptore antiquiſſimo, docet, hominibus vitae naturalem inditum eſſe quendam amorem, et cuiuſcunque mortis auerſationem longe maximam: vt miſerrime quis praeoptaret in orbe degere vitam, quam ſtatum in morte feliciſſimum obtinere. Ecquid inde ſequitur? Hoc ſcilicet, quod voluntaria mors fuerit tunc plane inaudita, et naturae hominis quam maxime contraria. Quod vero hominis naturae contrarium, illud nefas eſt: neque cauſſa vel neceſſitas excogitanda, quae nobis agere cogat aduerſus naturae inſtinctum. Sapit, qui naturae viuit conuenienter, ergo ſapiens ſemetipſum occidere nequit. Stultus et furioſus, qui cum ratione humanitatem exuit, ipſam quoque ſuam expugnat, cauſſa et neceſſitate ficta, naturam, et quod prudentes adeo abhorrent, in exitium ruit. Siccine in Zenonis familia deſperantium atque ſtultorum plena fuerunt omnia?

Digitized by Google

mine Lipſius cum ſua veritatis, caecitatis ac mendacii potius ſpongia turpiter cadit, proditque ſe non colores detergere, ſed imperitis fucum facere velle. Poſt ignauum, humile abiectumque votum (ceu Achilli Antilochus apud Lucianum exprobrauit) hominis Homerici allegat Lipſius ſtationem Pythagorae, Platonis quoque et aſſeclarum, vt ait: tum poſt carmen Virgilii: Proxima deinde tenent moeſti loca: verba Ariſtotelis: Mori ob inopiam et amorem: item Euripidis quaedam ſimilia, vel Herculis apud Euripidem: denique Curtii illa: Fortium virorum eſt. Haec cuncta in ſuperioribus diſcuſſa, et nihil hic niſi vel ignorationem, vel oſcitationem aduerſariorum probare, oſtenſum. Certe ex iſtis concludi nequit, Ergo praeſtat, et neceſſe eſt viuere potius, ſtuprari, torqueri, delirare, furere; quam ſponte, caſte, leniter, ſana cum mente mori. *f) Porro

*f) Hoccine eſt diſputare et confutare aduerſarium fortem et omni literatura verſatiſſimum? Iratus mortis voluntariae defenſor, quod gentium, antiquitatis, atque ſapientum, quem ſibi fuerat imaginatus, conſenſum non reperit, omnia miſcere, turbare, et calumniis peruertere ſtudet fruſtra. Nefas agnoſcit atque ſceleſtum eſſe, ſine cauſſa vel temere ſemet enecare ipſum: ſuam vero ſemper, quae ad mortem voluntariam nulla eſt, neceſſitatem atque adeo cauſſae iuſtitiam excipit, quam hactenus ad nauſeam vſque, ſalua Numinis aeterni prouidentia et ſapienti rerum omnium gubernatione, prorſus in nullo caſu reperiendam eſſe oſtendi. Niſi quis delirare aut furere coepit, quam hominis miſerrimi conditionem dolemus, ſaeuas nunquam in ſemetipſum conuertat manus. Qui caſte, leniter, et ſana cum mente agit, quoad Deus voluerit, neceſſario viuit,

Digitized by Google

Porro vt compendio agam, et quod Lipſius falſo, hic ego vere dicam, vnaque veritatis ſpongia omnes colores denuo detergam; profecto male et abſurde exinde quod quaedam confuſe, ſine certis et definitis circumſtantiis, ſpectata non licent, colligitur ea in nullis licere: item exinde quod quaedam quandoque, et a quibusdam male fiunt, ideo ea a nemine bene fieri poſſe: denique malum perpetuo et vbique, ex ſe ac natura eſſe quicquid a malis male fit factumque eſt. Ad hunc vero modum ſe habent, et tali fundamento (ſi id quod eſt futile, omnique ratione caret, imo rationi repugnat, fundamentum vocari poſſit) inſiſtunt omnes hic ratiocinationes, aut fallaciae verius Lipſii aliorumque. *g) Nam exinde quod fortaſſis aliqui ex ignauia quadam, aut minore magnitudine animi Auguſtiniana; alii ex feruida, vt aiunt, impatientia,

 vel

uit, nec moritur ſponte. Conſtans virtute et recti conſcientia, Deo ſeruatori ſuo fidit, quicquid illi miſeriae vel calamitatis obuenit, gratia iuuante diuina, forti magnoque animo perferre ſolet, vt coeleſti ea tranquillitate mentis, Numini ſuo deuotiſſimae, neque ſtuprari, neque torqueri poſſit. Vacat enim culpa, et ſcelus, quod vnius committentis proprium, in non volentem et innocentiſſimum redundare nequit. Non ergo negligenda ſunt, verum accuratius ponderanda, quae Lipſius contra Stoicorum adeo triſte et impium decretum monere voluit.

*g) A malis, qua tales ſunt, nihil boni, a bonis, qua tales, nihil mali exſpectandum. Eadem peccatorum in omnibus eſt ratio: et quae in aliis culpantur, in aliis laudari nequeunt, ſummi iudicis atque hominum reſpectu, in rebus credendis agendisque, vt ſalutis et felicitatis viam ingrediantur.

vel furore quoque; nonnulli ſine iuſta et neceſſaria cauſa mortem accerſiuerint: fingamus etiam aliquos ex ſaeuitia et immerito odio ſui extinctos: exinde, inquam, colligunt, et demonſtratum eunt, omnem mortem voluntariam, ex cauſis etiam iuſtiſſimis ac ſumme neceſſariis accerſitam, eſſe grande nefas; neminemque poſſe fortiter, interrito, vt hominem, tranquilloque animo, ſine vlla iniuſtitia, ſaeuitia et odio ſui, imo ex amore, eoque honeſto ac laudabili, mori ſponte. *h) Quod ſi hic probandi modus recipiatur, quid non probari poteſt? inde ſane probaueris, neminem poſſe, ne naturali quidem morte, finire vitam, niſi timide, ignaue, et cum impatientia, vel feruida, vel frigida: quia multi, imo plerique, ſaltem inſipientium et improborum, ita vitam finierunt finiuntque. *i) Inde probaueris omnes in vniuerſum homines, et ſingulatim aduerſa-

*h) Ita ſe res omnino habet. Nullius plane hominis, vt dixi, voluntaria mors non cum furore et inſania, deſperatione vel nequitia, atque adeo ſummi creatoris et ſapientiſſimi rerum quarumque arbitri iniuria notabili, coniuncta eſſe poteſt. Demonſtratum ſatis, voluntariae mortis eſſe nullam plane cauſſam vel neceſſitatem, nedum iuſtiſſimam et ſumme neceſſariam cauſſam. Quotus vero quiſque fortis et interritus homo, quoad rationis recto gaudet vſu, amore ſui, animoque tranquillo, ſemetipſum enecare poterit? Saeuitia et odium ſui, adeoque ſumma iniuſtitia vel inſania, ſemet aperte produnt.

*i) Quanta vero naturalem inter atque violentam eamque voluntariam mortem eſt differentia? Illam pii placide, impii timide, omnes neceſſario experiuntur, atque a Deo immiſſam tempore modoque diuerſo accipiunt: hanc nemo bonus aut ſapiens capeſſere poteſt.

uerſarios noſtros, eſſe inſipientes et improbos, vel nullum inter eos et alios eſſe diſcrimen: quippe qui nihil aliud, nec aliter quam ipſi, agere poſſunt. *k) Ad haec iudicia hominum de aliis ſaepe ſunt vel inſcientia et opinionibus diuerſis, vel maleuolentia affectuue aliquo corrupta. *l) Igitur pleraque plerorumque hominum, praeſertim opinatorum nouorum et ſcenae ſuae ſeruientium, iudicia ſunt penitus ſpernenda: praeſertim illis qui norunt ſibi rationem, veritatem et virtutem fideliter conſtanterque placuiſſe. Teſte et iudice

*k) Inſanis. Vel quis eorum, qui ſapiunt, hanc tibi conceſſerit rerum diuerſiſſimarum conſequentiam? Qui, ſemet occidere, affirmant eſſe nefas, etiam affirmare debent, omnes homines eiuſdem eſſe ordinis, conditionis, aetatis, fortunae, ſexus; vel agere eadem ſimul omnes. Hoc vero ſequitur; ſi mors voluntaria merito nefariis adſcribitur ſceleribus: eam nemo ſapientum aut bonorum virorum in quocunque caſu, tempore, vel loco, admittendam eſſe ſtatuet. Atqui verum prius, ergo et poſterius.

*l) Vera loquitur. Niſi pridem intellexerim: profecto ex hac philoſophi noſtri diſputatione cognoſcere potuiſſem. Quot capita, tot ſenſus: rationis vero, quae infallibilis, ſemper aſſeueratio vera. Iuxta rationem oracula diuina credendorum et agendorum habemus normam: quibus ſi quis contradicere fuerit auſus: eum vel malitiam, vel ſtultitiam, oportet ipſum prodere ſuam. Si propoſitas mihi leges diuinas et humanas habeo conſpirantes: de aliorum iudicio diuerſo equidem parum ſolicitus, quorumque amicus eſſe ſtudeo, ſed amiciſſimus veritatis et illi probatae ſententiae. Quicquid ergo noſter ea de re profert, vt contradicentem inuenerit neminem, ipſe habeto ſibi, nec ſine veritatis inſigni ſpecie dictum: vt Stoicorum et male ſanorum, ſiniſtre iudicantium caſtra ſerio relinquere inſtituat, ipſamque veritatem ſaluberrimam ſine praeiudiciis amplectatur.

Digitized by Google

iudice Seneca ep. 91. eleganter dicere ſolebat Demetrius, eodem loco ſibi eſſe voces imperitorum, quo ventre redditos crepitus. Quid enim, inquiebat, mea refert, ſurſum iſti an deorſum ferantur. *m) Addit mox Seneca de morte: illud ſcio quam multis vtilis ſit, quam multos liberet tormentis, egeſtate, querelis, ſuppliciis, taedio. *n) Non ſumus in vllius poteſtate, cum mors in noſtra poteſtate ſit. *o) Deni-

*m) Satis quidem obſcoene, haudquaquam eleganter. Et ego profanum vulgum odi et arceo: nec imperitorum, ſed modeſtius, magni facio voculas.

*n) Hactenus bene. Mors piis vita potior, et miſeriae et qualibuscunque calamitatibus, quibus mortales ſumus obnoxii omnes, ad felicitatem aeternam gaudiaque coeleſtia eſt tranſitus. Multis adeoque, laboribus exantlatis, eſt vtiliſſima et iucundiſſima: multos, ſed non niſi pios, coeleſtique numini gratioſos, omnibus tormentis, omni egeſtate, omnibus querelis cet. liberat: ac, niſi malis, qui, proh dolor! ſunt etiam multi, nunquam acerba eſſe poteſt, ſi quem, Deo volente, opprimit.

*o) Hoc autem falſiſſimum eſt, atque lernam malorum prodit. Si quis a ſemetipſo eſſet, ſi quis arbitrii ſui, ſi quis in nullius poteſtate eſſet: pro lubitu profecto etiam ſemet enecare poſſet. Atqui mortalium nemo, cuiuscunque ordinis, conditionis, ſexus, aetatis, eſſe dicendus in nullius poteſtate. Niſi enim quis in paterna, herili, ciuili, regia poteſtate; O. M. Dei dominio tamen certe ſubiectus eſt, eiusque ſolius ab arbitrio dependet: vt nihil ſibi, praeter obſequii gloriam, relictum ſentiat. Clariſſime hinc patet quoque falſiſſimum eſſe, quod mors in noſtra poteſtate ſit. Quotus vero quiſque potentum, vt principes vulgo conſueuimus appellare, aliquando millena aeris non ſolueret millia, ſi hoc eſſet verum, vt, qui ſubiectiſſimis tot imperat

Denique vel inde probaueris, vitam non eſſe ſemper conſeruandam, quia innumeri eam, dum non oportebat, conſeruantes, et mortem vitae amore fugientes, vel perpetua ignominia ſunt notati, vel grauibus quoque ſuppliciis mori coacti. Neque tam id timendum ne parum, quam ne nimium amemus vitam, et auerſemur mortem. *p)

Ex his in vniuerſum, ſine eo quod neceſſe ſit ſingula examinare, facile reieceris quicquid Lipſius cum aliis inuidioſe et ſophiſtice obiectat de ignauia, iniuſtitia, ſaeuitia, ſtultitia, furore. Imo omnia haec vitia facile recteque retorſeris in eius opinionem. *q) Exceptis

perat populis, vni poſſet imperare morti? Longius abeſſet, nec facile quemquam fore puto, qui eius ceſſantis aut negligentis officium accuſare velit. Si mortem non prorogare aut propellere poſſumus: eam oppetere, aut ſaeuiendo in noſmetipſos accelerare, multo minus licet. Ecquis, niſi familiae Stoicae anteſignanus, in poteſtate ſua mortem eſſe dixerit? Ille vero etiam imminentem ſibi, quantumuis maxime vellet, nullo modo auertere potuit: cum ipſe in Neronis, et mors non in eius, eſſet poteſtate. Miſerrimum ſic ſane, diabolico et generi humano peſtifero inſtinctu, potuerunt, vt ſemet enecarent creduli et infelices, fallere popellum. Sacra vero nos docet pagina, non nos iuris eſſe noſtri: quam ſubiectiſſime coeleſtis Domini, in cuius poteſtate ſumus, obediendum mandato. Atque adeo ſiue nos viuamus, ſiue moriamur, eſſe Domini. Vae miſeris, qui ſuo ab arbitrio et liberrima voluntate ſe dependere arbitrantur.

*p) Hoc vero ingenii acumen non intelligo: et praeſtat, quam refutare, quiſquilias peruidere generoſo contemtu.

*q) Salua veritatis auctoritate, videamus effrenatae libidinis

ceptis ſingularibus, diuinis, et admirandis magis quam imitandis exemplis; dempta etiam aliquorum ignorantia et ſuperſtitione: quid niſi ignauia, nimiusque, ſtultus et furori ſimilis amor vitae cogit quenquam viuere in magna neceſſitate moriendi? *r) Bene Valerius Max. exemplo D. Bruti relato, Hos tu furores, inquit, immo-

bidinis in rècte ſentientes malignam retorſionem: ne quid deſperantibus et inſanis, ad exitium ruentibus, inuidioſe aut ſophiſtice videantur obiectare. Si fortis et magnanimus, qui, laborum et miſeriae humanae taedio, corpus proiicit: eum oportet eſſe ignauum, qui fortunam vtramque nouit aequo ferre animo. Si iuſtus ille eſt, qui ſemet occidit inſontem: eum oportet eſſe iniuſtum, qui diuinis et humanis legibus obſequens ad vitae finem vſque perſeuerat, et, iudice ſummo imperante, cuique tribuens ſuum, naturae debitum ſoluit. Si mitis atque miſericors ille eſt, qui mortem ſibimet ipſi violentam infert: ſaeuum oportet eſſe eum, qui, miſeria et calamitate extrinſecus imminente, ipſe didicit parcere ſibi. Si prudens ille eſt, qui ſemet, ne quid patiatur hominibus communium aerumnarum, educit diabolorum furori permittendum: ſtultum oportet eſſe eum, qui ſemet ſuamque ſalutem, aduerſa vndique ſaeuiente fortuna, virtutibus et patientia conſtans diuinae miſericordiae commendat. Si ſapiens ille praedicandus, qui intra ſe furit, animamque propellit: exagitari furore oportet eum, qui, hominum deſtitutus quorumque conſilio et auxilio, ſibi ac vitae conſeruandae quouis modo conſulere ſtudet.

*r) Eiuſdem, vt dixi, tenoris eſt. Stultiſſimus quiſque ſibi ſapere quam maxime videtur, et ſaluberrima quorumque conſilia ſpernit. Eum vero conſtat inſanire maxima cum lubentia et prorſus ſine laude ſemper deteriora ſequi omnia, qui non optima quaeque ſibi pro viribus imitanda proponit.

Digitized by Google

immoderata retinendi ſpiritus dulcedo ſubiicis, ſanae rationis modum expugnando. *s) Quid niſi iniuſtitia eſt, qua perſeuerant homines viuere contra iuſtas moriendi cauſas? *t) Quae maior in ſeipſum ſaeuitia, quam admittere, et ſponte quodammodo eligere mortem crudeliorem ac velut longiorem, dum licet leniore ac breuiore defungi? *v) Iam dicat Lipſius, ad

 pro-

*s) Alioqui iudicium VALERII MAXIMI non magni facio: hic recte ſentit. Quibus enim moriendum eſt, non timide, non muliebriter lugendum, ſed lubenti et maſculo animo, quam illis neceſſitas imponit, mortem accipere debent. Illud vero neutiquam morti patrocinatur voluntariae, vitae potius conſeruandae inſtinctum naturalem oſtendit. Narrante Valerio l. 9. c. 13. n. 3. D. Iunius Brutus proconſul, a Furio, quem Antonius ad eum occidendum miſerat, comprehenſus, non ſolum ceruicem gladio ſubtraxit, verum etiam, conſtantius eam praebere monitus, his verbis iurauit: ita, vt viuam, dabo. Hinc Valerius exclamando ſententiam ſubiicit: *o fati cunctationem aerumnoſam! o iurandi ſtolidam fidem! Sed hos tu furores immoderata retinendi ſpiritus dulcedo ſubiicis, ſanae rationis modum expugnando*, *NB. quae vitam diligere, mortem non timere praecepit*. Hic certe nullam voluntariae mortis commendationem videbis. Pl. confer. DIO CASSIVS, LIVIVS, VELLEIVS PATERC. et APPIANVS.

*t) Iuſta vero moriendi cauſſa non eſt, quam externa vis aut ipſa natura non offert: vt morientes videamur vacare culpa. Reus ille contra eſt iniuſtitiae, qui, vt officiis ſatisfaceret ſuis, conſtans patiensque ad vitae finem vſque perſeuerare non vult. Haec ſatis manifeſta rebellio aduerſus Dominum coeleſtem, et laeſae maieſtatis crimen appellatur.

*v) Haeccine ſaeuities, ſaeuas in ſemetipſum conuertere

Digitized by Google

probandam ſaeuitiam: Immergis in te ferrum, aut venenum. . . Aſt 1. tu ipſe immergis in te, vel ipſam animam mentemque tuam immergis in nugas, cauillationes, calumnias, ſiue friuolas, ſtultas, malitioſas accuſationes, vituperationes ac condemnationes hominum, actionumque nudarum ſuppreſſis omnibus ſingulatim iudicandi regulis et menſuris. *x) 2. Ferrum immerſerunt et immergunt ſaepe alii; idque ſine ſaeuitia. *y) 3. Si haec vnica, et tota, aut maxima ſaeuitia ſit, non eſt neceſſe immergere in ſe ferrum, aut venenum: ſed poteſt quis immergere ſe, vel cum Hippone et tot aliis in mare, aut flumen aliquod; vel cum Democle in bullientem aquam, vel cibo abſtinere, vel aliorum opera vti, et interfecturis ſe offerre. *z) 4. Fuerit ſaeuitia, immergere in ſe ferrum aut venenum:

re manus? Hominis non eſt, eligere mortem: quod eligendi ſi quis iniuria et vi ſibi vindicat ius, quam maxime crudelis in ſemetipſum eſt, vitamque perbreuem cum funeſtiſſima, deplorabili, aeternaque morte non dubitat commutare. Sibi proximum et amiciſſimum transfigere ferro, ſubmergere aquis, frangere laqueo gulam, perdere veneno, aut alio alioque modo enecare, quotusquiſque ſine ſummo furore extremaque ſaeuitia poteſt?

*x) Nequid iam de calumniandi pruritu dicam, qualis differentia eſt inter voluntariam mortem et quam in ſemet ipſo exercet immanem ſaeuitiam, atque errores, ſi qui ſunt, et aliquando imprudentem opprimunt?

*y) Ferrum pro lubitu quis immergere poteſt ſine periculo et fraude: illud vero huc non pertinet. Vel quid noſter ſibi ea quidem phraſi velit, Oedipo coniectore opus eſt.

*z) Res eodem redit. Quoquo ſe quis enecat modo, ſaeuus eſt, ac facinus impium nefandumque vllo iuris colore aut fuco defendere nequit.

Digitized by Google

num: ſed dum non cogit vltima, ferroque et veneno grauior neceſſitas. Aſt quanto maior eſt ſaeuitia, ſe velut immergere in longe atrociora mala et tormenta? Diogenes haec audiens diceret denuo, vt olim, ſe audire voces ſtultitiae, ſe ipſam damnantis. α) Ad haec tota ſaeuitia eſt penes eos tantum, qui cogunt, tanquam iuſſis diuinis, et poenarum aeternarum metu; non qui ſuadent et oſtendunt leniora remedia, quibus non niſi qui volunt, et dum volunt, vtantur. Si quis iudicet ſibi melius ac tolerabilius, malueritque diu grauiterque cruciari; is vtatur ſuo iudicio et arbitrio. Placet? viue, non placet? ianua patet: exi. Quae hic ſaeuitia? Vide autem retro: quanta ibi, et inhumana crudelitas? β)

Porro Lipſius manifeſte poſita veritatis ſpongia ad alios colores et fucos, imo vitia, rhetoribus quoque ipſis damnata: nempe inſidias, vel cauillationes vocum nonnullarum, ratiunculas longius repetitas, generales, nihil ad rem facientes, et ſimilia ludibria conuertitur. Ait Zenoni et Stoicis eſſe mortem inter ea quae natura reiicit et auerſatur: Auguſtinum belle Stoicis inſultare,

α) Num etiam hae nugae in diſputatione ſeria cuiusquam attentionem merentur?

β) Repetenda non ſunt, quae ſaepius dicta. Neque adeo mirandum, qui purus putus mauult eſſe Stoicus, quam ſibi ſapiens Chriſtianus, eum falſa turpiſſimaque niti Stoicorum hypotheſi: quam toties ſupra iam memini fuiſſe deiectam, vt refutatione vlteriori non indigere videatur. Ridicula ſunt, quae ſibimet ipſis aperte ſatis contrariantur. Saeuitiam, ſine qua certe voluntaria mors eſſe nequit, in clementiam et lenitatem conuertere mallet. Quanta fingendi licentia!

Digitized by Google

ſultare, eo quod ſapiens ab indifferentibus cogi poſſit ad mortem (ac ſi hæc quoque non eſſet Stoicis indifferens) ſibi inferendam: miſeramque adeo eſſe beatitudinem, quae deſinere et extingui ob indifferens aliquod debeat.„ Quaſi vero homines ſunt immortales, et hac immortalitate beati, niſi ſponte moriantur. Addit quaedam ex Epicteto et Seneca, tanquam illi etiam ipſi mortem voluntariam, nempe omnem, et praeſertim eam quam toties deſcripſimus, probaſſent. Sed primum hic agitur non cauſa Stoicorum, ſed communis generis humani, praeſertim bonorum virorum et honeſtarum feminarum, inde a principio, et ante Stoicos omnes, γ) et quotusquiſque ſponte mortuorum fuit Stoicus? δ) Agitur de officio, vt toties dictum, periſtatico, quod in ſuis περιστάσεσι fuit ſemper, et vel ab aeterno, officium humanum: quicquid ſero Stoici, ſiue bene, ſiue male dixerint.

γ) Si cauſſam deſerit Stoicorum, nihil ſupereſt, et nequitiae reum habemus confitentem. Si communem generis humani amplectitur ſententiam: vita quouis modo, vel inter illas nunquam ſuperabiles aerumnas, quoad ſummus rerum voluerit arbiter, conſeruanda eſt. Viri boni ſemper in virtute conſtantes vtramque fortunam aequo ſolent ferre animo: et honeſtae feminae nunquam eo prolabuntur impudentiae atque turpitudinis, vt anima ſuffocata, corpus miſerrimum proiiciant ſpectaculum, ſuamque virtutem in ſummum dedecus conuertant. Voluntaria mors a principio inaudita fuit, neque ante Stoicos cuiquam probata, quamuis homines miſerrimi ac deſipientes eum aliquando perſentire debuerint malae mentis ac deſperationis longe triſtiſſimum euentum.

δ) Omnes vero, ſi qui furoris unquam fuit ſenſus, eiusdem fuerunt cum Stoicis damnatae ſententiae.

Digitized by Google

rint. ε) Deinde Lipſiana illa eiuſmodi ſunt, ad quae vel pueri Stoicorum facile reſponderint, et quibuſcunque ea obiectantibus belle inſultarint, dixerintque: Lepidiſſima, aut contentioſiſſima capita, ſit Stoicis indifferens ipſum viuere quoque et mori: non ſequitur inde nefas eſſe, in quantacunque neceſſitate mori. ζ) Deinde non conueniat doctrinae Stoicorum, (nihil putantium bonum vel malum proprie, quod non ſit virtute, vel vitio, tanquam propria forma ſua ſignatum ac diſtinctum; ſed indifferens, vel communis materia virtutis ac vitii) non conueniat, inquam, mors voluntaria: cum vero veſtra doctrina ſit contraria, huic ergo conueniet illa mors. Vtique enim contraria contrariis congruunt. η) Rurſus ſit vita et mors, et reliqua huiusmodi Stoicis indifferentia: at nimis, et ſtolide amare vitam

ε) Officium hominis periſtaticum ipſam non poteſt exuere humanitatem, vt fieri ſolet in voluntaria morte: vt officium illud certe triſtiſſimum officiorum omnium faciat finem, ac plane contra naturam hominem miſerrimum peſſundet.

ζ) Sit Stoicis indifferens, quod ſapientibus omnium longe maximum, viuere et mori, vt pro lubitu, quantacunque miſeria imminente, mortem audeant cum vita commutare: inde illud tamen plane non ſequitur et officio periſtatico et Stoicorum inſano conſilio, nefandum licere mortalibus committere ſcelus. Ab arbitrio diuino tantum moriendi neceſſitatem dependere, ſaepius monui.

η) Miram, veritatis amans lector, hanc ratiocinationem intelligis? Vide, quam eleganter poſitiones congruant. Mors voluntaria eſt Stoicorum doctrinae contraria: veritas Chriſtiana eſt Stoicorum doctrinae contraria: ergo mors voluntaria veritati Chriſtianae non eſt contraria. Riſum teneatis, amici, equidem reſpondendo eiuſmodi quiſquilias tangere nequeo.

Digitized by Google

vitam, fugere mortem eſt ipſis malum. ϑ) Denuo ſit indifferens, ſtupra, tormenta, diram famen, aliaque pati: aſt in illis ſuccidere, incuruari, nutare, labare mentem, vt plerumque fit, eſt malum. Itaque illa ſunt fugienda, praeſertim imbecillioribus, vti ſumus ad talia plerique omnes, tanquam cauſae ſaltem antecedentes mali. ι) Praeterea vos ipſi contra dogma veſtrum, et contra praeceptum generale diuinum, Non occides, ponitis exceptiones quaſdam: cur ergo non aliis quaedam, ſi neceſſe eſt, excipere licebit, idque circa indifferentia duntaxat? κ) Porro vide Ciceronem l. 3.

ϑ) Quocunque vitam ac mortem conſideres modo: nimis et ſtulte vitam, vel miſerrimam, odiſſe, vel oppetere mortem, ſapientibus eſt malum.

ι) Res aduerſae, vt ſecundae, quae accidunt ſapienti, ſunt indifferentes, et aequo feruntur animo. Dum feruntur, neminem poſſunt incuruare, aut latum a virtute auertere vnguem. Fateor, magnam eſſe hominum imbecillitatem, neque vires ad ſuperandam calamitatem ſufficere. Illis autem, qui ſapere didicerunt ſibi, qui Deo deuoti, qui nihil ſine ſanctiſſima Numinis voluntate fieri credunt, qui nihil ſibi, ſed omnia ſummo rerum arbitro pie referunt accepta: vt malum fugiant, in pejus non rapiuntur, nec peſſime ſuas inſtituunt agere partes; ſed fiducia, ſpe, et charitate pleni, confugiunt ad Deum, cuius efficaciſſima in tenerrimis poteſtas, qui, quod ſuis imponit, etiam fortiſſime ſuſtinet leuatque onus, et nunquam vltra vires quemquam tentari patitur. Atque ita calamitates, quae grauiſſimae et inſuperabiles eſſe videntur, nunquam non piis et ſapientibus emolumento ſunt: vt bene ſibi ac ſalubriter eueniſſe omnia ſemper ingenue confiteri et ſapientiſſimum Numen laudare ſoleant.

κ) Hoc vero negamus et pernegamus, nec in Stoicorum partes

Digitized by Google

l. 3. de Fin. n. 58. ſeqq. vbi demonſtrat omnia officia, et hoc ipſum ſponte moriendi, vel in vita manendi, proficiſci a rebus illis, quae Stoicis ſunt mediae vel indifferentes. λ)

Sed

partes ibimus vnquam, aut mortem, aut vitam hominis, res inter indifferentes numerandam eſſe. Sunt nobis quidem inter principales maximi momenti, neque a virtutibus, aut vitiis vnquam ſeparandae, a quibus mortalium ſalutem, aut irreparabile damnum dependere conſtat. Exceptionem lex diuina non patitur aliam, quam quae legibus diuinis vel ab ipſa ratione nobis ſuppeditatur. Enecandi ſunt a magiſtratu capitis damnati; et illos, qui nobis vim inferunt, ad internecionem vſque vi repellere licet. Neutiquam vero, ſalua lege, poſſumus occidere innocentem, nobis proximum, nobis amiciſſimum, nobis, quoad viuimus, indiſſolubili nexu coniunctum. A quo ſcelere nefando ſemper natura et ratio ipſa hominis, nondum inſanientis, abhorret.

λ) Eam eſſe Stoicorum ſententiam, nemo negabit: vt Ciceronis academici, aliena referentis, quae ſaepius falliſſima eſſe diximus, teſtimonium non requiramus. Attamen illuſtrationis cauſſa perplacet exſcribere locum de finibus lib. 3. cap. 18. *Quoniam non dubium eſt, quin in iis, quae media dicimus, ſit aliud ſumendum, aliud reiiciendum: quicquid ita ſit, aut dicitur, communi officio continetur. Ex quo intelligitur, quoniam ſe ipſos omnes natura diligunt, tam inſipientem, quam ſapientem, ſumturum, quae ſecundum naturam ſint, reiecturumque contraria. Ita eſt quoddam commune officium ſapientis et inſipientis. Ex quo efficitur, verſari in iis, quae media dicamus. Sed cum ex his omnia proficiſcantur officia, non ſine cauſſa dicitur, ad ea referri omnes noſtras cogitationes: in his et exceſſum e vita, et in vita manſionem. In quo enim plura ſunt, quae ſecundum naturam ſunt,*

huius

Digitized by Google

Sed Lipſiana illa eo magis ſpernenda ridendaque, quo Lipſius ipſe ea ſpernere et ridere videtur, luſoria ea tela appellans. Sed vbi, et quae demum decretoria arma? Nulla; ſed luſoriis magis, vt ita dicam, luſoria, imo ſubulae tantum, aut verius ſtipulae: nempe Auguſtinianae verborum, Non occides, interpretationes nouae, ſuſpiciones, coniecturae: de quibus cum toties dixerim, nihil amplius dicendum puto: praeſertim cum ex vocibus ipſis pateat, εὔλογον ἐξαγωγήν, vti omnem actionem rationi conſentaneam, procedere ex

huius officium eſt in vita manere: in quo autem aut ſunt plura contraria, aut fore videntur, huius officium eſt e vita excedere. Ex quo apparet, et ſapientis eſſe aliquando officium, excedere e vita, cum beatus ſit; et ſtulti, manere in vita, cum ſit miſer. Nam bonum illud et malum, quod ſaepe iam dictum eſt, poſtea conſequitur. Prima autem illa natura, ſiue ſecunda, ſiue contraria, ſub iudicium ſapientis et delectum cadunt: eſtque illa ſubiecta quaſi materia ſapientiae. Itaque et manendi in vita, et migrandi ratio, omnibus iis rebus, quas ſupra dixi, metienda. Nam neque iis, qui virtute retinentur in vita, neque iis, qui ſine virtute ſunt, mors eſt oppetenda: vt ſaepe officium eſt ſapientis, deſciſcere a vita, cum ſit beatiſſimus, ſi id opportune facere poſſit, quod eſt conuenienter naturae viuere. - - Et quoniam excedens e vita, et manens, aeque miſer eſt: nec diuturnitas magis ei vitam fugiendam facit: non ſine cauſſa dicitur, iis, qui pluribus naturalibus frui poſſint, eſſe in vita manendum. Sunt vero haud difficulter ea omnia ex ſuperioribus illuſtranda et refellenda. Paucis non a noſtra, ſed numinis aeterni ac ſummi rerum arbitri voluntate, illius et naturae immutabili praecepto abſolutoque dominio dependemus. Alioqui ſemper mallent viuere mali. Sapientes autem, niſi me fallunt omnia, ſemetipſos enecare nunquam poſſunt.

Digitized by Google

ex recto iudicio. μ) Arbitrari autem Deum actionem eiuſmodi vetare, adeoque ne quis recte iudicet; e. g. hic de vita et morte, de rebusque et cauſis, ob quas mors quandoque ſit praeferenda vitae, et a viris ſapientiſſimis ſit praelata: eſt delirare, et fingere Deum quendam ſola ſuperſtitione colendum: cuius vniuerſali, vt aiunt, abſoluto, abſque vlla exceptione, limitatione, reſtrictione euulgato occidendi interdicto, ν) impie egerit Ageſilaus etiam, immolans bouem, intereaque mordentem pediculum arripiens et occidens, his quoque additis verbis: Per deos, iucundum eſt vlciſci inſidiatorem, etiam apud aram. Plut. in Apopht. Lacon.

μ) Sine refutatione conuicia ſemper in auctorem redundant, ac prorſus nihil nocent innocenti. Argumenta Lipſius luſoria vocat, quae ex auctoritate profanorum et ipſa Stoicorum ſchola petierit, ponderis longe maximi ratus praeceptum eſſe diuinum de non occidendo, quod ſatis ſuperque ſupra illuſtrauimus. Ecquid probationis exſpectandum a denominatione mortis voluntariae Graeca, quam eius patroni εὔλογον ἐξαγωγὴν vocant, nos ἄλογον appellamus?

ν) Deus nec ſuperſtitioſe, nec ambitioſe, et pro lubitu colendus, ſed ex animo et veritate, quemadmodum nobis ipſe diuinis oraculis praeſcripſit. T. O. M. Deus non vetat, ſed vult cum ratione ſuum cuique rectum eſſe iudicium. Etiamſi mors vitae ſit aliquando praeferenda: nobis eam tamen non praeripere, ſed ab ipſo mortis et vitae domino fideliter exſpectare debemus. Semet enecare eſt rebellare vel delirare, vel eum fingere Deum, qui ipſe nos iuuare nolit, aut non poſſit, noſtramque ſalutem noſtro arbitrio relinquat: vt, expugnata ratione et natura, homines pro lubitu agant, ſuiſque friuolis exceptionibus diuina praecepta, vel maieſtatem coeleſtem, eludant.

Digitized by Google

Lacon. ξ) Certe in ſanctis libris Canonicis, vt dixit Auguſtinus, nuſquam hoc reperitur diſerte praeceptum permiſſumue. Finio verbis et reſponſo fortiſſimi Leonidae: qui interrogatus, cur optimi nobilem mortem obſcurae vitae anteponerent, reſpondit: Quia hoc proprium naturae, illud ſibi eſſe cenſent. Plut. in Apopht. Lacon. ο) Addo haec M. Antonini ex l. 10. n. 8. vbi quum paucis bene explicaſſet, quid ſignificent nomina ἔμφρων, σύμφρων, ὑπέρφρων, intra nomina igitur, inquit, iſta ſi te continueris, nec vt alii his te titulis cohoneſtent, concupieris, alius iam futurus es, quam pridem fueras, aliamque initurus vitae rationem. Etenim talis perſiſtere, qualis hactenus fueris, et in vita iſtiusmodi foede volutari ac diſcerpi, hominis eſt ſenſus expertis plane, vitaeque nimis auidi, nec beſtiariis illis abſimilis, qui ſemiadeſi, vulneribus ſanieque oppleti, in diem craſtinum tamen reſeruari ſupplicant, iiſdem vnguibus morſibusque iiſdem iidem plane obiiciendi. tu vero in nomina pauca haec inde te. et ſiquidem in illis perſiſtere potes, perſiſtas, tanquam in fortunatorum inſulas quaſdam traiectus. ſin excidere, nec ſtatum tueri te poſſe ſenſeris, in angulum aliquem, vbi poſſis aliquid, audacter te conferas, vel etiam e vita omnino diſcedas, nec iratus tamen, ſed ſimpliciter, libere, modeſte, hoc vnum ſaltem in vita memoratu

ξ) Hoccine pudendum et philoſopho indignum ſimile: quod ad rem cauſſamque noſtram ita, vt pugnus ad oculum quadrat. Apophthegma relatum legimus apud PLVTARCHVM oper. moral. p. m. 196.

ο) Par ratio eſt abſoni profecto apophthegmatis, ibid. p. m. 205.

ratu dignum executus, quod e vita ſic exieris. π) Mox monet nolle Deum ratione praeditos ipſi adulari (praeſertim ſpecie turpis et irrationabilis obſequii, tanquam ipſius praeceptis, vel violentis eorum interpretationibus praeſtiti) ſed ſimiles ipſi fieri. ρ) Num. ſeq. ait: Δεῖ δὲ πᾶν ὕτω βλέπειν καὶ πράσσειν ὥςε καὶ τὸ περιςαἶικὸν ἅμα συντελεῖσθαι, καὶ ἅμα τὸ θεωρητικὸν ἐνεργεῖσθαι. σ) Addit per

 inter-

π) Senſu plane Stoico; cui ſectae Marcus Antoninus imperator in primis fuit addictus. At ſine voluntaria morte poſſumus imo debemus etiam quotidie conditionem noſtram emendare et feliciorem reddere, diuina gratia innixi. Neque illud Zenonis omittendum, apud DIOGENEM LAERTIVM lib. 7. eius vita, p. m. 527. ſeq. Deum eſſe ens immortale, rationale, perfectum ac beatum, a malo omni remotiſſimum, prouidentia ſua mundum, et quae ſunt in mundo adminiſtrans omnia. Eſſe opificem immenſi huius operis, ſicut et patrem omnium. Non itaque a noſtro, ſed a Numinis aeterni dominique coeleſtis arbitrio dependemus.

ρ) Qui, obſecro, poſſumus adulari Deo, qui cordum ſcrutator, et abſcondita quaeque in apricum producit? Simulatio coram eo, qui omniſcius, nihil valet: ac hominum mendacia illud ens entium fallere profecto nunquam poteſt. Nec incomte MARC. ANTONINVS imperator l. 10. p. m. 218. multum, inquit, conducet meminiſſe deorum, quodque nolunt illi ratione praeditos quidquam ſimulare, aut ipſis imponere mendacio, ὁ κολακεύεσθαι ἔτει θέλουσι, ſed volunt ipſis fieri ſimiles, et meminiſſe, ficum eſſe, quae ea, quae ficus ſunt, facit, canem, quae canis, apem, quae apis, et hominem pariter, qui, quae hominis, facit. Eum ergo non hominem oportet eſſe, qui, humanitatem expugnans, hominem, imo ſemetipſum, enecare non veretur.

σ) i. e. *oportet autem vnumquodque ita et conſiderare et agere,*

interpretem, et fiducia ex certa rei cuiusque ſcientia orta ſeruetur. . . τ) tunc grauitate frueris; tunc rei cuiuſque diſtincta notitia, quid ex natura ſua exiſtat, quem locum in mundo habeat, quamdiu duratura ſit, ex quibus conflata ſit, quibus poſſit obuenire, qui dare eam et auferre poſſint. ϑ)

Addo demum et aduerſariis concedo, atque ſeuerius etiam, quam ipſi, damno necem non ſui modo, ſed et aliorum, imo vel pecudis, ſi temere, inconſulte, promiſcue, ex ira, odio, furore, crudelitate et quocunque vitio, maloue impetu vel affectu fiat. υ) Ita rem quamque ſine controuerſia honeſtiſſimam facere, inhoneſtum et nefas eſſe patet. φ) Damno etiam, ſi quis

re, vt et actura facultas conſummetur, et contemplatiua ſimul exerceatur. Ecquid inde? Hominis vtique prudentis eſt, recte intelligere omnia, et recte facere.

τ) *Latens quidem, nec abſcondita tamen. Tunc enim ſimplicitate, tunc grauitate frueris* cet.

ϑ) Nihil legimus, vel audimus, quod veritati et ſententiae noſtrae poſſit eſſe contrarium, quamuis Stoicorum anguis lateat in herba. Vnus T. O. M. Deus vitam nobis dare et auferre poteſt.

υ) Optime. Ne pecudis quidem caedes temeraria fuit vnquam permiſſa, nedum hominis, omnium vero minime ſui ipſius.

φ) Hoc vero non ſolum patere nequit, verum etiam ſatis aperte falſiſſimum eſſe videtur. Quod quis honeſte facit, non poteſt fieri turpiter: et quod facere cuique licet, temere non poteſt facere, aut illegitima ratione. Non ipſa re perpetranda, ſed modo, quis contra decorum agere poteſt. E. gr. in pecora campi a creatore ipſo traditum eſt homini dominium: attamen iuſtitiae amantem etiam ſui pecoris

Digitized by Google

ſi quis ſe vel educat, vel occidat, dum Deo, patriae, ciuibus, proximis vtiliter ſeruire poteſt: praeſertim ſine intolerabili, aut grauiore tormento ſui. Confiteor hunc talem peccare, facereque aliquam quaſi iniuriam Deo, et illis quibus prodeſſe poſſet viuus. χ) Quod ſi nihil aliud velint vrgeantque aduerſarii, lis omnis eſt finita; imo nulla ab initio fuit. Si aliud; vident ipſi ſe talia allegando exaggerandoque, φαντασιοπλήκτως, vt repetam verba quaedam Antonini, ex aemulatione ambitioneque ſophiſtica egiſſe, adeoque nihil quod ad rem egiſſe; ſed fortioribus duntaxat exemplis ac decretis inuidiam quaeſiſſe. ψ) Vel ſi de ignauia rurſus, fortitudine et maiori fortitudine Auguſtiniana pauca attexenda, perpetuo et conſpicue oppoſueris ruinam ampliſſimi florentiſſimique olim imperii et eccleſiae. ω) Lepide

pecoris miſeret: ne quid friuole mactetur, aut excrucietur fruſtra, vbi eius non fuerit vſus.

χ) Hactenus bene: quod et omnes fatentur Stoici, et extra controuerſiam eſt.

ψ) Enim vero, extra oleas vagari, quid iuuat? Nec aerem verberare ſolemus: cauſſa, quam agimus, ſatis eſt cognita: dictumque centies, quod prorſus nulli, ſub quocunque vel neceſſitatis praetextu, ſemet occidere liceat.

ω) Vt verum fatear, hoc non intelligo. Ignauia ſemet enecantium ſatis quidem aperta eſt: ſed, quomodo fortitudo a maiori Auguſtiniana fortitudine differat, neſcio; multo minus, vnde florentiſſimi ampliſſimique imperii et eccleſiae ruinam dependere arbitretur. Floret in hunc vſque diem Chriſti eccleſia certe ampliſſima. Florent imperia: et quod ampliſſimum attinet Romanum vetus, eleganter SVLPITIA de corrupto ſtatu reip. temporibus Domitiani ſatyra ſcripſit:

-- *Duo*

Digitized by Google

Lepide Cicero aſſeuerante Labieno omnino victoriam fore Pompeii, Nunc ergo, inquit, quod amiſimus caſtra, id dolo quodam bellico a nobis factum eſt. Hic dixeris, ſcilicet maiori fortitudine poſteriorum Chriſtianorum factum eſt, vt tantum imperium vna cum eccleſia in Aſia praeſertim et Africa ſit amiſſum, ignauia et dolo quodam bellico Chriſtiani nominis hoſtium: vt expugnatis vrbibus viri omnes vel trucidati, vel in ſeruitutem detracti, matronae vero et virgines honeſtiſſimae in templis et ſuper altaribus ipſis conſtupratae. α*) Calliſthenis necem dicit Seneca eſſe Alexandri crimen aeternum, quod nulla virtus, nulla felicitas redimet. Nam quotiens quis dixerit: Occidit Perſarum multa millia;

- - Duo ſunt, quibus extulit ingens
Roma caput, virtus belli, et ſapientia pacis.
Sed virtus agitata domi, et ſocialibus armis,
Ceteraque imperia, et totum ſimul abſtulit orbem.

Ecquid vero vnius alteriusue imperii et particularis eccleſiae cuiuſdam ruina habet cum morte voluntaria commune? Sed audiamus philoſophum.

α*) Deficientibus argumentis, ad abſurda, eaque iam ſatis perſibilata, reuertitur. Maioris deſiderat vim fortitudinis: abs qua vna non ſemper dependet victoria. Pro lubitu et inperſcrutabili ſapientia exercituum Dominus eam largitur populis. Et qui calamitatem accipiunt, quaerere non debent, cur ipſis rerum ſummus arbiter parcere noluerit. Omnibus omnia potius perpetienda ſunt, quam in propria ſaeuiendum viſcera. Miſeriarum breui Dominus faciet finem, et, explorata virtute, perſeuerantibus conſtantiae praemium dabit vitae coronam. De ſtupro, caede, vi, fame, ceteriſque per vitam aliquando mortalibus experiundis, ſupra dictum ſaepius.

Digitized by Google

millia: opponetur, et Calliſthenem. cet. Ita quoties Auguſtinus aliusue praedicauerit maiorem illam fortitudinem poſteriorum, vt dixi, Chriſtianorum, quodque maioris animi ſit tolerare aerumnas, quam fugere: toties opponetur, Sed iam dudum amiſerunt maximam imperii partem, vilisque Saracenorum, Turcarum, aliorumque hoſtium praeda et libidinis ſatietas fuerunt. β*) At alia quoque, inquis, prius imperia amiſſa. Verum dicis: ſed nunquam ſine dubio maiori fortitudine eorum, qui ea tenuerunt, minore hoſtium, nedum ignauia, qui ea occuparunt. Vtcunque haec quoque ſe habeant, vti non puduit Tullium fateri ſe neſcire ea quae neſciebat; ita nec me, nec alios, opinor, pleroſque omnes pudet fateri, nos non poſſe honeſte et animoſe pati ea quae non poſſumus: non poſſe ita pati, quae toties ob confuſiones aduerſariorum diſerte diſtinċteque dicere ac repetere coaċtus fui: tormenta, eculeos, rotas, cruces, ignes: non poſſe ita pati diram famem, qua homines, et forte paren-

β*) Qualis, obſecro, haec comparatio Alexandri M. ſemet Calliſthenis ſanguine commaculantis, cum requiſita Chriſtianorum fortitudine, quae barbarorum non potuerit auertere crudelitatem? Hominum nequam vis maior, niſi prouidentia prohibuerit diuina, fortiſſimos quoſque opprimere valet. Imbecilles vero etiam et abieċtiſſimos coeleſte numen, aduerſus longe maximam tyrannorum crudelitatem, defendere ac tueri poteſt. Nec tantus ex imminente periculo fidelium quemquam ſolet inuadere metus, vt perfidiae aut rebellionis reus, quam diuinum exſpeċtare auxilium, ſaeuas manus in ſemetipſum conuertere malit.

Digitized by Google

parentes, vxores, liberi, aut ſtercora deuoranda: non ſitim, quae cogat, vt Cretenſes quondam, vrinam hominum aut iumentorum bibere: non ſtupra; non deliria et furores; non vitia indurata et inſanabilia. γ*) Valde, dubito an Bombomachidae iſti, et glorioſi vel milites vel heroës; maiorisque velut animi ac fortitudinis extra pericula actusque, in campis quaſi Cubiculariis praecones haec pati poſſint: pati, inquam, honeſte, fortiter, glorioſe. Nam pati tantum, melius poſſunt aſini et animalia quaeque: pati turpiter, ignaue, flebiliter, poſſunt etiam pueri, puellae, mulierculae, et tota hominum etiam ignauiſſimorum turba. δ*) Addo nunc etiam et annumero regulas quaſdam

γ*) Imbecillitatem quiſque ſuam agnoſcere, tantoque ſibi magis cauere, et continuo diuinam gratiam implorare debet, vt ſancto regatur ſpiritu, animus addatur, atque adeo in ſpe, charitate, ac fide, ad ſuperandas quaſcunque tentationes confirmetur. Sapiens ſe multa ſemper neſcire, et nihil poſſe, lubenter ac ſine pudore fatebitur: nunquam ſemet periculis temere committet: nunquam vero etiam timore, vecordia, vel imminentium calamitatum taedio immaturo, ſemet perfide ac turpiter ipſum enecare inſtituet.

δ*) Attamen calumniarum ſic tandem facit finem. Quid aſini, quid pueri, quid homines vel beſtiae ferre velint valeantque, vlterius iam non vacat examinare, aut pluribus iniquitatem philoſophi Stoicam et commendationem voluntariae mortis impiam confutare. Nos noſtraque omnia infinitae et incomparabili Numinis aeterni, creatoris atque ſeruatoris clementiſſimi noſtri, gratiae et bonitati quam deuotiſſime commendamus.

Digitized by Google

dam iuris, quae omnes vti inimicorum ſententiae aduerſari, ita noſtrae manifeſte fauere videntur. 1*)

1. Plerumque ſub autoritate iuris ſcientiae perniciofe erratur.
2. In toto iure generi per ſpeciem derogatur.
3. Plerumque quando proprietas verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur.
4. In omnibus quidem, maxime in iure aequitas (et humanitas ſ. humana imbecillitas) ſpectanda.
5. Semper in obſcuris et dubiis benigniora praeferenda.

1*) Ex oppoſitione vero haud difficulter patebit contrarium. 1. Iuris haec non eſt regula, ſed abuſus et turpis ignorantia: neque iuris vim error vel malitia obtinet. 2. Legi diuinae communi et naturali prorſus nihil derogare poteſt. 3. Veritatis ſenſus proprietate verborum nititur, vt certa ſit atque perſpicua. 4. Aequitas cum iure ſemper debet eſſe coniuncta, quae humanitatem vel hominis naturam ſuperare nequit. 5. In iure benigniora iuuant non perdunt hominem. 6. In rebus dubiis ſecundum libertatem, quae cum hominis vita et ſalute coniuncta, ſemper iudicandum. 7. Modici temporis damnum aeterna et irreparabili pernicie non eſt auertendum. 8. Neceſſitas caret lege, et hominis voluntati aut libero arbitrio eſt contraria. 9. Euerſor propriae ſalutis quam maxime in ſemetipſum peccat, nulloque modo excuſari poteſt. 10. Corporis et animi bona ſoli Deo referimus accepta, et commodi plurimum adferunt mortalibus: vt ſine maximo dedecore et piaculo ingenti nunquam reiiciantur.

6. Quotiens dubia interpretatio libertatis eſt, ſecundum libertatem reſpondendum erit.
7. Non eſt magnum damnum modici temporis. Eodem, opinor, ſpectat hoc Senecae: Nemo poteſt multum de ſtillicidio perdere.
8. Quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum.
9. Defenſor propriae ſalutis (et ingentium vltimorumque malorum propulſator) in nullo peccaſſe videtur.
10. Proprie bona dici non poſſunt, quae plus incommodi quam commodi habent.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX RERVM.

* *Notatae ſunt praefationis paginae.*

A.

Abnegare ſe ipſum 84
Abnegatio Chriſti 77
Abradati coniux Panthea * 11
Abundantia hominum 271. ſq.
Abuſus rerum 143
Academici aduerſus Stoicos * 33
- - de morte voluntaria quid ſenſerint 233
Actiones animae * 6.
Adaucti martyris coniux et filiae * 14
Aditu prohibendi ſunt mali 108
Adminiſtratores bonorum ſunt homines 39
Adulterium fugiendum 127
Aegritudo * 7. 284
Aerumnae Chriſtianorum communes 72
Aerumnoſa hominum vita 141. 264.
Aequitas mortem voluntariam non admittit 59
Aeſchinis de voluntaria morte ſententia 233
Affectatio fortitudinis * 17.
Affectus * 5. * 8.
Affectibus indulgentes miſeri * 7 * 18
Affectuum tyrannis * 3. * 32
Affectuum vehementia * 20
Alcibiades * 30. ſeq.
Alexander M. 166
Alſtedii chronologia 221
Ambitio inſolens * 17
Ambitio Ciceronis 40
Amicitia commorientium 152
Amicus non occidendus 102
Amor a Chriſto commendatus 79
Amor a ſe ipſo incipit 249. 291
Amor voluntariae morti aduerſa 88
Amor feminarum * 12
Amor perditus 284
Amputatio manus, pedis etc. 44
Ἀνέχου καὶ ἀπέχου 51
Anima in corpore humano * 5
- - in corpus agit * 6
- - rationalis 29
Animae iactura longe maxima 27
Animam amare et perdere 76
- - odiſſe 76. 86
Animalia bruta 41
- - ſemet non occidunt 131. 269
- - vitam cuſtodiunt ibid.
Animalibus brutis homines deteriores 73

Ani-

Animae actiones * 6
- - paſſiones * 5. * 6. 284
Animi magnitudo 124. ſeq. 127. 178. ſeq.
- - paſſiones 284
- - tranquillitas 15
Animus inſanabilis 75
Annonae caritas 220
Antigone patri Oedipo voluntariam mortem diſſuadet 179
Antiochus Hierax 148. ſeq.
Antonius et Cleopatra 152
Antiquiſſima veritas 291
Apicius * 18
Ἀπολέσθαι 232
Apoſtoli 125
- - violenta, quam voluntaria, morte obire maluerunt 81
Apoſtolorum miſeria 144. ſeq.
Arabes * 34
Arbitrio numinis fiunt omnia 89
Arbitrii libertas exitioſa * 21. * 26
Arcere ſe a ſemetipſo nemo poteſt 108
Ariſtides iuſtus 253
Ariſtides ruſticus pauper * 19
Ariſtoteles refutatur * 4
- - aduerſus Stoicos * 33
- - mortem damnat voluntariam 233. 280
Arma armis repellere licet 105
Athanaſius 175 ſeq.
Athenis mors voluntaria punita 233
Auaritia * 18. ſeq.
- - mater perfidiae 111
Auctoritatis praeiudicium 45
Audacia 132
Auerſatio mulierum * 12
Auguſtinus conſulendus 234
- - de morte voluntaria * 35
- - accuſatur ac defenditur 13. ſeqq. 124. ſeq.
- - clariſſime oſtendit voluntariae mortis iniquitatem 187. ſeq.
Auguſtini vindicatur veritas 99
Auguſtus Caeſar 58
Autocheiriae atrocitas 32. ſeqq.
Αὐτόχειρ homicida 108
Auxilium a Deo exſpectandum 6. 67

B

Baptiſmus 200
Barbarorum irruptiones 218
- - tyrannis 196
Barcochab 212
Belli calamitas a Deo 230
Bello capti 273
Bellorum exitus incertus 218
Bellum iuſtum et neceſſarium 80
S. Benedictus 8
Beneficia diuina 68. ſeq.
Beneficia nemini ſunt obtrudenda 5. 47

Berna-

Bernabo vicecomes Mediolanenſis 42
Bion 42
Blanca Scardeonia 21
Blaſio (Heluius) * 33
Bona tantum honeſta 27
Boni tantum probantur bonis 40
Bonis bene eueniunt omnia 230
Bonis mali mixti 274
Bonitas diuina 65
Braſilla Dyrrachina * 12
Breuitas vitae humanae 72
Bruta animalia 41
- - vitam cuſtodiunt 269
Bruti coniux Porcia * 10
Brutis animalibus deteriores ſunt homines 73
Brutorum animalium nullum ſemet occidit 131
Brutus (Decimus.) * 32 ſeq.
Brutus (Marcus) * 32
Bulgari 218

C.

Cacodaemonis inſtinctu homines ad exitium ruunt 72
Caeſar Auguſtus 58
Calamitas quaecunque a Deo 230
- - ſalutaris 89
- - nulla longi temporis 141
Calamitates humanae 70
Calanus * 34. 166
Calumnia legis diuinae 34. 42
Cammae, Sinati coniugis vindicta * 16
Calor naturalis in homine * 4
Canonicum ius 29
Capti bello 273
Caritas annonae 220
Carnalis libido 7
- - coercenda ibid.
Carteſius laudatur * 6
Caſtitas non mortis voluntariae cauſſa 181
Caſtrare ſe 44
Caſus fortuitus 120
Cathedra Moſis 98
Cato maior 58
Cato Vticenſis * 17. * 32. 3. 158. 163. 165.
Cauenda mala ſunt omnia 35
Cauſſa mortis voluntariae non naturalis * 3
- - nulla 108
Celichius de autocheiria * 2
Celtae 131
Charmio Cleoparrae ancilla 152
Cholerici * 5
Chriſti abnegatio 77
- - diſcipulus ibid.
- - iugum 98
- - praeceptum de fuga in perſecutionibus, non morte voluntaria 125
Chriſti ſpiritus 219
- - tentatio 91
Chriſtiana libertas 96
Chriſtiani doctores 181

Chriſtia-

Chriſtiani omnibus expoſiti calamitatibus 213
- - nunquam ſemet trucidarunt ipſos 81
- - ab aliis ſaepiſſime oppreſſi ibid.
Chriſtianorum perſecutiones 214
Chriſtus homo factus 95
Chriſtus ſemet cruciatibus ſubtrahere noluit 81
Chryſippus 2
Cicero * 19. 97
Ciceronis ambitio 40
- - conſolatio 97
Circumcellionum inſania 82
Ciuile ius 29
Clamantes non placent oratores 115
Claudius Caeſar 56
Cleanthes 2
Clearchus tyrannus 128
Clementia diuina 65
Cleombrotus 157
Cleomenes Spartanorum reges 147. 149. 151. 233
Cleopatra 152
Coeleſtis domini ſumus ſerui 51
- - auxilium 67
Coeleſtia omnibus praeferenda 78
Cognitio ſui ipſius 202
Commorientium amicitia 152
Communis vtilitas 105
Concordia rara 271
Conſeruatio vitae 266
Conſolatio Ciceronis 97
Conſtantia virtutum regina 22. 155
- - morti voluntariae aduerſa 88
- - extrema calamitate ſe exerit 221
Contumelia in defunctos non cadit 233
Coqueus (Leonh.) 119
Corona vitae 109
Corporis exercitatio 44
Corporis ſui an competat homini dominium 235
Corpus humanum quale * 4. * 6
- - in animam agit * 6
- - alendum 7
Cruciatae expeditiones 218
Cruciatus corporis ſpontanei 7
Cruciatus martyrum 85
Cruci figere carnem 10
Crudelitatis exempla 223
Crux perſecutio 79
Crux Chriſti ſine ſuperſtitione 9
Cupido vindictae * 15
Curtius (Quintus) 97
Cyprianus 174

D.

Daemon Socratis 164
Damnati ad beſtias obſcoenam obeunt mortem * 18
Damno vita nemini eſſe poteſt 47
Daniel Stylites 9

Darius * 34
Decalogi leges 260
Deciana perſecutio 174
Decorum quod iuſtum 251
- - ab vtili non diſcrepat 27
Defuncti non capiunt ignominiam 233
Dei perfectiones ſummae 65
- - voluntas, noſtra eſſe debet 194. ſeq.
- - prouidentia ſanctiſſima 57
- - iuſtiſſima iudicia 224
Dei ſumus, non iuris noſtri 11
Delia feſta * 24
Delictum ſine voluntate nullum 120
Delilae perfidia 111
Delirantium furor 239
Democlis exitus 281
Democritus 3. 5
Demotionis filia Leoſthene * 11
Deo fidendum 239
Deo ſubſunt omnia 138
Deſperatio * 18. * 19. 284
Deſperatione prudentia nulla 128
- - nulla fortitudo 132
Deus rerum omnium arbiter 6
- - vnum hominis praeſidium * 23. 205. 223
- - dominus rerum eſt omnium 39. 43
- - vitae mortiſque dominus 107. 139. 288
- - omnia conſeruat 220
Deus rerum moderator omnium 204
Diaboli inſtinctu homines ad exitium ruunt 72
- - perſuaſiones 74
- - tentatio 109
Diluuium 209
Diluuium Deus ante comminatus eſt 75
Dimitti eſt mori * 33. ſeq.
Dionyſius Alexandrinus 175
Dionyſius iunior Syracuſ. tyrannus 147
Diſcipulus Chriſti 77
Diuina gratia 89. 226
- - gubernatio 219. 227
- - lex 34
- - oracula 118. ſeq.
- - permiſſio 229 ſeq.
- - potentia 111
- - prouidentia 91. 109. 203. 209. 213.
- - voluntas exequenda 227
Diuinis oraculis nihil addendum aut detrahendum 76
Diuinitatis imago in homine * 6
Diuinum ius 104
- - verbum 41
Doctores Chriſtiani 188
Dolor recens * 11
Domini coeleſtis ſumus ſerui 51
Dominium quale competat homini 43
- - in corpus ſuum 10. 235
Dominus ab re, cui dominatur, diuerſus 45

Dominus vitae et facultatum omnium eſt Deus 39. 43
Dona Spiritus S. 197
Donatiſtarum inſania *35. 82
Dono vitam accepimus a Deo 257
Draconis leges 99
Dugna mulier ſtupri metu perit *14

E.

Egeſtatis timor *18
Eleazaris facinus audax 112
Eliae conſeruatio 220
Eliſae conſeruatio 220
Empedocles 3
Ens ſumme perfectum 65
Epictetus Stoicus 50
Epicurus 146
- - aduerſus Stoicos *33
Equo ſimilis homo effrenatus 73
Eremitae 9
Errare humanum 181
Eſſaei 8
Ethnicorum ſapientia 118
Euſebii cuiuſdam poenitentia 8
Exempla nihil probant 7. 168
- - ſanctorum imitanda 126
- - mala ſunt fugienda ibid.
Exercitatio corporis 44
Exitium iudaeorum 211
Exitus bellorum 218
Exitus vitae violentus *20
Expeditiones cruciatae 218
Extremum malorum mors eſt 35

F.

Facultas loquendi 251
Falſum teſtimonium 17. 50
Fama 37. ſeq.
Fames 220. ſeqq.
Fames et peſtis vtplurimum coniunctae 222
- - a Deo ſunt 230
Fannius Martialis 71
Faſtus *17
Feminarum dolor inſuperabilis *12
- - amor et odium ibid.
Ferendum quod non mutandum 74. 89
Feritas immanis *20
- - exitioſa ibid.
Feſta Delia *24
Fideles ad mortem vſque debemus eſſe 109
Fidendum Deo 65. 239
Fides morti voluntariae aduerſa 88. 124
- - extrema calamitate probatur 221
Fiducia 88. 109. 124
Filii et ſerui ſumus Dei 53. 66
Finitum non capax infiniti 114
Flagellantium ſecta 7
Flammas non reformidant Indi 7
Formido *13
Fortitudo 127. 130. 132. 281
Fortitudinis affectatio *17
Fortuitus caſus 120
Fragilitas vitae humanae 72

Frigus perferunt Indi 7
Fugienda ſunt omnia mala 137. 148. 182. 280
Fugitiui ſerui ſunt homines, qui ſe occidunt 52
Furioſi non audiunt leges * 7
Furioſi properant ad mortem velut ad delicias 122
Furor * 18. ſeq.
- - delirantium 239
- ſerui 54
- - mortis voluntariae cauſa 185
Furtum 120

G.

Gaudendum hominibus ſemper 100
Generoſi homines 40
Gentium migratio 218
Gentzkenius accuſatus atque defenſus 246. ſeq.
Genus mortis non eligendum 238
Gerſon (Ioh.) laudatur * 7
Gibellini 219
Gladiatores 273
Gloriola inanis * 17
- - multos inebriat 40
Graeci mortem voluntariam deteſtantur * 8
Gratia diuina 89
- - piorum ſolatium 226
Gratia diuina deſtituti ſunt miſerrimi 5
Gregorius Thaumat. 174. ſeq.
Grotius (Guilielmus) defenditur 233. ſeqq.
Grotius (Hugo) defenſus 232. ſeqq.
Gubernatio diuina 71. 219
Guelphi 219

H.

Hannibal * 31
Hebraei mortem voluntariam deteſtabantur * 7. * 33. 234
Heluius Blaſio * 33
Heracleenſium calamitas 128
Hermocrates auarus * 19
Hieroſolymarum vaſtatio 211
Hippo mulier Graeca 282
- - Scedaſi filia * 9
Hippo alia mulier ſtupri metu ſemet in aquas praecipitem dedit * 10
Homicida αὐθέχης 108. 187
Homicidii crimen 106
Homines humanitatem ſeruare debent 83
- - ſunt bonorum adminiſtratores 39
- - generoſi et molles 40
Homini quale competat dominium 43
- - vita nihil carius 266
Hominis officium * 6. 80
- - voluntas mala 47
- - libertas 53
- - temperamentum * 5
- - malitia 191
- - vita breuis ibid.
- - dominium in corpus ſuum 235
Hominum merita coram Deo nulla 11

Hominum multitudo 271
- - moleſtiae innumerabiles 238
Homo fert imaginem Dei 106. 187
- - hominem iuuare debet 275
- - factus eſt Chriſtus 95
Honeſta ſolum bona 27
Honeſta et turpia non eadem omnibus 26. ſeq.
Honeſtas ſine iuſtitia nulla 253. ſeq.
Hoſpitius poenitens 9
Hoſtem licet occidere hoſti in bello iuſto 120
Hugo Grotius defenſus 232
Humana molimina 225
- - imbecillitas 191
- - ſocietas 251
Humanarum rerum viciſſitudo 271
Humanitas morti voluntariae aduerſa 59
- - ab hominibus ſeruanda 83
Humanum quale corpus * 4
Humores corporis humani * 5
Hunni 218
Hypocriſis 98

I.

Iacobus poenitens 9
Iaponenſis feminae deſperatio * 12. ſeq.
Iaponenſis puella pudore obiit * 16
Ignominia afficiendus nemo 7
Ignominia non mortis voluntariae cauſſa 108
Ignominia mortis voluntariae 233
Ignorantis peccatum nullum * 36
Imaginatio * 7
Imago diuinitatis in homine * 6. 187
Imbecillitas humana 191
- - ſexus * 13
Immanis feritas * 20
Immodicus pudor * 16
Impetus omnis periculoſus 123
Indi * 34
- - a voluntaria morte abhorruerunt 214
- - patientia ſe exercent 7
Indignatio mulierum * 12
Infamia 40
Infernalis poena 173
Infiniti non capax finitum 114
Iniuria afficiendus nemo 7
Iniuſtus, in ſua viſcera qui facuit 250. 255
Innocens non occidendus 102
Inſanabilis animus 75
Inſania mortis voluntariae cauſſa 185
Inſolens ambitus * 17
Inſolita non exſpectanda 226
Inſons nemo occidendus 50. 102
Inſtinctus naturae 123
Intentio eſt ipſa voluntas 120
Iobi miſeria ſumma 137. 292
Ioſephus mortem ſuis voluntariam diſſuadet 129
Ira * 15. 132. 284.

Iudaeo-

Iudaeorum exitium 211
Iudas perditus 168
Iudex alios, ſemetipſum condemnare nequit 108
Iudicia Dei iuſtiſſima 224
Iugum Chriſti 98
Ius ciuile, canonicum, et naturae 29
- - naturae 53. 104
Iuſtitia 250. 253
- - morti voluntariae aduerſa 88
Iuſtum quod honeſtum 253

K.

Kelterbornii triſtis caſus *2

L.

Lactantius accuſatur ac defenditur 2 ſeqq.
- - ſibi conſtat 5
- - de morte voluntaria quid ſentiat 236
Laſciuia 111
Latro ſemetipſum occidere nequit 108
Laudari ab laudato viro 40
Leges decalogi 260
- - Draconis 99
- - inter arma quae non audiantur 124
Legislator ſummus 44
Legis ſumma 291
Legum conditio 104
Leonidas Spartanus 178
Leoſthene Demotionis filia *11
Leuctri filia *10
Lex diuina 34
Lex Moyſi tradita 292
- - naturalis 49
- - de non occidendo 101 ſeq.
Lex legi non contraria 106
- - antiquiſſima de non occidendo 82
Liberi arbitrii foetus infelix *21. *26
Libertas Chriſtiana 96
- - hominis 53
Loquendi facultas 251
Lucretia Romana 18 165. 281
Ludi et munera 272

M.

Macerare corpus ſuum an liceat 7
Maecenas 145
Magiſtratus officium 80
Magnitudo animi 124. ſeqq. 127. 178. ſeq.
Maiora quidam ciuis eiusque ſeruus 54
Mala cauenda et fugienda ſunt omnia 35. 137
Malefici poenis afficiuntur 230
Mali mixti bonis 274
Mali puniendi 230
Malitia hominis 191
Malloniae exitus 283
Malorum exempla ſunt fugienda 176
Manus amputatio 44
Marcus Arethuſae epiſcopus 176
Marius 123

Hhh 3 Marty-

Martyres 33
Martyrum cruciatus 85
Mathematicae veritates 61
Megaſthenes * 35
Melancholici * 4. ſeq.
Membra corporis humani 94
- - ſolicite ſunt conſeruanda 43
Merita hominum coram Deo nulla 11. 68
Metrocles 27
Metus * 8. ſeq.
Migratio gentium 218
Miles ſtationem ſuam relinquens 235
Mileſiae virgines 233
Militum officium 80
Milo occidit Clodium 5
Μισάνθρωποι 250
Miſeria hominum 70
- - Apoſtolorum 144. ſeq.
- - ciuitatis expugnatae a barbaris 196
- - aliorum a nobis ſubleuanda 276
- - inuincibilis * 11. * 19
- - nulla mortis voluntariae cauſſa 108
Miſericordia diuina 65. 75
Miſſio ſanguinis 44
Moleſtiae hominum innumerabiles 238. 264
Molpia Scedoſi filia * 9
Montaniſtarum haereſis 169. 182
Mori eſt dimitti * 33. ſeq.
Moriendi neceſſitas 230
Moriendum placide 228
Morimur neceſſario ſine vitio 88
Mors quid ſit * 3
- - extremum malorum 35
Mors naturalis facilior et honeſtior voluntaria 86
- - piis vita potior 264
- - Samſonis 110
- - terribilis ſemper 165
Mortalium vota 277
Mortis ac vitae auctor Deus 127
Mortis genus non eligendum 238
- - metus * 9. 146. 170
- - voluntariae cauſſa non naturalis * 3
- - voluntariae nulla neceſſitas 103. 279
Mortem voluntariam prudentia non admittit 128
- - expetenti nullo modo ſuccurrendum 5
- - animalia bruta auerſantur 131
Moyſi lex tradita 292
Moyſis cathedra 98
Mulieres perſecutionibus aliquando ſuccubuere 82
Mulo ſimilis homo impius 73
Multitudo hominum 271
Munera et ludi Romanorum 272. ſeq.
Munus ſcholaſticum nobile 147
Myſteria religionis 114

N.

Naaera Cleopatrae ancilla 152

Natura Dei mortem hominis voluntariam non admittit 59
- - hominis illi quam maxime aduerſa 59. 62. ſeq.
- - hominis quid velit * 4
- - conſeruatrix ſui * 6. 43
Naturae ius 104. 29. 49. 53
- - quid viuere conuenienter * 6. 25
Naturalia non ſunt turpia 28
Naturam mors voluntaria euertit 105
Neceſſario morimur ſine vitio 88. 230
Neceſſitas 103
- - nulla in morte voluntaria ibid. 279
Nehemias 177
Nero 167. 215
Nicocles Cyprius 167
Nihil ſine Numine 71
Noachus praeco iuſtitiae 75. 275
Numantinorum calamitas 103. 110
Numinis diuini arbitrio fiunt omnia 89
- - imperium in mundo vniuerſo 6. 71
O.
Obbruteſcunt homines 73
Obſcoenum mortis genus * 18
Occidere noli 16. ſeqq.
Occidere ſemet nemini licet 44
Oculorum priuatio 44
Odiſſe animam 86
Odium 79
Odium feminarum * 12
- - ſui et proximi 87
Oedipo filia Antigone voluntariam mortem diſſuaſit 179
Officium magiſtratus 80
- - militum 80
Omnipotens Deus 114
Operationes Sp. S. 197
Oracula diuina 118. ſeq.
Oraculis diuinis nihil addendum aut detrahendum 76
Oratores inepti 115
Orgiagontis reguli vxor * 15
Origenes de morte voluntaria * 35
Otho imperator 159
P.
Panthea Abradati coniux * 11
Parentes 48
Paricida, qui ſemet occidit ipſum 103
Paricidium 32
Paſſiones animae * 5. ſeq. 284.
Pater coeleſtis Deus 66
Patientia 7. 22. 64. 77. 100
- - morti voluntariae aduerſa 88
- - ex calamitatibus oritur 108
Patrem qui pulſat, ei manus praeſcinditur 103
Patriarchae 125
Paulina Senecae vxor * 11
S. Paulus Apoſtolus quomodo plagis corpus ſuum contundere potuerit 12
Pauper 276

Pecca-

Peccatum in Sp. S. 113. ſeq.
Pecunia redimere vitam 33
Pedis amputatio 44
Pelagia virgo * 13
Penuria nulla mortis voluntariae cauſſa 108
Perditus amor 284
Pericula vitanda 74
Peripatetici aduerſus Stoicos * 33
Permiſſio diuina 229. ſeq.
Perſae a voluntaria morte abhorruerunt * 34. 234
Perſecutio 79
- - Deciana 174
Perſecutiones Chriſtianorum 214. 216
Perſpicuitas ſacrae ſcripturae 60
Pertinax imperator 177
Peſtis graſſatur 220. ſeq.
- - et fames vt plurimum coniunctae 222
- - a Deo ſunt 230
Perilinorum fames 103
Phaedonis filiae * 11
Phariſaeorum hypocriſis 98
Philoſophia ſtulta * 21
Philoſoph. ſibi ſapere debet 36
Piccolomineus de autocheiria * 2
Pietas morti voluntariae aduerſa 88
Piis placet, quod vult Deus 224
Piorum in gratia diuina ſolatium 226
Plato 97
- - aduerſus Stoicos * 33
- - de immortalitate animae 158
Platonici de morte voluntaria quid ſenſerint 233
Poena infernalis 173
Pompeius M. 148
Populi moratiores quique a morte voluntaria abhorruere 234
Porcia Bruti coniux * 10
Poſſeſſio vitae gratiſſima 53
Potentia diuina 111
Praecipitia ſatanae 90
Praeiudicia contra veritatem ſtare nequeunt 15
Praeiudicium auctoritatis 45
Praeuenire melius, quam praeueniri 6
Promiſſiones diuinae 65. 68
Prophetae 125
Prouidentia diuina 71. 91. 109. 203. 209
Proximus quisque ſibi 31. 102
Prudentia opus eſt 74, 244
- - vbique commendata 27
- - voluntariam mortem non admittit 128
Pudicitia non voluntaria morte redimenda 82
Pudor * 13. * 16. 284
- - nemini noceat 28
Puniendus αὐλίχως 108

Q.

Quisque proximus ſibi 31

Rabies

R.

Rabies infelix ad mortem properantium *17
Rachelius accuſatur ac defenditur 245. ſeq.
Ratio in homine *5. 164. 185. 292
- - in homine τὸ θεῖον ibid.
- - Socratis daemon 164
- - quemque ad Deum ducit 227
- - ſcripturae ſacrae non aduerſa 70
- - aduerſa morti voluntariae 59
- - oppreſſa 217
Rationalis anima 29
Ratione deſtitutis nullo modo ſuccurrendum 5
Rationis vſus 114. 185
Razis Hieroſolymitani mors 234
Recens dolor *11
Reconciliatio facilis 108
Regimen ſapientiſſimum 73
Reip. commoda varia 263
Religio *13
Religionis calumnia 42
- - myſteria 114
Rerum humanarum viciſſitudo 271
- - vſus 143
Res a domino poſſidente diuerſa 45
Rhetores an ſuſpecti 13
Robeck de morte voluntaria 1
Romani voluntariam mortem deteſtabantur *8
- - quomodo punierint 233
- - a Totila obſeſſi 221
Romanorum ludi et munera 272. ſeq.

S.

Sacra ſcriptura 41. 46. 217
- - ab omnibus legenda 28
- - rationi non contraria 70
Sacrae ſcripturae auctoritas 26. 34
- - perſpicuitas 60
Saguntina calamitas 103
Samaria ab Syris obſeſſa 220
Samſonis mors 76. 110. 234
Sancti Spiritus iuſſu non peccatur 192
- - dona et operationes 197
Sanctificatio ſpiritus 114
Sanctimoniales impudicae 82
Sanctorum cultus 192
- - exempla imitanda 126
- - merita 11
- - vitia 43
Sanguineum hominis temperamentum *5
Sanguinis miſſio 44
Sanguis vindicatur ſanguine 106
Sapientia diuina 65
- - ethnicorum 118
Sapientibus placet, quod vult Deus 224
Sarisberienſis accuſatur atque defenditur 192. ſeq.

Satanae praecipitia 90
Saulis mors 234
Scandala quaeuis euitanda 94
Scardeonia (Planca) 21
Scedaſi filiae * 9
Scelera vix aliquando credun-tur euenire poſſe 32
Scelerati homines 75
Scelere praeſtat alieno, quam ſuo, perire 88
Scholaſticorum munus nobile 147
Scripſerunt de autocheiria mul-ti * 2
Scriptura ſacra 41. 46. 217
- - rationi non contraria 70
- - ab omnibus legenda 28
Scripturae ſacrae auctoritas 26. 34
- - perſpicuitas 60
- - ſilentium 24
Scripturam ratio interpretatur 185
Seleucus Callinicus 149
Seneca Stoicus 50. 97. 146
- - laudat obſcoenum mor-tis genus * 18
- - refutatur * 21. ſeqq.
Senecae coniux Paulina * 11
- - miſere periit ibid.
Seneca rhetor 102
Senectus 276. ſeq.
Seruator Deus ſuorum 57
Serui ſumus domini coeleſtis 51
- - fugitiui ſunt homines, qui ſemet occidunt 52
Serui furor 54
Sexus imbecillitas * 13
Sigonius (Carolus) 97
Silentium ſcripturae 24
Simeon Stylites 9
Sinati coniux Camma * 16
Societas humana 251. 256. ſeq.
Socrates * 24. 163. ſeq. 165.
Socratis daemon 164
Solon de paricidio nequidem cogitare potuit 32
Sophroniae caſtitas * 14
Spartani virgines ob ſtupri metum oppetunt mortem * 9
Spectacula Romana 272
- - praeuertuntur crudeli morte * 18
Speranda homini ſunt omnia 189
Spes 109. 226
- - morti voluntariae ad-uerſa 88
Spiritus Chriſti 217
- - ſanctificatio 114
Spiritus S. iuſſu non peccatur 192
- - gratia 113. ſeq.
- - dona et operationes 197
Stephanus martyr 81
Stoici diuinae voluntati aduer-ſantur 228
- - non omnes triſte mor-tis voluntariae decretum approbarunt 262
Stoicorum ſententia 50

Stoicorum ſententia ab aliis philoſophis reiecta *33
- - peſtiferum de morte voluntaria decretum 15. 292
Strato Sidonis rex 166
Stulta philoſophia * 21
Stuprum fugiendum 127
- - violentum 89
- - maiori ſcelere non auertendum ibid.
Sui ipſius cognitio 202
Summa animi magnitudo 178
Summa legis 291
Superbia * 17
Superſtitio *13. *20. 7
- - abominanda 203
Suſtine et abſtine 51
T.
Taedium vitae * 17
Tarquinius ſuperbus quomodo voluntariam mortem puniuerit 233
Tartari 218
Teleſphorus Rhodius * 22
Temperamentum hominis * 5
Tentationes 89. ſeq.
- - diaboli 109
- - ad ſalutem 68. 231
Tertullianus 37. 50
Teſtimonium falſum 37. 50
Teutonicae mulieres ſtupri metu ſemet enecant * 10
Therapeutae 8
Tiberii tyrannis 283
Timiditas 133
Timoclea * 15
Timon Athenienſis 251
Timor * 8
Timor Domini 15
Tolerantia 132
Tormenta, quae ſibi quisque infert, maxima 89
Tranquillitas animi 15
Tribulationes hominum 70
Tributo redimere vitam 33
Triſtitia * 10
Turcae 218
Turpia et honeſta non eadem omnibus 26. ſeq.
Turpitudinis acerrimus hoſtis pudor * 16
Tyrannidis exempla 223
Tyrannis affectuum * 3
- - Tiberii 283
V.
Valerius Max. 110. 163
Vehementia quorumque affectuum * 20
Ver ſacrum facere 272
Verbum Dei 34. 41. 118. ſeq.
Verecundia 157
Veritas ſtat contra praeiudicia 15
- - antiquiſſima 291
- - ſine perſonarum auctoritate 292
Veritates mathematicae 61
Viciſſitudo rerum humanarum 271
Vim vi repellere licet 6. 80. 105
Vincere ſe ipſum . 108

Digitized by Google

Vindicta ſerui 54
Vindictae cupido *15
Vini calor nocet *4
Violentus vitae exitus *20
Virgines Mileſiae 233
- - Spartanae ob ſtupri metum oppetunt mortem *9
Virtus 129. 155
Virtus in medio 178. ſeq.
- - vna eademque ſemper 153
- - vna aliam inuoluit 253
- - ſine vitio 88
- - vincit mortem *3
- - calamitate probatur 108
- - vbique commendatur 27
Virtutes ſacro codice laudantur omnes 24
Virtutis cuſtos pudor *16
Virtutum fons vnus timor Domini 15
Vita Dei donum 47. 257
- - res omnium pretioſiſſima *23. 220
- - magni facienda 50. 72
- - nihil carius homini 266. 278
- - breuis 72. 191
- - in poteſtate noſtra non eſt 48
- - aerumnoſa 141. 264
- - nemini damno eſſe poteſt 47
- - omnibus modis defendenda 235. 266
Vitae ac mortis auctor Deus 107
- - conſeruatio 266
- - corona 109
- - infelix taedium *17
- - poſſeſſio gratiſſima 53
- - ſcopus 47
- - violentus exitus *20
- - vſus 261
Vitia ſanctorum 43
Vitium aduerſatur virtuti 88. 132
Viuendum rationi conuenienter 228
Vociferatio 115
Voluntaria morte nulla prudentia 128
Voluntariae mortis cauſſa non naturalis *3
- - nulla neceſſitas 103. 279
Voluntas Dei noſtra eſſe debet 194. ſeq. 227
- - hominis mala 47
Voluptas vera 15
Vota mortalium 277
Vſus rerum 143
- - vitae 261
Vtile a decoro non diſcrepat 27
Vtilitas communis 105
W.
Wineker de autocheiria *2
X.
Xanthia 80
Z.
Zenonis exitus 2. 262

XXIII
a
4

Digitized by Google

Digitized by Google

11228

Digitized by Google